Societatis JESV Mindelheimij An.o 1635.

TOMVS SECVNDVS

MALLEORVM QVORVNDAM MALEFICARVM, TAM VETERVM, QVAM RECENTIVM AVTORUM: Continens

I. M. Bernhardi Basin Opusculum de artibus Magicis, ac Magorum Maleficijs.

II. Vlrici Molitoris, Constantiensis V.I. Doctoris & Professoris Papiensis, Dialogum de Lamijs, & Pythonicis mulieribus.

III. Flagellum Dæmonum: seu Exorcismi efficacissimi, & remedia probatissima ad malignos Spiritus expellendos, eorumque facturas & maleficia effuganda: Per Fr. Ieron. Mengum, ordinis Minorum, præterito anno 1581. Bononiæ sub concessu Curiæ Episc. & S. Inquisit. excusum.

IIII. D. Ioannis de Gerson, olim Cancellarij Parisiensis, libellum de probatione Spirituum.

V. M. Thomæ Murner, Ordinis Minorum, libellum de Pythonico contractu.

VI. Fœlicis Malleoli V.I.D. Cantoris quondam Thuricensis, & Præpositi Solodorensis, Tractatus duos Exorcismorum seu Adiurationum.

Item Tractatum eiusdem de credulitate Dæmonibus adhibenda.

VII. R. P. F. Bartholomæi de Spina, Ord. Præd. Sacri Palatij Apostolici Magistri quæstionem de Strigibus seu Maleficis.


Item eiusdem Apologiam quadruplicem, de Lamijs: contra Io. Franciscum Ponzinibium, V.I.D.



Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest. ad decennium.

FRANCOFVRTI.

CIↃ. IↃ. XIIC.


Cornell
The
President White
Library
Received 1891.

REVERENDO,

PIETATE, ERVDITIONE ET MORVM INTEGRITATE CONSPICVO PATRI, IOANNI MYNTZEN-

bergio, inſignis Monaſterij Carmelitarum Francofurti ad Mœnum Priori digniſsimo, Domino, & amico ſuo colendo.

INGENTES ac immortales habendas eſſe gratias ijs, qui opus antiquioribus elaboratũ temporibus reſtituunt, & certã rationem, quæ neminẽ vnquam fruſtrari fallerévé ſolet reuocant: Sic & ijs qui autores longo tempore probatos reſtituere ſatagunt, nemo eſt qui abſq; minus ſani iudicij nota ambigere poſſit. Quod ſane hominum genus, vt vnice ſemper ſum exoſculatus, ita abominor eos, qui ſuperiorũ ætatum claſſicos ſcriptores (quos vtpote homines, quædam latere, quædam data quoq; opera ipſi præterire potuerunt) editis voluminibus temere & ſæpenumero abſq; iuſta cauſa criminãtur & impetunt. Siquidem ipſi hoc vnum ſtudere (mihi quidam) videntur, vt alijs, ijsq́; bonis & bonorum autoribus neglectis, ipſi ſoli magnifiant, legantur & ſapere credantur. Perſpicaces ſcilicet & oculati homines, qui nunquam nõ vigilent,

gilent, cunctaque soli diligenter explorent, vt nihil eos fugiat, & nusquam oculi caligent, cùm interim quandoq; bonus dormitet Homerus. Eos sanè magno cum supercilio legislatorum more, pronũciare audias, Mallei Maleficarum tractatus nihili faciendos, quòd pauca quædam, quæ nullo satis tuto ac stabili fundamento nitantur, doceant, & propterea studiosorum manibus excutiendos. Quos tamen, quamuis non per omnia reprehendam, (nec enim quicquam arrogare mihi soleo) statuo tamẽ nihilominus, omnes tot ætatum homines haudquaquam cæcutijsse, adeóve insulsos fuisse, vt nullius frugi autores magnifaciendos, ac pleriq; recentiores, & ipsi propè melioris notæ, eos magno nec illaudabili conatu, sibi insequendos esse ducerent: Imò potius cum Plinio Iuniore, nullum librum esse tam malũ, quin aliqua ex parte prodesse possit, nec vllum censeo esse tam triuialem aut gregarium scriptorem, qui interdum benè nõ doceat, cùm olitor sæpè (quod vulgo dicitur) sit verba opportuna locutus. Verùm omissis cæteris de Mallei Maleficarum Tomo secundo, cui te, vir Reuerende, patronũ eligimus, id nos sentiendum arbitramur, quod anteà multi præclari viri senserunt, talem esse qui manibus studiosorum versari mereatur. Sed ecquid, quæso, habent hi Tractatus de Maleficis,

ficis, quod non insignes autores sapiat? Quid pars de Maleficiorum remedijs & cura continet, vt reliqua taceam, libellus certè adeò doctus, atque ex intimo Philosophiæ penu depromptus, experientia ipsa suffragante, vt nihil ferè desiderari videatur. Idipsum, ni fallor, de hoc Tomo secundo quem nunc denuo repurgatum edimus, quiuis non malè sanus iudicabit, modò nostram operã, quam in edendo insumpsimus, nõ improbauerit. Cæterum, dum operam amicis, plusculum nobis tribuentibus, dedi: quàm bene quod postulabant, præstiterim nescio: id certè citra arrogantiam dicere possum, me pro viribus elaborasse, quatenus per exemplar aliquo modo emendatius licuit, Tomum hunc deprauatum, vnà cum quorundam accessione, pristino nitori restituerem. Si effeci quod optaui, gaudeo: sin minus, vt meum conatum in magnis occupationibus, vitæq; statu haud satis tranquillo, saltem boni consulant probi viri, qui labores ob Reipub. literariæ commodum susceptos laudare solent, peroptarim.

Verùm enimuerò, quicquid sit quod præstitimus, id omne tibi, vir Reuerende, nuncupamus, atq; ad tuos postes appendimus. Quod vt facerem amicorum quorundam flagitationes, id vltrò cogitantem incitarunt, & currenti quasi calcar addiderunt. Et quare hæsitan-

dum mihi erat hæc tibi dedicare, quem vnicè quodammodo noſtræ arti,(vtpotè liberalium artium præceptis mirum in modũ imbutum) fauere & fouere omnes norunt? Tomus hic ſecundus vel nemine,nedum vllo cõmendante,amicè ſit excipiendus. Namq; vt vino vendibili ſuſpenſa hedera nihil opus eſſe paſſim prouerbio iactatur:ita nec autores illi ſua laude ac gratia ornatiſſimi,apud virum humaniſſimum,& ſtudia obnixè colentem,& liberaliter habentem, aliena prædicatione egere videntur, vt eam quoq; ob rem, ſi, Tomũ quem tibi iam offero atque conſecro,nullis præconijs noſtris,de more multorum,locuples atq; onuſtus accedat, minus ſim reprehendendus. Deinde hi noſtri autores aliunde quã abs te patrocinium ſibi implorare minimè potuerunt: Nam ſi hi, qui primi hanc materiam conſcripſerunt,vt plurimum Monaſticæ vitæ Præpoſiti fuêre: an non per DEVM immortalem inconſultò facerem, ſi,dum hos ipſos è tenebris, in quibus iam dudum delituerunt, in lucem eruo, & autorum conſilium ſemper ſpectare debeo, Priorem vigilantiſſimum alijs poſthaberem? cùm eò ſit tàm celebri Mecœnate cæteris carius & commendatius futurum,quo tu alios omnes eruditione, pietate, dignitate, prudentia & gratia, ſi non antecellere, tamen æquare contendis. Denique ex hoc ipſo,

quòd

quòd tibi vir Reuerende, hunc Tomum nuncupo, intelligant ſtudioſi velim; eum peritioribus & iudicio valentibus duntaxat profuturum: imperitis verò (quod res ipſa teſtatur) neque conſcriptum eſſe, neque nunc in eorum gratiam diuulgari.

Tomum igitur hunc ſecundum, cum typis euulgare aggrediebar, te vnum ceu fidam Cynoſuram intuebar, quo duce tutum feliceḿq; portum mihi promittebam. Quam cogitationem meam, cum homines tibi coniunctiſſimi comprobaſſent, iterum atq; iterũ gaudebam, quòd neque temerario iudicio falſus fuiſſem, neq;, reſtaret quippiã, quod ob naufragij metum ab incepto curſu reuocare me valeret. Iã igitur nihil ſupereſt, cùm me & optatum portum inueniſſe intelligam: & ſtudioſos aliqua ex parte iuuiſſe, nec oleũ operamq́; planè luſiſſe cognoſcam. Id enim ſi fiet, & nos maiora deinceps parabimus & Tomus hic ſecundus priſtino nitori reſtitutus ſuam tibi felicitatem gratulabitur: neq; eum vt iam pridem ſub tuo auſpicio ſibi eſt pollicitus, commutatæ aut patriæ aut veſtis pœnitebit. Vale vir Reuerende. Francofurti ad Mœnum Pridie Idus Martij Anno M. D. LXXXII.

T. R. D.

addictus

Nicolaus Baſſæus
Typographus.

D
M
R
cr
di



ce
cr
&
di
N
ac
&
ri
a
g
ct
g
a

DE ARTIBVS MAGICIS AC MAGORVM MALEFICIIS OPVS PRÆCLARISSIMVM, EXIMII SACRÆ LEGIS disquisitoris Magistri Bernardi Basin, Cæsaraugustanensis Ecclesiæ Canonici, nuper à mendis quam plurimis emendatum.

PROOEMIVM.



VM vos in audiendis Magicæ artis disceptationibus attentißimos conspicio, & rei magnitudinem meis oculis subijcio, Illustrißime & Reuerendißime domine, purpurati cœtus particeps & sacri consilij membrum, spectabilis Rector, sacræ militiæ duces, proiudices incorrupti, aurati milites, & vos sacratißimi Dei studij expositores, à quibus abditißima quæque doctrinarum omnium intelliguntur. Non mediocri molestia afficior, propterea quod id onus ad me delatum intelligo, quod vel ad plures doctißimos & eloquentißimos viros impartitum impar eorum viribus videretur, præsertim hoc in loco celeberrimo, & apud cœlestiū artium præceptores, quibus de rebus magnis & grauibus iudicandi datur facultas. Itaq; vereor, cùm non videā, quid tanto conspectui dignum, aut elegantia dicendi, aut sententiarum grauitate à me poßit afferri. satis ne mihi parū hac in re consuluisse iudicetis.

Præfatio ad auditores in lectorio habita.

Verùm, quia in hoc est mea omnis disposita viuendi ratio, vt nihil esse ducam magis meum, quàm dictis parere maiorum: Quapropter respondere dignum duxi ad quæstionem, quam proposuit sacræ scientiæ summus interpres, grauitatis & consilij custos, cuius eloquio (vt audire potuistis) & sapientia, & vetustissimarum gentium memoria coniuncta est.

Dictis parendum maiorum.

Protestari tamē primū necesse est, nil pertinaciter me dicere aut defendere velle, q̄ sacrosanctæ repugnet Ecclesiæ, aut Doctoribus per eam approbatis, seu articulis Parisiis condēnatis. Pauca tamen probabiliter me adductu rū, gratia conferentiæ habendæ cum præstantissimis cōmilitonibus meis. Et quia disceptationi locus est, non orationi: pro quæstione proposita: Vtrùm Christi doctrina fideles omnes à Magorum maleficijs purgentur.

Articuli hi Parisienses habē tur in Ioh. Bodini Dæmonemania, de verbo ad verbum.

Notandum primò, q̄ Magus vocabulum est Persicum, id denotās quod apud Græcos Philosophus, & apud Latinos sapiens dicitur. Hos Galli Druydas vocauêre. Vnde Plin. lib. 16. naturalis Historiæ in fine. Nihil, inq̄t, habent Druydæ: ita. n. Galli suos appellant Magos. Aegyptij in ea significatione, qua nos sacerdotes et Græci prophetas dixêre. Inde Gymnosophistas Græco vocabulo: & sua interpretatione vocabāt. Babylonij nec non & Assyrij suos Magos seu sapiētes Chaldæos vocauêre. Itaq; Laërtio teste, Magi apud Persas Deorū cultui maximè insistūt: preces illis ac vota & sacrificia offerūt, de Deorū substantia & generatione dixerūt: cultum & vsum auri interdicūt. Post hæc tractu temporis ij tantūmodo Magi dicti sunt, qui ob facinorum magnitudinem vulgò Malefici appellantur.

Magi. Druydæ.

Notan-

NOtandum secundò, quòd ars Magica, vt placet Plinio lib. 30. naturalis Historiæ ab ipso Zoroastro (vt omnes auctores conueniunt) in Perside ortum habuit: quæ (vt ait) fraudulentissima artium in toto terrarum orbe plurimis seculis valuit: & subdit.

De inuentore Magices.

Auctoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, quandoquidem sola, artium tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexa, in vnam se redegit. Nam primò de medicina nemo dubitauit, hanc specie salutari irrepsisse, velut altiorem sanctioremque, quàm medicinam: ita desideratissima blãdissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quàm maximè alligat humanum genus: Atque vt hoc quoque suggesserit, miscuisse artes Mathematicas, nullo non auido futura de se sciendi, atque ea è cœlo verissimè peti credenti. Ita possessio hominum sensibus triplici vinculo, in tantum fastigij adoleuit, vt hodie etiam in magna parte gentium præualeat.

Magica Medicinã, Theologiam, & Mathesin sibi colligauit.

De isto Zoroastre dicit Solinus, quòd risit, quãdo nascebatur, & dicit August. quòd ille risus, quia monstruosus fuit (risit enim quando plorare debuit, vt plorãt cæteri) nihil boni portendit, quod patuit. Inuentor artis Magicæ fuit, sed sua ars Magica ad infelicem terminũ, sicut & cæteros Magos duxit: quoniam in prælio Ninus Rex Assyriorum eum superauit: & demum ictu fulguris occubuit: non obstante, quòd Magus & Astrologus maximus esset: vnde Zoroastres viuens astrum dicitur.

De Zoroastri risu cùm na[illegible] tetur.

Zoroastres viuum astrum dicitur.

Postea verò Democritus & Orpheus Magicam ampliauerunt. His notatis sit prima propositio talis.

SEQVVNTVR DECEM PROPOSITIONES, probantes quòd Dæmones possunt propria virtute homines decipere.

PRIMA PROPOSITIO.

Multa per artem Magicam in præstigijs & maleficijs possunt ostendi & fieri, quæ aspicientibus & causam ignorantibus videntur mira. Probatur primò per Augustinum, lib. 28. de ci. Dei. Dùm essemus, inquit, in Italia, audiuimus quasdam mulieres imbutas Magicis artibus, dato caseo statim homines in iumenta conuertisse, quæ vt alia iumenta necessaria quæq; portabãt: & finita opera iterum homines ab illis restitui, quibus (vt ait) mens semper humana conseruata fuit. Apuleius etiam Platonicæ sectæ Philosophus scripsit, se in asinum apud Thessaliã veneficijs cuiusdam mulieris (dum per Magicam fieri auis conaretur) cõuersum fuisse, & tractu temporis in hominem restitutum. Plinius, Seneca, & Cicero certissimè affirmant, messes in varios agros Magorum præstigijs traduci posse. Vnde Ouidius: Carmine læsa Ceres sterilem vanescit in herbam. Et virgilius in Bucolicis, Ecloga octaua: Atq; satas aliò vidi traducere messes. Medea quoq; apud Ouidium libro Metamorphoseos septimo ex hac arte mirabiliora patrasse narrat: Cùm volui, ripis ipsis mirantibus, amnes in fontes rediêre suos, concussaq; sisto, Stantia concutio, cantu freta nubila pello. Ex his & plurimis experientijs, quas breuitatis gratia missas facio, patet veritas propositionis.

Homines mutati in iumenta.

SECVN-

SECVNDA PROPOSITIO.

Sicut mira multa per artem Magicam facta, corporibus cœlestibus minimè sunt ascribenda, ita nec virtuti intellectus hominis, artibus Magicis vtentis. Probatio primæ partis: quia impoßibile est, quòd effectus, qui sunt proprij naturæ intellectualis ex virtute cœlestis corporis causentur. Nam propria operatio cuiuslibet rei sequitur propriam naturam eius. Constat autem, quòd locutio est actus naturæ rationalis. In operibus autem Magorum aliqui colloquentes hominibus: & responsa dantes de diuersis negocijs expreßè audiuntur: quare impoßibile est, quòd huiusmodi effectus artis Magicæ causentur vniuersaliter ex virtute corporis cœlestis. Nec potest dici, quòd huiusmodi locutiones quæ audiuntur in operibus Magorum, non fiunt secundum sensum exteriorem, sed solùm imaginariè & phantasticè: quia huiusmodi locutiones indifferenter audiũtur ab omnibus circumstantibus. Hoc autem esse non posset, si solùm fieret secundum Magorũ, quibus responsa dantur, imaginationes. Nam ea quæ fiunt intrinsecus in imaginatione vnius, non percipiuntur sensibiliter extrinsecus ab alijs. Igitur prima pars vera,

Corporib. cœlestibus nõ ascribenda mira Magica.

Quõ colloquãtur Dæmones & Magi.

Secunda pars probatur. Primò quidem, quia cum virtus sequatur essentiam rei: diuersitas vel identitas virtutis diuersitatem vel identitatem indicat essentialium principiorum. Intellectus autem communiter hominum talis conditionis inuenitur, quòd eius cognitio ex rebus sensibilibus causatur magis, quã poßit sua conceptione res sensibiles causare vel immutare. Si ergo

Mira Magicæ non sunt ascribenda virtuti humani intellectus.

ſint aliqui homines, qui conceptione intellectus ſui poſſint virtute propria res naturales transmutari, erunt alterius ſpeciei ab alijs hominibus, & dicentur æquiuocè homines cum eis, quod conſtat eſſe abſurdum. Igitur impoſsibile eſt, quòd virtute intellectus hominis, arte Magica vtentis, efficiantur operationes artis Magicæ.

Non diſcimus virtutem faciendi, ſed ſolũ cognitionem faciendi.

Probatur etiam iſta ſecunda pars, quia virtus agendi ſeu faciendi non adquiritur per diſciplinam, ſed ſolùm cognitio faciendi. Videmus autem, quòd per diſciplinam, aliqui homines peſtiferi adquirunt, quòd huiuſmodi effectus Magicos efficiant. Non igitur eſt in eis virtus realis aliqua, per quam huiuſmodi effectus Magicos efficiant, ſed ſolùm cognitio vel notitia in libris damnatis acquiſita: igitur ſecunda pars propoſitionis vera.

TERTIA PROPOSITIO.

Artificialia Magorum nõ virtutem habent ex cœlo.

ARtificialia, quibus Magi vtuntur ad beneuolentiã, odium, vindictam, ſeu ſecretorum notitiam, aut alios quoſcunq; effectus artis Magicæ, virtutẽ in ſe nullam habent ex cœlo nec aliundè. Probatio, quia figura ſecundum ſui rationem abſtrahit ab omni materia ſenſibili, cùm ſit quoddam Mathematicum. Sed talia Mathematica nullius actionis naturalis poſſunt eſſe principia, cùm non ſint actiua nec paſsiua. igitur propoſitio vera.

Imagines ſeu figuræ Magorũ non ſunt effectus corporũ cœleſtium.

Item hominis figuræ vel imagines, quibus Magi vtuntur, nõ ſunt effectus corporum cœleſtium, ſed potius hominis per artem illam operantis. Ergò opera artis

Magicæ,

Magicæ, quæ fiunt cum hominibus artificialibus, non sunt effectus corporum cœlestium. Nec dici potest, quòd sicut corpora naturalia subduntur cœlestibus corporibus: ita & corpora artificialia, Et ideo sicut corpora naturalia sortiuntur quasdam virtutes occultas, contentas speciem (sicut quòd Magnes attrahit ferrum) ita & corpora artificialia, sub certa constellatione fabricata, sortiuntur virtutem occultam à corporibus cœlestibus, ad aliquos effectus producendos (quæ videtur potissima ratio Astronomorum) quia non videtur simile de istis & de aliis corporibus. Nam virtutes naturales corporum naturalium consequuntur formas naturales eorum, quas quidem formas sortiuntur ex impressione corporum superiorum: & ex eorundem corporum impressione sortiuntur quasdam virtutes actiuas speciem continentes. Sed formæ corporum artificialium non sunt effectus corporum cœlestium, sed procedunt ex conceptione artificis, eas in materiam inducentis. Igitur ex impressione corporum superiorum nullam prorsus virtutem actiuam, in quantum sunt artificialia, sortiuntur.

Taxantur Astronomi.

QVARTA PROPOSITIO.

Ex hac tertia propositione infertur quarta. Quia sicut imago leonis sculpta in signo leonis, neminem à passione renum vnquam liberauit. Nec virgilij Magi musca ænea ab vrbe Neapoli *veras muscas fugauit: sic nec per imaginem aliam, aut sculpturam, circulum anulum, sigillum seu figuram immutantur hominum, aut brutorum corpora: immobilitantur vel fugantur*

An imago leonis, sculpta in signo leonis, curet renes. An Virgilij musca ænea veras muscas abegit.

animantia, nec reserantur ostia, patet propositio ex supradictis.

Et adhuc aliter probatur: quia vel talibus est impressa virtus vel forma à superiori agēte, sicut luna illuminatur à sole per lumen receptum. Vel hoc fit per solam motionem superioris agentis, absque forma aliqua seu virtute eis inhærente ad agendum: Sicut aqua maris fluit & refluit per motionem corporis cœlestis. Non primum, quia cùm operatio, quæ consequitur formam impressam, cōmuniter inueniatur in omnibus indiuiduis, quæ sunt eiusdem speciei, sequeretur, quòd omnia artificialia eiusdē speciei vel figuræ ingeniorū artificialium similes & conformes haberent actiones, quòd falsum est. Nec secundum dici potest, quia cum operatio quæ sequitur solam motionem superioris agentis non semper conueniat rebus motis, sicut non semper Oceanum fluit & refluit, sequeretur, quòd huiusmodi artificialia non haberent actiones, nisi solùm durante cōstellatione, sub qua sunt fabricata, cuius contrarium asseritur ab expertis. Igitur propositio vera.

QVINTA PROPOSITIO.

An carmina incantatorum operentur aliquid.

INcantatores, carminum violentia non inficiunt aut sanant homines, nec incantationibus cogunt de latebris exire serpentes: cùm verba eorum scripta seu prolata de se, obseruata etiam constellatione, talia, aut eis similia nequaquam poßint efficere. Probatur primò ratione, quia ars non producit materiam in qua operatur artifex: sed ea præsupposita superinducit formam. Verba autem humana habent materiam, sonos scilicet, ab

ore ho-

ore hominis sensibiliter plata, platos. Significatione verò quasi formam habent ab intellectu. Unde ad hoc datus est sermo secundum Philosophum, vt præstò sint nobis mutua voluntatis indicia. Igitur sicut artificialia in quantum huiusmodi non habent efficaciam ad determinatos effectus artis Magicæ producendos ex virtute corporum cœlestium: ita pari ratione nec verba incantatorum quantumcunque temporibus electis sint scripta, aut ex intentione & desiderio animæ rationalis formata.

Idem habetur 26. quæst. 7. admoneant fideles, vbi habetur: quòd Magicæ artes incantationesq; infirmitatibus hominum nihil possint remedij conferre, sed hoc esse laqueos antiqui hostis.

Nec quenquam mouere debet glossa super illud Psalmi. Sicut Aspidis absurdæ obturantis aures suas. Aspis, inquit, ne vocem incantatoris audiat, vnam aurem ponit in terra, alteram claudit cauda, ac si timeat, quòd virtus verborum incantantis ad se perueniat. Nō enim hoc facit Aspis ex eo, quod verba incantantis intelligat (vt dicit August.) sed quia in prolatione verborum sentit in se quandam immutationem: quam naturali instinctu refugiens (sicut omne animal naturaliter refugit suum corruptiuum) claudit organa sensus auditus: sicut & homo contra aliquem terribilem sonum apponit subitò, & quasi sine deliberatione manus suas ad aures, ne audiat sonum illum. Prædicta autem immutatio, quæ fit in corpore serpentis ad verba incantatoris, non fit virtute verborum. Quæ autem virtute fiat, dicetur in sequentibus. Et sic patet quinta propositio.

Qnomodo intelligendum Aspides obturare aures.

S. Augustini error.

SEXTA PROPOSITIO.

De intellectu separato, Magorum operationibus se immiscente.

EFfectus mirabiles artis Magicæ efficiũtur ab intellectu separato, Magorũ operationibus se immiscente. Probatur primò, quia Magi in suis operatiobus vtuntur quibusdam vocibus significatis ad determinatos effectus producendos: quæ quidem voces nihil aliud sunt, quàm quædam inuocationes, adiurationes, seu imperia quasi vnius ad alterum colloquentis.

An animæ sint potiores in ijs qui miracula edunt.

Vnde Aug. de ciuitate Dei dicit, quòd Porphirius velut dubitãs quærit: vtrum in diuinantibus, & quædam mira facientibus, animæ sint potiores q̃ in alijs. An aliqui spiritus extrinsecus veniant: Et potius venire eos extrinsecus arbitratur. Spiritus autem separatus aut est bonus aut malus. Non põt autem dici, q̃ huiusmodi effectus, qui fiunt per artẽ Magicam, fiant per bonos spiritus. Primò, q̃a non est boni spiritus se familiarẽ exhibere sceleratis hominibus: aut præstare eis patrociniũ in his q̃ sunt contraria virtuti & veritati. Huiusmodi autẽ artibus Magicis vtuntur vt frequẽter homines scelerati, plerunq; ẽt homicidia & maleficia p eos pcurant.

Bonos spiritus non communicare Magis.

Nam secundũ Isidorum vni. li. ethymo. vtentes prædictis artibus Malefici vocãtur. Quare manifestum est, quòd per spiritum bonum huiusmodi effectus artis Magicæ nullo modo efficiuntur.

Magorũ opera ducunt ad mendacia.

Præterea, Spiritus boni est ducere quantum in se est ad veritatem: Sed in operibus Magorum multa plerunque fiunt, quibus homines ludificantur, decipiuntur, & in errorem trahuntur. Igitur per bonum spiritum opera Magica non efficiuntur.

Idem

Idem patet ex hoc, quia non est spiritus boni, vt si sit superior, minori, vel pari subdatur: aut si sit inferior, vt sibi à superiore supplicationem fieri patiatur. Sed Magi & Necromantici in suis operationibus inuocant eos, quorum auxilio vtuntur, suppliciter quasi superiores. Cùm autem venerint, imperant eis quasi inferioribus, vt patet per libros acres & sacros illius artis. Quare manifestum est, quòd hominis effectus artis Magicæ per bonos spiritus non efficiuntur. Relinquitur ergo &c.

Boni spiritus non est, vt se subdat minori, si sit superior.

Magi imperãt ijs, quibus primo supplicabant.

SEPTIMA PROPOSITIO.

QVod tales effectus artis Magicæ fiunt per malignos spiritus, quos nos Dæmones vocamus. Hoc expreßè dicit Aug. 3. de tri. Per Dæmones, inquit, Magicæ artes possunt, quicquid possunt valere nec aliquid, nisi data desuper potestate. Datur autem vel ad fallendum fallaces, sicut AEgyptios: & in ipsos Magos data est, vt in eorum spirituum operatione viderentur admirandi, à quibus fuerant damnandi. Ex quo repellitur error gentilium, qui huiusmodi operationes Dijs bonis attribuebant: Contra quos dicit Augusti lib. 85. Deus per semetipsum neminem decipit, sed per talem Angelum, qui pro suæ voluntatis peruersitate, vel ad vindictam peccatorum, vel ad exercitationem eorum, qui secundum Deum nascuntur, ordinatur. Et idem 11. super gene. ad literam. Quòd enim, inquit, putatur audire serpentes, vel intelligere verba Magorum, id est incantatorum, vt eis incantantibus exiliant plerunq; de latebris in illis vis Diaboli operatur. Et subdit infrà. Gaudent enim Dæmones hanc potestatem sibi dari, vt ad incantationes homi-

Magica ars datur ad fallendum fallaces.

Quomodo Deus dicatur decipere.

hominum serpentes moueantur, vt quolibet modo fallant quo possunt.

OCTAVA PROPOSITIO.

De aspectu fascinantium.

F*Ascinatrices suo aspectu maleuolo immutare possunt infantium tenerrima corpora, & vsq; ad grauem infirmitatem ea quandoq; alterare. Hanc propositionẽ probat Auicenna: quia substantijs separatis, multò magis obœdit materia corporalis ad productionem alicuius effectus, quàm qualitatibus actiuis & paßiuis in natura. Nam ad appræhensionem substantiarum separatarum fiunt multa in istis inferioribus præter cursum corporum cœlestium, & aliorum naturalium agentium.*

Ex sola imaginatione animæ, calescit aut frigescit corpus.

Quod patet de anima, quæ si fuerit fortis in sua appræhensione, immutat corpus proprium: sicut ex sola imaginatione animæ corpus calescit: vt patet in concupiscentibus & irascentibus, vel etiam frigescit, sicut cõtingit in timentibus. Incurrit etiam quandoque ex hac in febrem, aut aliquam aliam ægritudinem.

An animæ puræ & proprium corpus & aliorum corpora obœdiunt.

Et per hunc modum dicit, quòd si anima coniuncta corpori fuerit depurata à vitijs, & fuerit fortis in sua appræhensione, quòd tunc obœdit ei non solùm corpus proprium, sed etiam corpora aliorum. Hinc & secũdum eum, quòd aliqui sancti viri operãtur multa mira præter solitum cursum naturæ: ita quòd ad eorum appræhensionem sanatur quandoq; infirmus, vel aliquid huiusmodi. Et consimiliter dicit, quòd si anima fuerit fœdata vitijs, & habuerit fortem appræhensionem in malitia, obœdit ei materia corporis alieni ad transmutationem

tionem

tionem, præcipuè in illis, in quibus materia est apta ad receptionem impreßionum: sicut contingit in infantibus propter teneritatem carnis, sicut cera mollis facilè recipit impreßionem sigilli. Et istam posuit Auicenna causam fascinationis.

Nam ex forti apprahensione vetularum obstinatarum in malitia, immutatur corpus infantis ad infirmitatem, vel ad aliquam paßionem.

Quō aspectu fascinenrur corpora infantum.

Sed ista ratio Auicennæ non valet, nec in se: nec in confirmatione, per exemplum quod adducit. In se quidem, quia secundum Augustin. materia corporalis non obœdit Angelis, nec multò minus animabus ad nutum, quantum ad corporalem trāsmutationem, sed soli Deo.

Exemplum aūt quod adducit pro confirmatione non valet propter duo. Primò quidem, quoniam ex sola apprahensione aut imaginatione animæ coniunctæ, non sequitur aliqua mutatio corporis, nisi illæ apprahensioni fuerit adiuncta aliqua affectio, puta gaudij vel timoris, cōcupiscentiæ aut iræ, aut alterius paßionis, per quas variatur modus cordis: & etiam spirituum procedentium à corde, ex quibus quidem spiritibus vel retractis ad cor per paßionem: timoris, vel diffusis ad membra per paßionem gaudij, sequitur alteratio aliqua in corde, quæ pōt esse causa infirmitatis, si materia sit dispoſita.

Secundò, quia maior est colligentia animæ ad corpus suum, quàm ad corpora aliorum: & quia immutatio corporalis est per contactum, magis est natum corpus proprium transmutari ex apprahensione animæ quàm corpora aliorum.

Dicendum,

Dicendum est igitur, quòd transmutatio corporis, quæ fit per fascinationem, non prouenit ex hoc, quòd imaginatio vel apprehensio vnius animæ immutet immediatè corpus alterius hominis. Sed ex hoc, quod mediante motu cordis & spirituum (vt dictum est) immutatur corpus proprium coniunctum, quæ quidem immutatio spirituum maximè inficit oculos. Oculi autem infecti inficiunt medium, medium autem infectum inficit corpus prospectum, si fiat facilè immutabile. Sicut videmus, quod oculus menstruatæ inficit speculum, & præcipuè si sit nouum, vt habentur in li. de somno & vi. Sic igitur ex forti apprehensione alicuius vetulæ in malitia induratæ immutatur modus cordis & spirituum. Quæ quidem immutatio prouenienis ad oculos inficit ipsos. Oculi autem infecti, inficiunt vicinum aërem, aër autem infectus inficit corpus infantis propter eius teneritatem: & ita ad maleuolum aspectum vetularum inficitur modo prædicto infans & fascinatur, ita quòd cibum euomat, & infirmitatem incurrat.

Quomodo oculi prospectum corpus inficiant.

NONA PROPOSITIO.

TAnta virtute Dæmones corporalibus rebus præsunt, vt poßint Deo permittente elementa commouere, mare concitare, montes & colles destruere, arbores herbasque dissecare, brutorum corpora atque hominum subintrare, vexationes, infirmitates & mortem ipsam procurare. Probatur propositio, quia corporalia obediunt Dæmonibus quò ad motum localem, vt patet per Augustin. 3. de tri. Sed prædicta possunt fieri per transmutationem localem rerum corporalium. Patet de infir-

Quomodo corporalia obediant Dæmonibus.

infirmitate & morte, de quibus minus videtur. Cùm enim sanitas consistat in cõuenienti dispositione & adæquatione humorum, possunt Dæmones cõmouere humores corporis, & violenter exagitare: ad quod sequetur perturbatio sanitatis, dolor, infirmitas, aut corporalis vexatio: sicut de Saul rege vexato à Diabolo legitur 1. Reg. 16. Spiritus nequã exagitabat eum. Erat aũt ista agitatio interior vehemens commotio. Patet etiam de stimulo carnis Paulo dato. 2. ad Cor. 12. vbi dicit glossa Augustini dolore quodam corporis traditur Apostolus vehementer exagitatus. Patet insuper Lucæ 13. de muliere detenta in infirmitate annos decem & octo, à qua dominus spiritum infirmitatis eiecit.

Sanitatem facilè possunt turbare Dæmones.

Potest igitur Dæmon vexationes grauissimas causare, ad quas Deo permittente sequetur mors. Potest etiã Dæmon ab intrinseco violentias inferre, vt patet de septem viris Saræ, Thobiæ 3. quos Asmodæus interfecit. Et de Iob patientissimo, qui Sathanæ potestatem in rebus secundis & corpore expertus, spiritu secundo edoctus ait, non est potestas super terram, quæ valeat ei comparari. Et sic patet veritas propositionis.

Ergo duobus Dæmonibus inuicem succedentibus vexatus est Iob.

EX his infertur, quòd Dæmon propria naturæ potestate interius & exterius potest homines varijs illusionibus decipere. Probatio primæ partis: quia ea quæ ex motu locali aliquorum corporum causari possunt, naturali virtute Dæmonum subsunt, vt ex supradictis patet. Sed apparitiones imaginariæ causantur interdum in nobis per operationem naturæ ex locali mutatione corporalium humorum & spirituum,

De causa somni.

vt dicit Philosophus in libro de somno & vigilia. Vbi respondit, causam apparitionis somniorum dicens, quòd cùm animal dormit, descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendũt in spiritu animali impreßiones relictæ ex sensibilium motionibus, quæ in spiritibus sensualibus conseruantur, & mouet principium sensitiuum apprehensiuum, ita quòd aliqua apparent, ac si tunc principium sensitiuum à rebus temporis exterioribus immutaretur. Tanta etiam potest esse motio horum spirituum & humorum, quòd non solùm dormientibus, sed etiam vigilantibus huiusmodi apparitiones fient: sicut contingit in phreneticis, arreptitijs, & vehementer studentibus.

Vehementer studentes habent miras apparitiones & imaginationes.

Igitur apparitiones imaginariæ poterunt fieri in homine per Dæmones, humores, & spiritus interiores cõmouẽtes: ad quod sequitur varia ordinatio phantasmatum, vt varias repræsentationes faciant eis quos decipere cupiunt. Et quia tunc anima cõuertitur ad huiusmodi similitudines, sicut ad res, videtur homini quòd sit equus, oppressus onere. Quemadmodum videbatur patri ipsius Præstãtij se fuisse caballum, & annonam cum alijs bestijs portasse, vt recitat August. 18. de ciui. Dei, & dicit ibi August. quòd ita inuentum est. Quod est intelligendum, quòd pater Præstantij, & alij (quos ibi recitat Augusti. per Magas mulieres fuisse conuersos in iumenta onera portantia) phãtasticè solùm fuerunt conuersi in iumenta: sed portatio prima onerum fuit vera, non quidem facta per homines, sed per Dæmones.

De Præstantio conuerso in iumentum.

Sic etiam videtur aliquibus, quòd transferantur de

loco

loco ad locum, cum societate magna. Vnde quædam mulierculæ inseruientes Sathanæ, Dæmonum illusionibus seductæ, credunt se, & profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum Dea in magna mulierum multitudine equitare, & alia nefanda agere, puta paruulos à latere matrum accipere, assare, & comedere, domos per caminos seu per fenestras intrare, & habitantes varijs modis inquietare: Quæ omnia & consimilia aliquando solùm phantasticè accidunt eis. Præstigiæ Dæmonum in nocturnis equitationibus mulierum.

Vnde August. 7. super Gene. ad literam. Illa, inquit, quæ feruntur accidisse, vt quidem recordarentur, se in quorundam animalium corporibus fuisse, aut falsa facta narrantur, aut ludificationibus Dæmonum hoc in eorum animis factum est. Si enim contingit, vt quis in somnis fallaci memoria recordetur, se aliquid fuisse quod non fuit, aut fecisse quod non egit, quid mirum, si quodam de isto occultoqúe iudicio sinantur Dæmones etiam in cordibus hominum vigilantium tale aliquid posse.

Idem videtur sonare capitulum illud 26. quæst. 5. Episcopi. vbi habetur, quòd mulierculæ illæ, quæ dicunt se ductas ad loca remota, imaginariè tantùm ducuntur. Et est illa ambulatio in imaginatione, & non ingressu pedum. De imaginarijs ambulationibus mulierculartum.

Istud tamen decretum videtur reddere Maleficos audaciores, ad introducendum alios in suam sectam, & Iudices Ecclesiæ ad inquirendum de maleficijs remißiores, & sic videtur parare viam ad cultum idololatriæ. Propter quod dicendum, quòd decretum illud fuit sum-

Decretum 26. q. 5. Episcopi. infirmatur.

ptum ex concilio quodam particulari: & non ex aliquo quatuor conciliorum generalium, & ideo non fulcitur tanta auctoritate, sicut alia plurima decreta. Videtur etiam leuitate quadam fuisse factum: quod patet in exemplo Ezechielis, quod adducit ad probandum, quòd deportatio illarum mulierum fiat solùm in phantasia, & non realiter: vbi sic habetur: Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur, cùm Ezechiel Propheta visiones quæ Domini sunt, in spiritu non in corpore viderit: sicut ipse dicit: statim inquit fui in spiritu.

Canones taxantur, quasi malè allegent sacram scripturam.

Quòd si Ezechiel existens in Chaldæa, dicit se fuisse in spiritu in Hierusalem: hoc non probat intentum: nisi adderetur, quòd Ezechiel non potuit ibi esse præsens, nisi in spiritu, & non in corpore, quod falsum est. Nam & Abacuc à Iudæa in Chaldæam confestim translatus est. Daniel. 14.

Saluatio capituli Episcopi.

Veruntamen pro reuerentia sacri voluminis dicendum, quòd si capitulum illud Episcopi, intelligatur, deportationes & apparitiones illarum mulierum aliquando fore imaginarias solùm, non negando, quin possint esse veræ & reales, & quin aliquando prædictum capitulum est tanto volumine dignum. Si verò intelligatur, tales deportationes non posse aliter quàm imaginariè fieri, dictis sacræ scripturæ manifestè repugnat. Et quòd subditur in illo capitulo, quòd qui talia credit, infidelis est, & pagano deterior, hoc intelligitur de his, qui credunt diuinos cultus Dianæ, aut Herodiadi debere

bere exhiberi, sicut illæ mulieres credebant.

SEd quid de quibusdam vetulis, quæ se in raptu dicunt videre animas purgatorij, & plura alia, vt furta, & res perditas: quarum pedes pro tunc adusti non sentiunt ignem? Dicendum, quòd Dæmon phantasmata in imaginatione earum tantùm intendit, vt extra nihil sentiant. Exemplum de habentibus morbum caducum, qui etiam adustionem non sentiunt in infirmitate sua: quia interioribus passionibus pressi, extra non sentiunt ignem. Augustin. etiam de ciuitate Dei recitat de quodam, qui ad modicum alicuius gemitum, se adeò ad interiora conuertere poterat, vt nec voces, nec puncturas, nec vellicantes sentiret, imò tanquam in defuncto nullus anhelitus sentiebatur.

De vetulis correptis, videntibus animas purgatorij.

De correptis non sentientibus ignem.

SEd vnde est, quòd fœminæ in maiori multitudine reperiuntur superstitiosæ & Maleficæ quàm viri? Respondeo, quòd triplici ratione. Primò, quia pronæ sunt ad credendum. Fidem autem malam Dæmon principaliter quærit, vnde Ecclesiast. decimonono: Qui citò credit, leuis est corde, & minorabitur. Secundò, qui à natura (propter fluxibilitatem complexionis) facilioris sunt impressionis ad reuelationes capiendas per impressionem separatorum spirituum. Et Guilielmus Parisiensis dicit, quòd cùm complexione sua benè vtuntur, multùm bonæ sunt: cùm verò malè, peiores sunt. Tertiò, quia linguam lubricam habent, & ea quæ mala arte sciunt, comparibus fœminis vix cælare possunt, seq́ue occultè cùm vires non habeant, per maleficia vindicare quærunt. Vnde Ecclesiastici 25. Commorari Leoni &

Cur fœmininus sexus magis quàm masculinus propẽdeat ad Magiam.

Draconi plus placebit, quàm habitare cum muliere nequam.

Quòd Dæmones etiam exterius possunt homines deludere.

Ex supradictis patet prima pars propositionis, videlicet, quòd Dæmones interius homines decipere & illudere possunt.

Secunda pars, scilicet, quòd exterius possint illudere. Patet primò ratione organi sensus particularis exterioris: quod cùm materiale sit, potest per Dæmonē malè disponi, ita vt videatur res aliter esse quàm sit: quemadmodum febricitātibus propter indispositionem linguæ, dulcia amara esse videntur. Ex parte verò obiecti, circum ponendo aliquid circa obiectū: sicut quando corpus album videtur mediante vitro rubicundo: illud album videtur rubicundum.

De socijs Diomedis in aues versis exemplum.

Potest etiam illudere quadam agitatione, occultando quædam, & alia ostendendo: sicut socij Diomedis fuerunt subitò subtracti, & ducti ad loca remotißima, & veræ aues insolitæ fuerunt ibi positæ, quæ prope templum Diomedis multo tempore volauerunt, & sic illudebantur hi qui credebant socios Diomedis in aues conuersos.

Herba faciens trabes apparere serpentes.

Alio modo potest illudere, applicando res aliquas naturales, quarum virtus est, vt faciant apparere res aliter quàm sint: sicut est herba quædā accensa fumigans, quæ facit trabes apparere serpentes.

Potest etiam assumpto corpore illudere, sicut apparuit lactuca Moniali, vt refert Gregorius primo libro Dialogorum. Et sic patet propositio, quòd Dæmones varijs illusionibus possunt homines illudere.

Visis

VIsis mirabilibus effectibus Magicæ artis, & magna Dæmonis potentia, paucis videre restat: Cur ad vota Necromanticorum, Hydromanticorum, Chiromanticorum, Augurum, Aruspicum, Fascinariorum, Pythonicorum, aliorumq; Maleficorum, sua scientia extensissima, ac potestate quàm maxima, paratus aßistat? Dicendum breuiter, quòd hoc prouenit, quia Dæmones inuident saluti hominum, & ideo proni sunt ad nutriendum & trahendum eos in errorem. Propter quod, secundum quòd vident vnumquemq; circa diuersa curiosè & superstitiosè aliquid obseruantem, ingerunt se sponte obseruationi eorum.

Dęmones alũt curiositates & superstitiones.

Secunda ratio, quia homines in signum subiectionis & reuerentiæ Deo vero sacrificia offerunt, hymnos canunt, inuocationes, prostrationes, & alia huiusmodi ad cultum latriæ pertinentia faciunt. Idcirco Dæmones, quorum superbia ascendit, semper appetunt quàm maximè huiusmodi reuerentiæ signa sibi ab hominibus exhiberi: & ideò operationibus talia sibi exhibentium libentißimè se immiscent.

Cacodæmonũ superbia ascẽdit.

NOtandum secundò, quòd inuocare ex parte inuocantis duo importat. Primum est, inuocãtem credere alicuius rei, vtpote, scientiæ, potentiæ, pecuniæ seu rei alterius se pati inopiam & defectum. Alterum est, credere illum defectum non fore sibi immobiliter affixum, quin valeat per aliquem liberari, quod inuocans desiderat.

De inuocatione Dęmonum in adiutoriũ.

Ex parte inuocati importat alia duo. Primum est, credere in ipso inuocato esse potentiam ad liberandum

inuocantem à tali defectu. Ad Rom. 10. Quomodo inuocabunt eum in quem non crediderunt? Alterum est credere, quòd ille qui inuocatur, à tali adiutorio conferendo, si conferre voluerit, nullus poterit impedire. Vel saltem est amicus & familiaris illius, quem nullus potest impedire.

Ex parte finis inuocationis importat duo. Primum, quòd credit inuocatum humiliationibus, & obsecrationibus ad præstandum patrocinium inclinari. Alterum, quòd inuocans talia facit, vt ab inuocato iuuetur. His notatis ponuntur quædam conclusiones.

PRIMA CONCLVSIO.

SI Dæmon inuocetur, siue tacitè siue expreßè, cum sacrificio & adoratione, si credit ipse inuocans, Dæmonem fortè Deum, à quo petit auxilium: talis inuocans Hæreticus est. Patet, quia credere Dæmonem fore omnium creatorem, Hæresis est. Ergo Dæmonem inuocans, & hoc credens, Hæreticus est. Consequentia patet, antecedens fit euidens: quia obuiat primo articulo fidei, & varijs paßibus sacri Canonis, vbi habetur, Dæmonem initium habuisse, deliquisse, & in malo obstinatum remansisse, quæ de omnium creatore nephas est dicere.

SECVNDA CONCLVSIO.

Dæmonem adorantes credunt eum amicum Deo.

INuocans quouismodo Dæmonem, non credens eum esse Deum, sed Dei amicum & charum, & ideò ipsum inuocat, vt cum Deo, quod petit sibi obtineat, talis inuocans Hæreticus est. Patet, quia credere Dæmonem non esse in culpa obstinatum, Hæresis est, ergo credens ipsum

ipsum fore Deo charum & amicum, Hæreticum est. Consequentia claret, & antecedens patet: quia in multis passibus sacræ Scripturæ habetur, quòd Diabolus est obstinatus. Vt patet Apocalypseos duodecimo & tredecimo. Et extrà, de summa Trinitate & fide Catholica, capitulo primo.

TERTIA CONCLVSIO.

INuocans Dæmonem, & non credens ipsum esse Deum, aut Dei amicum, imò in malo obstinatum credat tamen ipsum inuocare, non esse peccatum, aut saltem non graue peccatum, Hæreticus est. Patet, quia in multis sacræ Scripturæ locis habetur, quòd inuocare, consulere, vel aliquid ab eis expetere, graue peccatū est. Vnde Deuteron. 20. Anima, quæ declinauerit ad Magos & Ariolos, interficiam illam de medio populi mei. Item, quia in omni inuocatione Dæmonis fit pactum cum eo. Qui cùm verum aliquando dicit, hoc facit, vt assuefaciat ad hoc vt ei credatur.

Diabolus aliquando dicit verum, vt falsum obtineat.

QVARTA CONCLVSIO.

INuocans Dæmonem tacitè vel expreßè, non credens ipsum fore Deum nec Dei amicum, sed potius in malo obstinatum, & quòd inuocando grauiter peccat. Sed hoc facit, vt quod optat à Dæmone obtineat, talis in re Hæreticus non est, licet pro Hæretico sit habendus. Probatur prima pars, quia talis non discedit corde à fide, Igitur Hæreticus non est. Secunda pars patet, quia Ecclesia iudicat de interioribus per exteriora.

Quidam pro hæreticis sunt habendi, etsi tales in re non sint.

QVINTA CONCLVSIO.

Petens à Dæmone ipsius potētiam excedentia, Hæreticus est.

PEtens à Dæmone inuocato ea quæ excedunt Dæmonis potentiam, inuocans tamen, credit Dæmonem ista posse: puta mortuum suscitare, (vt Saul videbatur credere posse Pythonissam facere) talis inuocans, sic petens & credens, Hæreticus est. Patet, quia qui credit alium à Deo à se posse facere, quæ pertinent præcisè ad diuinum posse, Hæresis est: quia tunc alius à DEO non foret, sed Deus ipse foret: ergo hoc à Dæmone petens, & sic credens, Hæreticus est. Antecedens & consequentia ex se patent.

SEXTA CONCLVSIO.

PEtens à Dæmone ea quæ sunt contra humani arbitrij libertatem, vt quòd cogat mulierem ad consuetudinem libidinosi hominis voluntati, vel ad aliquid, super quo habet dominium sui actus faciendi, & credat inuocans Dæmonem ista posse, Hæreticus est. Patet, Nā credere liberum arbitrium hominis à Dæmone posse cogi, est Hæresis: quia directè obuiat dictis sacræ Scripturæ. Dicitur enim Ecclesiastici decimoquinto: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Et Genesis decimo: Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illi. Et ad Rom. 8. Scio quòd neq; Angeli, neq; principatus, neq; potestates poterunt me separare à Charitate.

Dæmon liberum arbitriū hominis cogere non potest.

SEPTIMA CONCLVSIO.

PEtens à Dæmone ea quæ non excedunt eius potentiam, vt puta, ligare virum, ne carnaliter vxorem cognoscat, aut quòd domum alicuius euertat: & credat

Dæmo-

Dæmonem talia posse etiamsi non sit permissum à Deo: talis inuocans & petens Hæreticus est. Patet, quia talis de primo articulo fidei, (nempe de Dei omnipotentia) malè sentit, ergo Hæreticus est. Malè etiam sentit de sacra Scriptura: quia hominem percutere, ignem immittere, ventum commouere, & domum euertere, (secundum beatum Augustinum, & recitatur 26. quæst. 5. ca. Nec mirum.) non excedunt naturalem Dæmonis potestatem: & tamen ista non egit Sathan contra beatum Iob, nisi à Deo permissus & licentiatus, vt patet Iob primo. Patet etiam in Magis Pharaonis, qui impediti à domino cinifes facere non potuerunt. Exodi 8.

OCTAVA CONCLVSIO.

INuocans Dæmonem, & petens ea quæ excedunt Dæmonis naturalem scientiam, vtpote, futura quæ non habent causas determinatas in natura, sed dependent à Dei vel hominis voluntate, vt quis bella geret, quis auaritiæ inseruiet, quis gladio aut veneno peribit, quis damnabitur, aut quando extremi iudicij dies erit: talia petens, & credens Dæmonem ista scire, Hæreticus est. Patet, quia scire prædicta futura, est solius Dei, Psal. 41. Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos. Et Actuum primo: Non est vestrum nosse tēpora, vel momēta, quæ pater posuit in potestate. Excedentia naturalem Dæmonum scientiam.

Ex hoc patet error Genethliacorum, qui ex die natiuitatis fortunam hominis ac successum, etiam in singulis actibus prænunciare se posse iactant: quos irridens Iuuenalis ait; Si prurit frictus ocelli Angelus, inspecta genesi collyria poscit. Nec obstat, si Astrologi de talibus Genethliacorum error.

Secũdum passiones partis sensitiuæ homines astris subijciuntur.

sæpius vera prædicunt, quia vt plurimùm homines passiones partis sensitiuæ sequuntur, secundũ quam astris subijciuntur. Patet etiam error diuinantium per somnia futuros hominum euentus, à libero arbitrio dependentes.

De somnijs, quæ sunt causæ futurorum euentuum.

Est tamen hîc sciendum, Quòd quædam sunt somnia, quæ sunt causæ futurorũ euentuum: vt quando ex his quæ somniãs vidit, mouetur posteà in vigiliam ad aliquid agendum aut vitandum, vt recitat Galenus de quodam Græco, qui somniauit, quòd si minueretur inter duos digitos, sanaretur: qui cùm euigelasset, fecit minui, & sanatus est.

Alia sunt somnia, quæ solùm sunt signa futurorum euentuum, & non causa, vt sunt illa, quæ habent causam conuenientẽ eis & futuris euentibus siue illa causa fuerit corporalis, siue spiritualis. Corporalis quidem vt quando ex impreßione cœlestium corporum, & etiam aëris circumstantijs immutatur corpus & imaginatio dormientis. Sic dormienti apparent aliquæ visiones, conformes dispositioni corporum cœlestium & elementorum: prout sunt causæ aliquorum euentuum futurorum, sicut quando disponuntur elementa ad serenitatem, vel pluuiam, aut aliqua huiusmodi apparent dormienti aliquæ phantasiæ, conformes illi dispositioni. Vnde & bruta animalia percipiunt frequenter futuros temporum euentus serenitatis & pluuiæ, ex circumstantijs aëris immutatione. Et ita dicit Philosophus octauo Physicorum, quod à continente nos, fiunt multa mutationes in nobis.

A continente nos, multæ fiuntmutatiões in nobis.

Spiri-

Spiritualis autem causa somnij est quandoque Deus, quandoque Diabolus, Deus quidem, vt quando ministerio Angelorū reuelat in somnijs aliqua futura, quorum ipse est futurus causa, secundum illud Numer. 12. Si fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad eum. Diabolus autem, vt quando ad deceptionem hominum disponendo interius phātasmata, facit apparere aliqua futura, quæ ipse est facturus. Causæ somniorum Deus vel Diabolus.

Alia sunt somnia, quæ nec sunt causæ futurorum euentuum, nec signa: sed sunt solùm motus simulachrorum: sicut sunt omnia illa somnia, quæ causantur in dormiēte ex aliqua causa interiori: quæ duplex est, animalis scilicet, & corporalis. Animalis quidem, vt quando occurrunt homini dormienti phantasmata conuenientia eis, circa quæ eius cogitatio vel locutio fuit in vigilia immorata. Vnde homines solliciti & cogitatiui circa aliqua, frequenter somniant de illis. Ideò dicit Macrobius super somnio Scipionis: Sæpe fit, vt cogitationes sermonesque nostri appareāt aliquid in somnio tale, quale vigilans sæpissimè solebat agitare vel loqui. Propter quod Claudian. dicit: De somnijs, quæ sunt motus simulachrorum.

Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,
Pectore sopito redit amicitia.
Quis venator defesta thoro cū mēbra reponit,
Mens tamen ad syluas, & sua lustra redit.

Corporalis autem, sicut quādoque ex aliqua interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia dormientis, conueniens illi corporali dispositionis

Frigidæ naturæ somnia sunt de aquis.

tioni sicut homini, qui abundat in frigidis humoribus, occurrit in somno phantastatio, quòd sit in niue vel in aqua. Propter quod Medici dicunt, intendendum esse somnijs, ad cognoscendum interiores hominis dispositiones.

Cholerici somniãt ignea.

Ad hunc etiam modum reducuntur omnia somnia, sequentia complexiones hominum, sicut Cholerici somniãt ignea & agilia: vnde somniant frequenter se volare, comburi. Flegmatici somniant aquatica, vt quòd sint in aqua vel niue. Et Melancholici somniant nigra & discolorata: Sanguinei verò læta.

Melancholici nigra.
Sanguinei læta.
Cibus variat somnia.

Ad hunc etiam modum reducuntur omnia somnia, quæ sequuntur naturas ciborum. Nam quod complexio facit per naturam, hoc sibi faciunt per accidens.

Affectiones formant somnia.

Ad hunc etiam modum reducuntur omnia somnia, quæ sequuntur appetitum hominis & affectionem, sicut auarus somniat de auro & argento, famelicus de cibo, studiosus de lectione & disputationib. & sic de alijs.

Ad hunc etiam modum reducuntur omnia sequẽtia naturas & conditiones infirmitatũ. Tales tamen causæ somniorum, non sunt causæ futurorum euentuum sicut primæ. Vnde huiusmodi somnia per accidens se habent ad futuros euentus, & si quandoq; simul concurrant, hoc erit casuale & fortuitum.

Si quis ergo vtatur somnijs ad præcognoscenda futura, secundum quòd somnia procedunt ex eleuatione diuina, vel ex causa naturali intrinseca, quantum potest virtus talis se extendere, non erit Diuinatio illicita. Si autem huiusmodi Diuinatio causetur à Dæmone, cum

quo

quo pacta habentur expressa (cùm ad hoc inuocatur) vel tacita, tunc erit illicita & superstitiosa.

De ijs, qui diuinant per ficta pictaque puncta, & plumbum liquefactum.

Sed quidem de Magis, Geomanticis, Hydromanticis, Pyromanticis, & alijs Diuinatoribus consimilibus, qui ex protractionibus punctorum factis sine deliberatione, & ex proiectione plumbi liquefacti in aqua, aut ex alijs huiusmodi vanitatibus futura prænunciare videntur. Dicendum, quòd prænunciationes quæ fiunt ex talibus signis, originem habent à Dæmone, qui se immiscet descriptionibus punctorum, & alijs superstitiosis obseruantijs, & eius operatione disponuntur prædicti motus præter deliberationem existentes, secundum quod congruit dispositioni futurorum euentuum, eorum quidem quos naturaliter ipse cognoscit.

NONA CONCLVSIO.

SI petantur à Dæmone pronunciari certitudinaliter futura, quæ habent causas determinatas in natura, non de necessitate producentes, sed vt in pluribus & frequenter, vt prædicere, si pluuiæ, siccitates aut sterilitates erunt, & credat inuocans Dæmonem scire ista certitudinaliter euenire, talis Hæreticus est. Patet, quia talis certitudinalem huiusmodi futurorum cognitionem, quæ pertinet soli Deo, credit pertinere etiam creaturæ, & per consequens creaturæ fore Deum, ergo sic credens Hæreticus est.

DECIMA CONCLVSIO.

Qui petit à Dæmone vt sibi reuelet futu-

SI petantur à Dæmone reuelari præterita, vel præsentia nobis abscondita, Dæmoni autem manifesta, & credat inuocans, talia per Dæmonem reuelata, infalli-

biliter

ra, credit Diabolũ non esse mendacij patrem.

biliter ita esse, sic credẽs Hæreticus est. Patet, quia credere, Dæmonem non fore mendacij patrem, & verum semper esse eius sermonem vel reuelationem, Hæresis est, quia repugnat sacræ Scripturæ. Vnde Ioan. 8. habetur. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, cùm loquitur mẽdacium ex proprijs loquitur, quia mendax est.

Mendacium obmutescat.

Vnde Chrysost. super Matth. super illo verbo, quod dixit Iesus Dæmoni: obmutesce. Salutiferum, inquit, nobis dogma datur, ne credamus Dæmonibus quamcunque denuncient Veritatem. Et quia Magi, Malefici incantatores, & Dæmonum inuocatores talia multa de Dæmonis potentia & scientia pertinaciter credunt, meritò tales à Christi fidelibus tanquam Hæretici sunt euitandi.

Contra Magistrum quendam, qui defendebat, Magicas artes ad salutem conducere fidelium.

EX supradictis infero, quòd artes Magicæ, quæ inuocationes Dæmonum & pacta cum eis consulunt, meritò omni iure sunt prohibitæ: quia malæ & perturbatiuæ omnis Politiæ, Cuius oppositum tenuit præclaræ intelligentiæ vir Magister & Dominus nouissimè Vesperiatus in simili actu dicens, quòd studium Magicarum artium valet ad salutem fidelium. Et quia probatio corollarij mei est sui dicti confutatio.

PRobatur primò, quòd Iure naturali hæ artes sint prohibitæ & malæ: quia nocere innocenti, Iure naturæ est vetitum. Sed Malefici Magicis artibus plerumq; nocent innocentibus, vt patet de fascinarijs & alijs Maleficis. Ergo Iure naturæ tales artes sunt prohibitæ. Quod Iure diuino patet Exodi 12. Maleficos non patieris

patieris viuere. Et Leui. 20 *Vir, siue mulier, in quibus Pythonicus, vel spiritus diuinationis fuerit, morte moriantur, lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super eos. Vnde propter hoc peccatum Ochozias infirmus mortuus est, quarto Regum primo, & Saul primo Paralipomenon decimo.*

QVòd Iure Canonico sint prohibita, patet, quia Diuinatoribus & Maleficis occultis imponitur pœnitentia quadraginta dierum, extrà de Sortilegijs. cap. 1. Si notorij sint, Eucharistia negatur, de consecra. d. 2. pro dilectione. Si sit clericus, deponendus est. & in Monasterium retrudendus. 26. q. 5. Si quis Episcopus. Pœna Magorũ statuta in Iure Canonico.

Vbi sic habetur: Si quis Episcopus est, aut Presbyter, aut Diaconus, vel quilibet de ordine clericorum, Aruspices, aut incantatores, aut ariolos, aut certè augures, vel sortilegos, vel qui profitentur artem Magicam, aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus: ab honore dignitatis suæ suspensus, Monasterij curam excipiat, vbi pœnitentiæ perpetuæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat. Clericus diuinator vel Magus in Monasterium detruditur, ac in perpetuum carcerem.

Si laicus, excommunicationem incurrit. 26. quæst. 5. Si quis ariolos. Tales etiam infames sunt, & qui ad eos concurrunt, vnde nec ad accusationem debent admitti. 2. quæst. 8. quisquis.

QVòd Iure Ciuili prohibeantur patet, quia insectatores earum debent mortis supplicio subiacere. C. de maleficijs. l. nemo. l. culpa. & l. multi. vbi sic habetur: *Multi Magicis artibus vsi, elementa turbare vitas innocentum labefactare non dubitant, & manibus accitis* Pœna constituta Magis à Iure ciuili.

audent ventilare, vt quisq; suos conficiat malis artibus inimicos. Hes quando naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. Et legibus duodecim tabularum pœnæ grauissimæ Maleficæ sunt impositæ: patet per Tullium libro de legibus.

Poëtarum testimonia contra execrandã Magiam.

POëtæ etiam sentiunt has artes esse vitandas. Vnde Virgilius 4. Aeneidos, vbi Dido sororem sic alloquitur: Testor chara Deos, & te germana tuumquè Dulce caput, Magicas invitam accingere artes.

Nec valet dicere, vt videtur, quòd notitia istarum artium in se sit bona & vtilis, quanquam vsus earum sit perniciosus, quoniam 26. q. 2. habetur, quòd Christiana pietas condemnat Mathematicas, etiamsi vllum sacrificium vel vllæ preces ad aliquem spiritum dirigantur.

Non studendũ propterea Magiæ vt hac ratione illos confutemus.

Si autem dicatur, quòd studium istarum artium sit licitum ad eas confutandum & reprobandum. Hoc non placet, (saluo meliori iudicio) primò, quia per hoc retardarentur homines à studio vtilium artium. Secundò, quia cùm homines naturaliter scire desiderant, & ea magis quæ admirationem secum ferre videntur, vix esse non posset, quin imbuti his pernitiosis artibus, experimento scire cupiant, mira illa quæ per eas fieri posse pollicentur. Et sic patet confutatio sui dicti.

In Hispania quondam non tollerabantur artes Magicæ.

Ex quibus simul cum optima illius regni politia infero, quòd nec apud Toletum, nec apud Salamanticam, aut quamlibet aliam Hesperiæ partem hac tempestate Magicæ artes tollerantur.

Sed est sciendũ, quòd iam olim apud Salamanticam vrbem,

vrbem, Idolum marmoreum in profundißima cauea positum colebatur, cui Dæmon aßistebat, instruens in huiusmodi artibus eos, qui sibi certis pactis & inuocationibus subijcere volebant, qui post tractum temporis in quibusdam affectibus admirabiles apparebant. Veruntamen non modò à diebus multis, verùm & ab annis antiquißimis cauea illa obstructa est, & desuper Ecclesia fabricata. Idolum verò prædictum ante Ecclesiam, in via publica à pertranseuntibus conculcatur adeo, vt vix sculpturæ vestigium appareat. Et sic patet corollarium.

Per marmoream statuam Sathan paciscitur in Hispania cum Magis.

ET quia ea, quibus Magicæ artes acrius sunt improbatæ ex Christi doctrina sunt accepta, infero finaliter, quòd Christi doctrina fideles omnes à Magorum Maleficis purgantur. Quod est corollarium responsiuum ad quæstionem per sacræ legis Doctorem mihi propositam. Cui, atque vobis diuinarum literarum in terris arbitris, dicta submitto corrigenda.

FINIS.



TRACTATVS VTILIS ET NECESSARIVS, per viam Dialogi, de Pythonicis mulieribus.

Præfatio ad Illustrissimum Principem, Dominum Sigismundum Archiducem Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, &c. De Pythonicis mulieribus, per Vlricum Molitoris de Constantia studij, Papiensis Decretorum Doctorem & Curiæ Constantiensis causarum Patronum, ad honorem eiusdem Principis ac sub suæ Celsitudinis emendatione scriptus.



Xcellentissime Princeps & Domine, Domine Archidux colendissime, humilis Vlricus Molitoris de Constantia Doctor, tuæ Celsitudini sese in obsequium offert.

Cùm superioribus annis pestis quarundam incantatricum mulierum terræ tuæ excellentiæ inuasisse diceretur. Itaq; cùm nonnullæ tuo sub imperio mulieres de huiusmodi Hæresi suspectæ, captæ forent, apudque torturam interrogatæ, varia responderent: vnde tuis consulibus varia ea de re inter se opinantibus, vno quippe in illam, altero in aliam partem declinante, tandem apud tuam Clementiam mei memoria incidit. Itaque pro insita tua auiditate veritatem cognoscendi, per tuæ digna-

dignationis consules demandatum suscepi: vt quid ego in ea re sentirem, id tuæ excellentiæ stylo officioso designare non omitterem.

Verùm quamuis istud laboriosum & periculosum sit: laboriosum quidem mihi in aliis occupato, & victum quærere curanti. Periculosum autem, propter inuidos & detractores, qui cuncta, quæ nequeunt imitari, non tamen cessant calumniari: & quæ ipsi sua inertia experiri non poterunt, venenoso dente veluti greges hircus lacerare non omittent.

Quamuis insuper ista materia præclaros etiam Doctores in dubium aduocauerit: attamen dignum existimaui, quia pro tua excellentia corpusculi mei membra tuis obsequiis obtinet deuincta, eius etiamsi quæ sunt animi vires possideas, vt dum exterioris hominis partes sese ad tua deuouent obsequia, debilis quoque & rudis intellectus meus ad tuæ Celsitudinis gloriam non dormitet.

Opus itaq; præsens sub tua tuorumq; sapientissimorum consulũ correctione, præsertim clarissimi viri Conradi Sturtzel vtriusq; Iuris Doctoris: ac tuæ præcellentiæ maximi Secretarii: cuius quippe correctioni hunc Tractatum specialius submisi. Quoniam eundem priscis temporibus in præceptorem & Magistri loco habui: Eloquentiæ etiam emolumenta Iurisq; sententias suxi, hodieq; sugere desiderarem. Et sic aggressus sum. Conrad Sturtzel. I. V. D.

Etenim cùm apud priscos oratores Dialogus plerũq; aliquid iucundioris delectationis afferri existimatum sit, idcirco præsenti in tractatu per viam Dialogi, imò

 Trilogi,

Trilogus. Trilogi vt procederem decreui. Verùm quia multi ea de re disputatione digna cũ prouido & præstanti viro Conrado Eschatz huius inclytæ ciuitatis Constantiensis plurium annorum prætore & magistratum gerente, viro vtique spectato & facundia florente, recensui: qui tanquam prætor huiusmodi mulierum confeßiones didicit. Itaq; ipsum præsentem Dialogum sub tuo excellentißimo, ipsiusq; Conradi, & meo nominibus expedire arbitratus sum. Idcirco sub benignitatis venia ad materiam accedens, quasdam quæstiones pro claui huius materiæ discutiendas præmisi.

Conrad Eschatz.

EXORDITVR ITAQVE CLEMENtissimus Archidux Sigismundus Austriæ.

CAPITVLVM PRIMVM.

SIGISM. Fidelis nobisq; dilecte Doctor Vlrice, quoniam singulari fauore ob tua in nos merita te prosequimur: idcirco præsenti de materia tecum præ cæteris disputare decreuimus.

VLRIC. Illustrißime Princeps, quamuis gratum sit, vt pro tua in me clementia me dignum inter disputandum fore iudicaueris, attamen ecce adest Conradus Schatz/ Prætor meæ ciuitatis, vir vtiq; ingenio præstãs, in cõuersationeq; argutus consodalis meus. Placeat igitur eius industriam hac in re prius experiri.

SIGISMVND. Placet, nam & eundem consilio maturum, conuersationeque facetum noui. Idcirco quia nobis sermo de incantatricum maleficijs habendus erit: Itaque quærendum primò duxi, Vtrùm de facto in-

ſto incantatricum poßint prouocari tonitrua & grandines?

CONRAD. Quãuis in huiuſmodi difficultate, qua etiam doctiſsimos viros pro diſcuſsione terrere ſolet me inſcitum putem. Iuxta verbum Socratis, qui ſolitus fuit dicere, ſe hoc ſolùm ſcire quod neſciret: attamen ne videar clementis Principis monitis nõ acquieſcere, loquar pauca, vt initium dem mouendi maiora.

SIGISM. Dic igitur?

CONRAD. Apud Philoſophum tritum eſt ſermoneproverbium, vt ſama quam omnes ſamant non omnino perdatur. Fama autem communis eſt, quòd ipſæ ſtrigæ tonitrua & grandines fecerint, magnaq; damna ſegetibus & hominibus intulerint. Ex confeßione quoq; earum in tortura facta, ſe talia feciſſe, & modum faciendi tradidiſſe compertum eſt.

Fama quam omnes famãt, non vana habenda.

SIG. At ego nudæ famæ non intendo. Facilè enim dictum ſequitur vulgus, nec confeßione torturali ſatiabor, cùm metu tormentorum quis inducitur quandoq; ad confitendum id quod in rerum natura nõ eſt. Verùm ea quæ oculis nõ conſpeximus, auctoritate tum, vel concludendi ratione percipere deſideramus. Nam recta diſputatio auctoritate & ratione concluditur.

Recta diſputatio auctoritate & ratione concluditur.

VLRIC. Profecto experientia in decidendis cauſis contemptibilis non eſt, cùm experientia dicatur eſſe rerum Magiſtra, vt dicitur in cap. vbi periculum, de elect. lib. 6. vnde tritum eſt apud populares prouerbium, Experto crede Roberto.

SIGIS. Ad oſtendendum igitur, quòd Maleficæ mu-

Si Magæ inimicis pro libitu damnū dare possent, nō opus haberemus militibus.

lieres nihil sciant, me istud mouet videlicet, Nam si talia ista maledictæ mulieres scirent, & efficere possent, non esset opus Principibus temporibus belli clientulos militesq́; conducere, qui in terras hostium irruerent, agrosq́; deuastarēt, incendijs domos & villas concremarent? Verùm satis esset, talem mulierem Pythonicam aduocare, eidemq́; saluum conductum addicere, & hortari, quatenus super hostiū terras talis maledicta mulier grandines, fulmina & tempestates prouocaret, vt sic hostium terram periclitare moliretur. Etenim quia videmus, quòd ipsæ talia facere non possunt, etiamsi vellent, ad faciēdumq́; etiamsi à Principibus, (quod tamen absit) inducerentur. Vnde inferendum censeo ipsas talia facere non posse.

Absit, vt Princeps vtatur opera Sagarū.

Præterea, ex fide habemus, solùm Deum stellarum & elementorum esse gubernatorem, qui legem pati sydera iubet: & qui iuxta Boëtium in libro de consolatione perpetua, mundum ratione gubernat, stabilisq́; manens dans cuncta moueri. Quomodo igitur mulieres lamiæ adiutorio Dæmonum illum summum motorem, qui certa ratione cuncta gubernat, in huiusmodi suo motu impedire, & in alium modum dirigere possent.

CONR. Ponderanda quidem est magni Principis ratio. Sed non minus ponderandum est illud quod Exod. c. 7. dicitur: Nam quamuis Moyses ante faciem Pharaonis regis Aegypti multa signa & prodigia fecisset: nihilominus Malefici similiter effecerunt, qui incantationibus suis aquam in sanguinem verterunt, & ranas super terram produxerunt. Ecce igitur ex sacra Scriptura

Lamios & Magos prodigia facere posse, probatur ex S. scriptura.

veteris

veteris Testamenti clarere, quòd Malefici adiutorio Dæmonum aquas turbarunt, quia eas in sanguinem verterunt: & agros prædiaq; ranis confuderunt.

Item lib. Iob ca. 1. legitur, quòd Diabolo procurante ventus vehemens irruit à regione deserti: & concußit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreßit liberos Iob, & mortui sunt. Ecce, quòd Diabolus potestate sua aërem prouocauit, puerosq; oppreßit. Dicitur etiam eodem libro, Diabolum fulmina ignis prouocasse. Dicit enim textus. Ignis Dei cecidit de cœlo, & vaccas, oues, puerosqúe consumpsit.

Item Ioan. in Apoca. cap. 7. ait: Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque mare, neque in vllam arborem: vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ, neque mari, neque arboribus, quousquo signemus seruos Dei in frontibus.

Angeli tenentes Ventos interpretantur Diaboli.

SIG. Doctor, qui sunt illi quatuor Angeli, quibus Ioannes ait esse datum, vt poßint nocere terræ.

VLR. Sunt Diaboli.

SIG. Appellatur ne Diabolus Angelus?

VLR. Ita. Nam Diabolus ibidem, & etiam alibi sæpius Angelus dicitur: quia etiam missus à Deo, vt ibidem dicit glossa ordinaria.

SIG. Fortè Ioannes hoc in spiritu vidit, dans nobis suæ visionis exempla.

CONR. *Dignißime Princeps, non opus est exemplis, dum res ante oculos existit, vt audisti à Maleficis coram Pharaone, & à gestis Iob. Si igitur hæc facta fuisse leguntur, igitur & iam fieri posse quis dubitat.*

VLRIC. *De illo passu in fine ex pòst clarius loquemur.*

SECVNDVM CAPITVLVM.

VTRVM INCANTATRICES POSsint adiutorio Diaboli hominibus & infantibus nocere, ac morbos eisdem inferre, eosdemq́ue debilitare.

SIGIS. *Quia de corruptione & turbatione elementorum nobis sermo est, non incompetenter quærendum duximus: Si etiam Incantatrices homini, & maximè infantibus morbos inferre, & adiutorio Dæmonum eisdem nocere possunt, & eos debilitare.*

CONR. *Audiui à plerisque mulieribus, quomodo pueris in cunabilis iacētibus variæ ægritudines acciderunt: nunc quippe illi puero nasus apparuit curuatus: nunc alteri oculus erutus, quodq́ maledictæ mulieres quandoq́ comprehensæ, asseuerunt, in torturaq́ recognouerunt, ob inuidiam parentum se talia pueris auxilio Dæmonis irrogasse.*

SIG. *Audisti quòd confeßionibus talibus per metum extortis non saturabor: quid igitur aliud rationis seu auctoritatis in medium adducis?*

CONRAD. *Iam superius pro auctoritate in libro primo Iob cognouimus, quòd Diabolus filios eiusdem ventum*

ventum prouocando inuasit, & mortui sunt. Digneris vtiq; audire B. August. 21. lib. de ciuit. Dei. c. 18. dum ait: Prorsusq; scriptum est, graue iugum filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ matrem omnium vsque adeo impleri est necesse, vt ipsi paruuli per lauacrum regenerationis ab originali peccato, quo solùm tenebantur, vinculo iam soluti, multa patientes, nonnulli incursus spirituum malignorum patiantur. Ecce quod Augustinus sentit, pueros incursus Dæmonum pati. Item B. Hierony. ad Paulam de dormitione Blesillæ in epistola ait: Quid causa est, vt sapè ibi noli & moli, ac vbera materna lactantes à Dæmonio corrumpuntur. Ecce igitur sacra Scriptura & sanctorum patrum auctoritate ostensum esse, Diabolum potestatem quandoque habere corrumpendi pueros & infantes, eisq; nocendi.

Sepultura nominatur mater omnium.

Testimonia patrum, de infantibus à Maleficis impetitis.

SIG. Locuti modò sumus de infantibus, quid igitur in senibus & adultis?

CONRAD. Multos vidimus senes claudicantes & contractos, qui asseruerunt, ex maleficio illarum maledictarum ipsis illud euenisse.

SIG. Quid autem sentit Scriptura?

CON. In legenda sanctorũ Simonis & Iudæ legitur, q̃uo coram rege Babyloniæ Larochi & Arphaxat Malefici fuerunt cõstituti, qui ipsius regis oratores & rhetores mutos & claudos atq; cæcos effecerunt, ac visum & gressum eisdẽ denuo reddiderunt. Ecce apertũ testimonium, ꝙ Malefici nocere possunt hominibus, ẽt senibus, ac claudos & cæcos facere, & rursus eosdem sanare.

SIG. Hi namque oratores, quibus huiusmodi maleficia euenerunt, pagani extiterunt, & in Christum non crediderunt: nec signo crucis muniti fuerunt.

VLR. Prudenter loqueris ô inclyte Princeps: quoniam in eadem legenda canitur, quòd postquam dicti oratores & rhetores in Christum crediderunt, & per Apostolos signo crucis muniti fuerunt: dicti Magi eisdem vltra nocere non poterant, quanquam Magi ipsi irritati iterato eisdem nocere attentassent.

Cur quibusdam sanctis Dæmon noceat, quibusdam nocere non possit.

CONR. Aie, aie, quomodo igitur poterat Diabolus nocere Iob: eundem grauißimo vlcere percußit adeoque eundem læsit, vt in fimo iacens, vix suspirare poterat, vt legitur in libr. Iob, & tamen ipse Iob erat vir sanctus in voluntate Dei, vt testatur scriptura, ambulans. Item in legenda Sancti Antonij legitur, quomodo Dæmones eundem valdè percusserunt: qui tamen vir sanctus & Deo placens fuit. Ecce ergo ex his constare, Dæmones super sanctos etiam viros potestatem nocendi eisdem habuisse. Si igitur viros sanctos turbare potuerunt, cur igitur alijs, de quorum sanctitate nobis non constat, nocere non possent.

SIG. Ex his magis magisque hæsitare incipio: quid igitur sentiendum sit audire desidero.

VLR. Sine modò, prope finem quid sentiendum sit latius de hoc & alijs loquamur.

De impedimento coitus.

SIG. Ex priori dubio oritur aliud: Vtrùm poßint hominem in coniugali statu existentem inficere, & ad coeundum impotentem reddere?

CONR. Vidi plures iuuenes, qui in coitu paucum

aut

aut nihil valuerunt: imò proprias vxores carnaliter cognoscere non potuerunt, asserentes, ex Maleficio hoc ipsis contigisse.

SIG. O multi multa loquuntur.

VLR. Profectò Canones in hoc consentiunt, asserentes, per maleficia fieri posse, vt homo, qui à natura frigidus non est, ad coeundum inhabilis reddatur: itaque in Decretali specialem titulum de frigidis & maleficiatis habemus: Vnde Hysmarus etiam Papa in c. si per sortiarias. 34. quæst. 1. ait: Si per sortiarias atq; Maleficas artes, occulto, sed nonnunquam Dei iusto iudicio permittente, & Diabolo præparante, concubitus non sequitur, hortandi sunt quibus ista eueniunt, vt corde contrito, & spiritu humilitatis Deo & sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant, &c. Ecce dicit enim textus: præparante Diabolo concubitus non sequitur.

Canones ab hominibus debent approbari.

Et quamuis pro decisione huius dubij ad credendum satis foret Canon: quia Canonum constitutiones ab hominibus debent approbari: vt dicitur in cap. 1. de const. Nihilominus tamen hoc idem astruunt Doctores. Vnde B. Thomas in quarto super sententijs, distinct. 34. ait, quod ex maleficio potest quis esse impotens ad vnam, & non ad aliam. Itaq; dominus Host. in summa lib. 4. Rubr. 17. de frigidis & maleficiatis dixit. Aliquando maleficiantur homines, ita quòd redduntur per sortilegium impotentes omnibus præter quam vni. Aliquando etiam maleficiantur adeo, vt non possent cognoscere vxorem: sed omnes alias.

Duplices impotentiæ concubitus.

SIGISM.

SIGISM. Animum meum hæc mouent: quia mira sunt. Nam cùm coitus à natura nobis detur, admirandum certè erit, quomodo Diabolus cursum naturæ impedire nobis ignorantibus possit.

VLRIC. Nam & ego Vlricus ad decem & octo annos in curia Constantiensi causarum Patronus & Aduocatus, prout hodie sum, etiam huiusmodi causas frigiditatis & maleficij in practica plures habui, vbi mulieres accusabant coram Iudice maritos de impotentia coeundi.

SIGISM. Quid igitur decretum fuit in talibus causis,

VLRIC. Decreuerunt iudices eos taliter infectos Medicis curiæ huiusmodi iuratis ostendere se debere pro examine Medicorum faciendo.

Impotentes Medicis exhibendi.

SIGISM. Quid inde?

VLRIC. Itaq; plures comperi per Medicos curiæ iuratos inspectos: quos ipsi Medici asseruerunt natura non frigidos, sed sortilegio maleficatos esse.

SIGISM. Et quid super huiusmodi Medicorũ examine finaliter sententiarum extitit?

VLRIC. Decreuerunt itaq; iudices: partes ad triennium mutuo cohabitare debere, opus carnis huiusmodi attentando, quoq; largiores in ieiunijs & Eleemosynis forent, vt Deus, qui institutor est matrimonij, huiusmodi maleficium ab eis auferre dignaretur. Verùm quia de huiusmodi articulo opinionem meam in fine cum præcedentibus dubijs latius declarare intendo, interim ab alia dubia te conuertere, si velis, poteris.

TER:

TERTIVM CAPITVLVM.

SIGISMVNDVS quærit, Vtrum dicta mulieres incantatrices poßint facies hominum in alias formas immutare, &c. Vtrum formæ hominum. immutentur.

VLRIC. Quid tibi dignißime princeps videtur?

SIGISM. Quod non.

VLRIC. Quo hoc asseris motiuo?

SIGISM. Dicitur enim in decreto in cap. Episcopi 26 quæst. 5. vbi inquit text. Quisquis ergo credit, posse fieri aliquam creaturam, aut in melius aut in deterius immutari aut transformari posse in aliquam speciem aut aliquam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit & per quem omnia facta sunt, infidelis est & pagano deterior.

CONRAD. Canoni namq; aduersari non intendo, Sed quæ apud Historiographos me legisse memini recitare cupio. Quid igitur ad Virgilium dicitur, qui in Bucolicis ecloga octaua recenset: quòd dum Vlysses suis cum socijs à Troia exulando ad Circen Reginam declinasset: ipsa quoq; Circe hospites tales suscipiendo pocula malefica eisdem ministrasset: itaq; ipsi hospites postquàm venenata pocula bibissent, in animalia diuersarum specierum conuersi sunt, vnusq; in lupum, alter in asinum, alius verò in leonem.

SIGISM. Fabulam recitas: poëtæ finxerunt quibus non est credendum.

CONRAD. Certè reijciendi nō sunt. Nam Cœlius Lactantius ait poëtas Historias scripsisse: sed sub occulto figmento vel asse. Attamen hanc recitat Boëthius Doctor Poëtæ tectè Historias scripserunt.

ctor catholicus in libro quarto de consolatione & ait:

Vela Naritij ducis
Et vagas pelago rates
Eurus appulit insula.
Pulchra qua residens dea
Solis edita semine
Miscet hospitibus nouis
Tacta carmine pocula.
Quos ve in varios modos
Vertit herbipotens manus,
Hanc apri facies tegit,
Ille Marmaricus leo
Dente crescit & vnguibus,
Hic lupus nuper additus
Flere dum parat vlulat:
Ille Tigris vt Indica
Tecta mitis obambulat.
Sed licet varijs malis
Numen archadis alitis
Obsitum miserans ducem
Peste soluerit hospitis
Iam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant,
Iam sues Cerealia
Glande pabula verterant,
Et nihil manet integrum
Voce & corpore perditis.
Sola mens stabilis suprà
Monstra qua patitur gemit.
O leuem nimium manum,
Nec potentia gramina
Membra qua valeant licet,
Corda vertere non valent:
Intus est hominum vigor
Arte conditus abdita.
Hac venena potentius
Detrahunt hominem sibi
Dira qua pœnitus meant
Nec nocentia corpori
Mentis vulnere sauiunt.

Hæc Boëthius decurtatis metris canit.

SIGISM. Tametsi præclaro stylo Boëthius Vlyssis sociorumqúe gesta recitet, hæsito tamen an vera sint: & si talia gesta vera fuerint non mirum, si istud his hominibus accidit qui pagani fuerunt, Idola venerantes, & statuas Dæmonum adorantes, vnde Diabolum super homines tales maiorem potestatem habuisse credimus. Cùm autem nos Deum cœli adoremus, & in Christum, per quem ab imperio Diaboli liberati sumus, vnde nobis talia contingere posse non existimo.

CONR. Insuper his simile factum audiuimus. Narrat

rat enim Apuleius, prout de eo recitat Augustinus, eidem asini aures accidisse, accepto veneno, humano animo percipiente se asinum factum fuisse.

SIG. Dixi iam differentiam esse inter Idola adorantes, & Deum cœli colentes.

CONR. Procedamus igitur ad eos, qui Deum cœli adorant, vt ostendamus eisdẽ venefica arte talia pariter accidisse.

Etiam inter Christianos quosdam mutatos in bestias.

In Lombardica hist. fol. 380

SIG. Procedamus igitur.

CONRAD. In historia sancti Clementis recitatur, quomodo facies Faustiniani, qui pater sancti Clementis extitit, & cum Beato Petro Apostolo conuersabatur, per Simonem Maleficum immutata fuerit. Dicitur enim in eadem historia, quòd cùm Imperator Cornelium centurionem misisset Antiochiam, vt illic Magos & Maleficos caperet, Faustinianus licentiam salutandi Apionem & Anubionem à Beato Petro petijt. Cùm autem idem Faustinianus apud Simonem Maleficum declinasset: itaque Simon Anubiani & Apioni exposuit, quomodo idẽ illa nocte Cornelium fugere vellet: eò quòd audisset eundem Cornelium Imperatoris ex præcepto se comprehendere velle: vnde ipse Simon omnẽ furorem in Faustinianum conuertere proposuerit. Tantum, inquiens, facite Faustinianum cœnare vobiscum. At ego, ait, quoddam interim vnguentum componam, quo cœnatus faciem suam perungam, ex eo quoq; vultũ meum habere videatur. Vos autem herbæ cuiusdam succo faciem perungimini prius, vt nõ fallamini de mutatione vultus eius. Volo enim vt comprehendatur ab his qui me quærunt: & luctum habeant filij eius, qui me

De Simonis Magi exemplo.

Faciem alterius in suam mutare.

relicto

relicto fugerunt ad Petrum: itaque facies Faustiniani fuit mutata, nemo eundem præterquam Petrus cognosceret: ad modum quippe, vt qui Faustinianum intuebantur, existimabant Simonem Magum videre. Ecce igitur quòd per Maleficas artes vir sanctus erat immutatus.

SIGISM. Forte pro tunc Faustinianus catechumenus fuit: nec dum baptizatus à Petro: vel Deus hoc ideò permisit, vt dolus Simonis Magi proficeret in gloriam Petri, prout factum fuit.

CONRAD. Quocunq; modo permissum extiterit, attamen ex historia claret, quòd facies eius per maleficium immutata fuit.

Item in historia Beati Petri recitatur, quòd cùm Simon Magus ante faciem Neronis Imperatoris staret, eius effigies subitò mutabatur; vt modò senior modò adolescentior videbatur. In eadem quoq; historia legitur, quòd Simon Magus hircum in speciem hominis secundum ipsius Simonis mutauit. Fertur enim Simonem Neroni dixisse, vt scias optime Imperator, me filium Dei esse, iube me decollari, & tertia die resurgam. Præcepit ergò Nero carnifici vt decollaret eum: qui cùm putaret Simonem decollare, decollauit arietem. Simon autem arietis membra recolligens, se & illa tribus diebus abscondit. Tertia verò die ostendit se Neroni, dicens: Fac sanguinem meum abstergi qui effusus est, quoniam ecce ego qui decollatus fueram, sicut promisi, tertia die resurrexi. Nero verò his visis obstupuit: & eum filium Dei putauit.

Hircus mutatus in speciem hominis.

Simon Magus se filium Dei fingit.

SIGISM.

SIGISM. Bone Doctor, quid tu affers in medium?

VLRIC. Maiorum Doctorum testimonia in eam rem adducam. Dicit enim Beatus Augustin. in libro de spiritu & anima: Humana opinio dicit, quòd quadam arte & potestate Dæmonum homines conuerti possunt in Lupos & iumenta: & portare quæque necessaria, post peracta opera iterum ad se redire: nec bestialem mentem in eis fieri, sed rationalem humanamque seruare. Hoc intelligendum est, quod Dæmones quidem naturam non creant, sed solùm aliquid tale facere possunt, vt videantur esse quod non est. Hæc Augustinus. Ecce ergo quòd Augustin. concepit, quòd aliquid tale facere possunt. Naturas Dæmones non creant.

SIGISM. Sed subdit vt videantur esse quod nõ est.

VLRIC. De hoc latius in solutione finali dicemus. Insuper Augustinus in lib. 18. de ciuitate Dei ait: De ludificationibus Dæmonum quid dicemus, nisi de medio Babylonis esse fugiendum: quantò enim in hoc maiorem potestatem Dæmonũ videmus: tantò tenacius Mediatori inhærendum, per quem de imis ad summa conscendimus. Nam cum essemus in Italia audiebamus talia de quadam regione illarum partium, vbi stabularias mulieres imbutas his artibus in caseo dare solere dicebant, quibus vellent, seu possent, viatoribus, vnde in iumenta ilicò verterentur, & necessaria quæque portarent, postquam perfuncta opera, ad se redirent: nec in his vitam bestialem fieri, sed rationalem seruari. Hæc Augustinus.

SIG. Hîc Augustinus loquitur de auditu alieno, dicens se à quibusdam recitatoribus audiuisse: vnde dictum Augustini nihil in hoc cõcludit: quia testis de auditu alieno loquens non probat.

VLRIC. Sapienter loqueris: attamen audiamus propinquiora. Vincentius in speculo naturali lib.3.cap. 3.refert, cuius verba hîc refert Guillermus Malmesbe-riensis monachus, in historia sua, quòd tempore Petri Damiani fuerunt duæ vetulæ in strata publica, quas Augustinus appellat stabularias, item transeuntes ad hospitia pro mercede suscipientes. Nam stabularium propriè hospitium venale & publicum dicitur. Hæ vno commorantes tugurio, vno quoq; vtentes maleficio, hospitem, si quando superueniebat solus, in equum, vel suem, vel asinum mutabant: & mercatoribus vendentes, precium habebant.

Guillermi Malmesberiensis historia.

Stabularium quid significet veteribus.

Quadam die iuuenem histrionicis gestibus victum exigentem hispitio susceperunt: susceptumq; asinum fecerunt: multum inde lucrantes per asinum scilicet, qui miraculo gestuum distinebat transeuntes: Nam quocunq; modo anus præcepisset, mouebatur. Non enim amiserat intellectum sed loquelam: multum inde quæstuum conflauerant vetulæ. Audiens hoc vicinus diues asinum emit magno precio. Dictum quoq; est ei ab illis vetulis vt custodiret eum, ne in aquam intraret: seruatusq; asinus diu ab aqua, tandem incautiorem nactus custodiam, in lacum proximum se proiecit: & ibi se diu volutans Asininam figuram perdidit, propriamq; recepit. Cumq; custos eius sciscitaretur ab eodem obuio, si asinum vidisset, ille se esse dixit: famulus ad dominum retulit, dominus ad Apostolicum Leonem illo seculo sanctissimum, conuictæ anus idem fatentur.

Histrio in asinum ludicrũ mutatur.

Dubitantem papam confirmauit Petrus Damianus

vir eruditissimus, producto exemplo de Simone Mago qui Faustinianum videri fecit in figura Simonis. Ecce ergò quòd Petrus Damianus vir magnæ auctoritatis apud Papam conclusit hoc fieri potuisse.

SIGIS. Tantis historijs & auctoritatibus me impellis, vt nesciam quorsum me vertam.

VLRIC. In fine latius loquamur de hoc.

CAPITVLVM QVARTVM.

VTrùm dictæ mulieres incantatrices proficiscantur ad conuiuia, vel poßint super baculum vnctum. vel super lupum seu aliud animal equitare, & ad sui conuiuij ludum de loco ad locum traduci, vbi bibant & comedant, ac se mutuò cognoscant atq; delectentur.

De profectionibus nocturnis Incantatricum.

SIGISM. Vlterius quæro, vtrùm super baculum pinguedine quadam vnctum, aut super lupum, vel aliud animal poßint tales mulieres maledictæ equitare: & an Diabolus posset eas deferre de loco ad locum, vt bibāt & conuiuia celebrent, seq; mutuò cognoscant atq; delectentur.

VLR. Audienda est tua opinio benigne Archidux.

SIGIS. Nouimus quòd Diabolus spiritus est, qui non habet manus, neq; pedes, nec etiam alas, qui etiam non commensuratur loco, quomodo igitur hominē qui corporeus est, portare posset.

CONR. Fortè spiritus ingrediuntur aliqua corpora, & assumunt sibi talia ad opus illud quòd facere volunt. Nam in sacra Scriptura legimus, Danielis vltimo, quòd Angelus Domini apprehendit Abacuc in vertice eius, & portauit eum in capillo capitis sui, & portauit

De Propheta Abacuc translato per Angelum.

tauit eum in Babylonem. Ecce quamuis Angeli ſpiritus ſint: & non habent manus neq; pedes: tamen concludendum eſt, quòd Angelus corpus aſſumpſerit, quo Abacuc capillis tenere & portare potuit. Sic Actuum Apoſtolorum 8. legitur: Spiritus Domini rapuit Philippum, & inuentus eſt in Azato.

SIGISM. Hoc in ſpiritibus & Angelis bonis fieri poſſe concedo, in quibus maior eſt poteſtas.

VLR. Loquamur ergo de malis, & ſic de Diabolo: Nam in legenda ſancti Iacobi legitur, quòd Diabolus Hermogenem conſtrinxit, & ligatis manibus & pedibus eundem ad ſanctum Iacobum detulit.

Diabolus ducit Hermogenem ad S. Iacobum.

CONR. Referam autem ego, quòd temporibus noſtris quibus adhuc iuuenes mutuò in ſcientijs humanitatis conſtudentes fuimus, accidit ante lapſum multorum annorum, vidi ego in iudicio prouinciali ciuitatis Conſtantienſis duos mutuò litigantes, vbi accuſator in forma Iuris ſe inſcribens contra quendam ruſticum, quem Maleficum aſſeruit, actionem propoſuit, quod idem ruſticus ſuper lupum quendam equitans, obuiam accuſatori venerit, quo obuiante ipſe accuſator ſubitò contractus, & mēbris languidis factus fuerit: Itaq; rogante eo Maleficum, vt ſanitatem ſibi reſtitueret, annuerit Maleficus: Qui abiens rem aliquantulum temporis tacitus continuit. Verùm, quia idem ruſticus etiam alijs ſuo maleficio damna intuliſſe dicebatur, vnde tandem accuſator eundem publicè inſignem iudici accuſauit.

Equitans lupum in die.

SIGISM. Quid ad huiuſmodi accuſationem ruſticus reſpondit?

CONR.

CONR. *Negauit ille.*

SIGISM. *Ad torturam fuitnè positus?*

CONRAD. *Non.*

SIGISM. *Quomodo igitur conuinci potuit?*

CONR. *Per testes.*

SIG. *Quam namq; causam dicti allegarent testes?*

CONR. *Asseruerunt per eorundem iuramenta publicè præstita, quòd ipse rusticus Maleficus, etiam ipsos testes in corpore & rebus damnificauerit.*

SIGISM. *Datus fuerat ipsi accusato orator ad defendendum.*

VLR. *At ego tali iudicio affui, & ego illud cum grauitate & maturitate fieri vidi: ipsas etiam partes duos magnæ eloquentiæ viros prælocutores habuisse memini.*

SIGISM. *Quinam hi fuerunt?*

VLRIC. *Conradum quondam* Schatz *patrem nostri disputantem, ac Vlricum quondam* Blaser *nostræ ciuitatis Prætores, viros rememoratione dignos, pro oratoribus habuerunt.* Vlricus Blaser.

SIGISM. *Noui illos, & prudentes censui.*

CONRAD. *Ordinato itaque iudicio, ex dictis testium ipsum accusatum conuictum condemnari, condemnatum concremari vidi.*

SIG. *Quæstio ista aliam et particulam continet: videlicet, quod huiusmodi mulieres quandoq; conueniant mutuoq; confabulentur, bibant & se inuicē agnoscant.* De conuentibus & conuiuijs Maleficarum.

CONRAD. *Sic fieri solere vulgus clamat, ipsæq; mulieres talia confitentur, & propinqua iudicia confessionis aßignant.*

SIGIS. Nonne ait Canon. in c. Episcopi: 26. q. 5. vbi textus: Illud etiam non omittendum est, quòd quædam mulieres sceleratæ retrò post Satanam cõuersæ Dæmonum illusionibus phantasmatibus seductæ credunt & profitentur, se cum Diana nocturnis horis, Dea paganorum & cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spacia intempesta nocte pertransire, eius iussionibus obedire veluti dominæ, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vtinam hæ solæ in perfidia periissent, non multas secum ad infidelitatis interitum prouocassent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, vera hæc esse credit, & credendo à recta fide deuia, errore paganorum inuoluitur.

CONR. Si itaque iuxta verba Canonis opinione decipiuntur. Vnde igitur prouenit, quòd ipsæ mulieres ex aliis ciuitatibus homines noscunt, quos etiam conuiuio interfuisse asserunt: & iudicia cognitionis suæ ostendunt, quos tamẽ prius nunquã viderũt, neque in huiusmodi ciuitatibus cũ talibus prius conuersatæ fuerunt.

VLRIC. Hanc instantiam, etiamsi vrgeri videatur: tamen prope finem huius tractatus exemplo sancti Germani soluemus.

CAPITVLVM QVINTVM.

SIGISMVNDVS. Quærendum insuper fore existimo, vtrum Diabolus in forma hominis possit apparere, & cum huiusmodi maledictis mulieribus possit incubando commisceri?

De incubis.

CON. Nemo dubitat, quin Diabolus in forma homi-

hominis apparere poßit. Nam in legenda Sancti Martini legitur, quod cùm Martinus Mediolanũ præterijsset, Diabolus ei in humana specie obuius fuit. Sic in legenda Sancti Antonij legunt, quòd Diabolus in specie pueri nigri prostratus apparuit. Item in legenda Sancti Eligij legitur, quòd Diabolus in specie pulchræ mulieris eundem apud fabricam suam alloquebatur. De Saluatore quoque nostro Matthæi quarto legitur, quòd assumpsit eum Diabolus, & statuit eum super pinnaculum templi. Vnde in hanc partem assentior, quòd Diabolus in specie humana poßit hominibus apparere, & cum eis conuersari. Legitur quòd Plato Dæmone domestico, quasi famulo vsus sit.

De Saluatore in pinnaculũ templi constituto.

SIGIS. Sed quid de alia parte quæstionis, an Dæmones poßint cum talibus mulieribus dormire, & coire cum eisdem?

CONR. Hoc namq; mulieres confitentur, q incubando cõmiscentur, & sicut ab amatoribus tractentur.

SIGIS. Vana mulierum opinio multa garrulant, quæ vera fore putant.

CONR. Profectò quandoq; perseuerant in huiusmodi eorũ confeßione, ẽt cùm ad mortem ducuntur, & nihil aliud vident, quàm moriendum esse. Veruntamen audiamus gesta aliorũ magis authorisata. Legitur enim in historia Sancti Bernardi, quòd Dæmon siue incubus, pluribus annis cum quadã muliere dormiuit, ẽt marito mulieris in eodem lecto condormiente, attamen hoc nefas ignorante. Itaq; tandem mulier pœnitentia ducta, volens deinceps licentiare & expellere incubum, verùm

S. Bernardus Dæmonem ardentibus candelis excommunicauit.

non potuit: vbi beato Bernardo conquerens, qui ipsum Dæmonem ardentibus candelis excommunicauit. Ac vt sic eundem à dicta muliere effugauit.

Item beatus August. in 15. li. de ciui. Dei ait: Creberrima fama est, multiq; experti sunt, vel ab illis, qui expertos se audisse affirmant, Syluanus atq; Faunos, quos vulgò Incubos vocant improbos, sæpè mulieribus extitisse: & earum appetisse & peregisse concubitum.

Historia Arcturi Regis Britanniæ.

Item in historijs Arcturi Regis Britanniæ sæpius leguntur huiusmodi accidisse.

SIG. Quid igitur respōdetur ad auctoritatem Cassiani, qui ait: Nullo modo credendū est, spirituales naturas cum fœminis carnaliter coire posse: Nam si hoc aliquando posset fieri, quomodo nunc vel vnquam vel rarò videremus aliquos ex eorum cōcubitu de mulieribus absq; virili semine nasci: cùm præsertim constet eas libidinum sordibus admodum delectari: quas proculdubiò per semetipsas potius quàm hominibus exercere mallent, si illud vllo modo effici posset, Hæc ille.

VLRIC. Hæc auctoritas induxit ad aliam quæstionem. An videlicet ex coitu Dæmonum cum mulieribus patrato poßit nasci puer?

SEXTVM CAPITVLVM.

De natis ex Incubis.

SIGISM. An ex coitu Dæmonum cum mulieribus patrato poßit nasci puer?

Abiectio Wechselbalg. Historia de Melusina.

CONR. Tritum est sermone puerbium, ex huiusmodi cōcubitu filios natos esse: quos vulgus abiectos nominat: qui etiam Alemanico idiomate Wechselbalg appellantur, vnde fabulatur de quadam Melusina incuba,

cuba, quæ cuidam comiti adhæsisse dicitur, pluresque filios ex ea natos fuisse. At vnumquemque huiusmodi filiorũ aliquid prodigij in membris habuisse, illum namq; tres oculos, alium dentes aprinos contraxisse fama est.

SIG. Fabula hæc ab incerto auctore orta fidem non facit.

CONR. Apud Vincentium libro historial 21. lib. c. 30. narratur, quòd Vortigernus Rex consilio inito cum sapientibus quid agere deberet ad sui tutamen? consilio autem capto, iussit conueniri artifices, vt ei turrim fortissimam construerent: sed cùm opera eorum tellus absorberet, suasum est Regi, vt [illegible]nem sine patre quæreret, & eius sanguine lapides v[illegible]tum aspergi præciperet, & quasi hoc facto demum stare potuisset. Inuenerunt igitur adolescentem, cui nomen erat M[illegible]linus, qui cum matre sua adducitur coram Rege: quæ confessa est, de spiritu in specie hominis illum concepisse. Merlinus autem multa obscura reuelauit, multa prædixit futura. Aperuit enim, sub fundamento esse lacum, sub lacu duos latere Dracones, quorum vnus rubeus, populum Britonum, alter verò albus Saxonum designaret, & quis in conflictu suorum alterum vinceret, prædixit: & Aurelium Ambrosium deuicto Hẽgisto & combusto Vertigerno regnaturum. Ex illa enim historia habetur, Merlinum ex Incubo Diabolo genitum. Item & de illo Merlino B. Aug. & cæteri Doctores faciunt mentionem.

Homo sine patre.

Merlinus Diuinator.

Color rubeus Britannos notat, albus Saxones.

SIG. Quid igitur sentiunt de Merlino Doctores?

VLRIC. Prope finem tractatus latius explicabitur. Nunc de illa particula incuborum amplius progrediamur.

mur. Glossa ordinaria super 6. c. Gen. 1. li. vbi textus ait: Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingreßi sunt filij Dei ad filias hominum, illæq; genuerunt, isti sunt potentes à seculo & viri famosi. Hæc textus. Glossa autem desuper dicit: Nō est incredibile ab hominibus, non ab Angelis vel quibusdam Dæmonibus qui sunt improbi, huiusmodi homines esse procreatos, quia post diluuium corpora nō solùm virorum, sed & mulierum incredibili magnitudine extiterunt. Hæc glossa.

De Gigantibus post diluuium.

SIGIS. Mirabilis hîc foret glossa, si Diabolus posset procreare pueros?

VLR. Iosephu[illegible]orum nobilis Princeps, vir vtiq; multarum rerum d[illegible]scretus: quem etiam Hieronymus laudibus effert, hoc idem super illum passum scribens, asserit, illos ex concubitu spirituum incuborum cum mulieribus patrato, natos fuisse.

CONR. Adducam etiam propinquiores historias. Ganfridus Athioderus, prout eundem Vincentius in naturali libro tertio recitat, dicens, quomodo quidam Decanus sacerdotum cum sorore Ducis Burgundiæ Regis Siciliæ Rogerio desponsata aliquandiu regnum inhabitans, ibi certißimè comperit, quòd natabat iuuenis quidam strenuus, & natandi arte peritus, circa crepusculum noctis lucente luna in mari balneās mulierem post se natantem per crines apprehendit, tanquam vnam ex socijs, qui eum vellet mergere, eamq; alloquens, nullum verbum extorquere potuit, opertamq; pallio in domum duxit; & tandem in vxorē solenniter accepit. Increpatus

Quidam vnā ex Syrenibus ducit.

crepatus aliquando à socio quodã, ꝙ phantasma accepisset, expauescens arripuit gladiũ, minatus in cõspectu eiusdẽ mulieris, filiũ quẽ ex ea susceperat interfecturũ, nisi illa loqueretur & diceret vnde esset. Quid inquit: Væ tibi misero, vtilẽ perdis vxorem dum cogis affari. Tecum essem, & tibi benè foret, si iniunctũ mihi silentium tenere permisisses. Nunc aũt deinceps me non videbis, & mox euanuit. Puer autem creuit, & marinum balneum frequentare cœpit. Tandem vna dierum phantastica illa mulier coram multis eundem puerum in eisdem fluctibus occurrentem rapuit, quem si verus filius fuisset, mare ad littus expellere debuisset: hæc ille.

SIG. Fuitne igitur talis puer verus vel phãtasticus?

CONR. Ex historia deprehenditur, ꝙ talis puer comedit, bibit, ambulauit, & multis annis educatus fuit.

VLR. Pro quo Merlinus & hic puer habiti fuerint prope finem enodabimus: nunc interim ad alias historias pergamus.

SIG. Perge igitur?

CONR. Helimãdus quarto libro, quem Vincentius refert, pariter narrat, cuius verba hæc sunt. In Coloniensi Diœcesi famosum & immane palatium Rheni fluminis supereminet, quod Iuuamen nuncupatur, vbi pluribus olim congregatis principibus improuiso aduenit nauicula, quam collo alligatam cignus trahebat argentea cathena. Exindè miles nouus & incognitus omnibus exilijt: & cignus nauẽ reduxit. Miles postea vxorẽ duxit, liberos procreauit. Tãdem in eodem palatio residens, & cignũ inspiciens aduentantem, cum eadem

Iuuamen arx ad Rhenum.

Cignus trahit nauem in Rheno.

nauicula

Progenies in Germania ex cigno.

nauicula & cathena statim in nauem se recepit, & vlterius non comparuit, progenies autem eius vsque hodie perseuerat. Hæc Helimandus.

SIG. Quanquam huiusmodi historiarum autores graues sint: graue tamen non minus est credere talia facta fuisse: & si facta, quomodo talia intelligenda veniant. Etenim, quia dicis te in fine huiusmodi dubia pro tua capacitate resoluere, inquantum poßis, velle: ideò ad vlteriorem quæstionẽ progredior: videlicet: vtrum Maleficæ poßint futura prædicere, & secreta Principum consilia reuelare.

Vtrum Maleficæ futura & secreta prædicant.

CONR. *Audiuimus, quòd Merlinus multa futura prædixit, quæ etiam facta sunt, prout ex historijs deprahendimus. Item nonne Balaam, vt testatur scriptura Ariolus fuit, & tamen multa futura prædixit. Item nonne Diabolus in specie Samuelis ad prouocationem Pythonicæ mulieris prædixit Saul & omnem suam familiam in bello mansurum, quod factum fuit, vt dicitur* Reg. 1. *Cecidit enim Saul & Ionathas filius eius in bello, & mortui sunt.*

SIG. Nonne futurorum cognitor solus est Deus, secretorumqúe inspector, qui est prima causa & primus motor omnium?

VLR. Est namq3, sed nihilominus tamen Diabolus futura prædicere potest. Videmus enim quòd Medici & Astrologi, & alij sapientes homines sæpè futura prænosticant.

SIG. Quamuis futura prædicant, tamen non est necesse vt ita eueniant, vnde necessariò futura prædicendo non concludunt.

VLR.

VLR. Rectè arguis colendißime Princeps, quia omnia in potestate Dei, cui nemo est cõsiliarius nisi ipse sibi.

SIG. Vellem enim scire, quomodo Diabolus futura prædicere potest?

VLR. Audi verba beati Augustini in Decreto posita, in c. Sciendum. 36. quæst. 4. vbi text. Sciendum hanc esse naturam Dæmonum, vt aëri corporis sensus terrenorum corporum sensum facilè præcedant celeritate, & propter aëri corporis superiorem mobilitatem non solùm cursus quorumlibet hominum vel ferarum: verùm etiam volatus auium incomparabiliter vincunt, quibus duabus rebus quantum ad aëreum corpus attinet præditi: hoc est, acrimonia sensus, & celeritate motus ante cogitata pronunciant, quæ homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Quõ Dæmones futura & secreta sciant.

Accesßit & Dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, longè maior experiẽtia quàm potest hominibus propter breuitatem vitæ peruenire. Per has efficacias, quas aërei corporis natura sortita est, non solùm multa futura prædicunt Dæmones, verùm etiam multa faciunt, quæ quoniam homines dicere aut facere non possunt, eos dignos quibus seruiant & quibus honores diuinos deferant arbitrantur: instigante maximè vitio curiositatis, propter amorem fœlicitatis falsæ atq; terrenæ excellentiæ temporalis. Experientia Dæmonum.

Nunc quia de diuinatione Dæmonum quæstio est, Primum sciendum est, illos plerunque prænunciare quæ ipsi facturi sunt. Accipiunt enim sæpè potestatem & morbos immittere, & ipsum aërem vitiando morbidum reddere, De diuinationib. Dæmonũ.

reddere, & peruersis & maioribus terrenorum commodorum malefacta suadere: de quorum moribus certi sunt, quòd eis talia suadentibus consensuri sunt. Suadētibus miris & inuisibilibus modis per illam subtilitatem corpora hominum non sentientium penetrando, se cogitationibus eorum per quadam imaginaria iussa miscēdo, siue vigilantium siue dormientiū. Aliquando autem nonnunquam ipsi faciunt.

Ex naturalibus signis prædictiones.

Sed quandoq; naturalibus signis futura prænoscunt, quæ in omnem sensum venire non possunt ante prædicunt, neq; enim, quia præuidet medicus, quod præuidere nescit huius artis ignarus: ideo tamen diuinus habendus est. Quid autem mirum, si quemadmodum ille corporis humani perturbata vel mortificata temperie, seu bona vel mala futura, prouidet valetudines, sic Dæmones in aëris affectione sibi notas nobis ignotas futuras præuident tempestates. Aliquando etiam hominum dispositiones non solùm voce prælatas: verum etiam cogitatione cum suis quædam ex animo exprimuntur in corpore tota facilitate prædicunt: atq; hinc etiam multa futura pronunciant alij: videlicet mira ijs qui ista disposita ignorarunt. Hæc August.

SIG. Est igitur ipsis credendum?

VLR. Prorsus non. SIG. Quare?

VLR. Quoniam ipsi etiam Dæmones quandoq; falluntur, & etiam homines fallunt & decipiunt.

SIG. Da exemplum vbi falluntur.

Dæmonū prædictiones fallaces sunt.

VLR. Legitur in legenda sanctorū Simonis & Iudæ, q; cùm Varradach Princeps regis Babyloniorū aduersus

regem

regem Indorum bello decertare vellet, Magos & ariolos consuluit, vt super euentu belli respõsa ab Idolis & Dæmonibus reciperent. At Dæmones responderunt & prædixerunt grande bellum futurum fore, & ex vtraque parte interfici præliantes. Postquã hoc Varradach audiuit, in tristitiam incidit. Apostolis aũt Simone & Iuda in risum excitatis, ait Dux, me timor inuasit, vos autem ridetis. Dicunt Apostoli, cesset timor tuus, nobiscum pax intrauit istam prouinciam: hodie intermitte profectionem, & cras hora tertia venient quos præmisisti cum legatis Indorum, qui pace vestra ad quascunq; conditiones gratanter consentientes pactum firmissimum stabilient. Simili modo arioli ridentes, dicentes Duci: Noli Domine hominibus illis credere, mendacibus, aduenis & ignotis qui ideo aliqua loquuntur, ne exploratores teneantur. Isti Dij qui nunquam fallunt, dederunt tibi responsum, vt cautus & sollicitus sis. Quid multa? Crastino die venerunt nuncij, qui missi fuerant, & nunciauerant ita esse prout Apostoli dixerunt.

Ecce q̃ Dæmones falsi extiterunt, mendacia prædixerunt: & proculdubiò ipsi Dæmones si potuissent, & sciuissent, libenter vera responsa dedissent: cum illud mendacium eisdem Dæmonibus in præiudicium exierit. Sed quia futura ignorabant, ideo seipsos fefellerunt. Ita habes, quòd etiam ipsimet Dæmones falluntur.

Sed istud notandum est, q̃ ipsi Dæmones dubitant de euentu eorum quæ prædicunt. Quid igitur faciunt cùm dubitant? Ait Augustinus in dicto capit. sciendum. Sed ne, inquit, apud cultores suos pondus auctoritatis amittant,

Quõ Dæmones consulant ambiguitate suis prædictionibus.

tant, id agunt, vt interpretibus suis signorum suorum coniectatoribus culpa tribuatur, quando ipsi decepti fuerint vel mentiti: hæc August.

SIG. Pone exemplum?

VLRIC. Legitur de quodam Principe, qui aduersus Romanos pugnare volens, Deos suos, id est, Dæmones & ariolos super victoria consuluit, qui euentum ignorantes, vt tamen aliquid responderent, ne futura ignorare arbitrarentur, dixerunt: Romanos te vincere certum habe. Potest autem accusatiuus ille, te, varijs modis construi, ita, vt si ipse Dux Romanos vicisset, consonum responsioni fuisset: si verò à Romanis victus fuisset, responsioni amputari Dæmonibus non potuisset. Vnde igitur ambigua obscuritate responsa solent dare.

Fallacia

Alij sic referũt: Aio te Æacida, Romanos vincere posse.

Item sæpe etiam sua eorum voluntate fallunt, & mendacia dicunt: quoniam pleni sunt inuidia, & gaudent dum homines in errorem mittunt & decipiunt. Vnde periculosum est eis credere, quoniam nescit homo, quando ipsi fallunt, vel fallere pro eorum consuetudine nos volunt. Sic itaque clementissime Princeps habes, quando ipsi secreta scire & futura prædicere possunt: & quòd fides in eorum dictis ponenda non est, quia in eis non est veritas.

SIG. Satis iam dubiorum nostrorum occasione vos hinc inde allegantes audiuimus. Nunc nostri propositi mens finem determinationis appetit, quid igitur tu sentias placet vt detegas?

VLR. Quæ igitur dubia resolui cupis?

CAPI-

CAPITVLVM SEPTIMVM.

SIGISM. Vtrùm Dæmones, seu homines ministerio Dæmonum possint turbare aërem, prouocare grandines, & nocere terræ: atq; hominibus morbos inferre, seu hominem sterilem facere? De turbatiōnibus aëris Maleficarum.

VLR. Dico quòd non possunt, nisi quando & quibus, ac inquantum à Deo ex causa Maiestatem suam mouente conceditur.

SIGIS. Super quo fundas hanc conclusionem?

VLRIC. Super prius deductis. Insuper Ioannes Damascenus. lib. 2. ait: Non habent Dæmones virtutes aduersus aliquem, nisi à Deo dispensante concedatur, sicuti in Iob, & in porcis. Permißione verò Dei facta, & fortitudinem habent & transmutantur, & transfigurantur, in quamcunq; volunt figuram: secundum imaginem, id est, phantasiam.

Item Gregor. in Dialogo, lib. 3. ait. Absq; omnipotentis Dei conceßione, nullam habet potestatem contra hominem malignus spiritus, qui etiam in porcos transire non potuit, nisi permissus. Nec Sathan porcos sine Dei permissu inuadere potest.

SIGIS. Quid est hoc, dicere, in porcos transire non potuit?

VLRIC. In Euangelio legitur, quòd cùm Christus Dæmoniacum curasset, & multas legiones Dæmonum ab eo eiecisset, petiuerunt Dæmones licentiam à Domino, vt porcos ingredi possent, qua data, intrauerunt porcos, & in mare irruerunt, &c. Ecce quòd Dæmones non audebant porcos intrare, & eos molestare, nisi prius à Deo obtenta licentia.

SIGISM. Cognosco itaq; quòd cùm eisdem à Deo permissum fuerit, quòd ex tunc nocere possunt?

VLR. Rectè cognoscis. Vnde ait Hieron. super Psalm. 33. Itaq; de quibusdam in Psalm. dicitur: Fiat Angelus Domini persequens eos, id est, Diabolus seu spiritus malus: quia Dominus creauit illum, & in sua habet potestate. Ecce ex hoc habes, quòd sæpè Deus concedit Diabolo, vt persequatur homines.

Item beatus Augustinus de Diuinatione Dæmonum ait: Accipiunt autem sæpè potestatem & morbos immittere: & aëre vitiando morbidum reddere, & peruersis malefacta suadere. Nam beatus August. in lib. 3. de Trinitate ait: Ex ineffabili autem Dei potentia fit, quòd poßint mali Angeli, si permitterentur: ideò verò non possunt, quia non permittuntur.

SIG. Cùm autem Dæmonibus talia facere à Deo permittitur, possunt ne tunc, pro eorum libito facere quantum volunt?

VLRICVS. Non, nisi tantum quantum eis facere permittitur: & ideò Augustinus eodem loco in libro 3. de Trinitate ait: Ideò non possunt, quia non permittuntur. Subiungit etiam, dicens: Neq; enim alia occurrit ratio, cur Magi non potuerunt facere cinifes, qui ranas serpentesq; fecerunt, nisi quia maior aderat prohibentis Dei dominatio per spiritum sanctum, quod etiam Magi confeßi sunt, dicentes: Digitus Dei est, &c. prout Exod. cap. septimo dicitur.

Aliquando maior aliquãdo minor digitus Dei.

Vnde Ioannes Chrysostomus super Matthæum libro primo ait: Homines autem, non quantum vult, tentat Diabo-

Diabolus, quoniam quantum ad se, nunquam cessaret à tentatione, neq; enim habet alium actum. Non enim manducat nec dormit, nec aliud operatur, nisi vt tentet fallat, & subuertat, hic cibus illius est. Ecce ergo, q Ioannes Chrysost. dicit, non quantum vult, &c. tentat &c. Vnde in libro 2. senten. distin. 7.

Cibus Diaboli sunt tentationes.

Petrus Lombardus ait: Dæmonum autem scientia & virtute exercentur etiam artes Magicæ, quibus tamen tam potestas quàm scientia à Deo data est, vel ad fallendum fallaces, sicut AEgyptios, & etiam in ipsos Magos data est: vt eorundem spirituum operatione viderentur admirandi, à quibus erant damnandi, vel ad monendum fideles, ne tale quid facere pro magno desiderent, vel ad exercendum seu probãdum iustorum patientiam: Nec putandum est, Dæmonibus hanc rerum visibilium materiam ad nutum seruire, sed Deo potius, à quo hæc potestas datur.

Dæmonibus potestas datur fallendi fallaces habere Magos.

SIGISM. Nunc si possibile foret, te duce cuperem scire, quando Deus gloriosus Dæmonib. cõcedat, & permittat nocere terræ & hominibus, ac subuertere aërem & aquas, &c.

VLR. Grauis est hæc quæst. quis. n. nouit Dei volũtatem: vnde clamauit Apost. Paulus ad Roma. 11. O altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehẽsibilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles viæ eius, quis enim cognouit sensum Domini, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei.

SIG. Etsi arcana cuncta Dei inuestigare non liceat, loquamur tamen quantum nobis ab alto de gratia conceditur.

VLR. Dico itaque, quod sæpe numero aëris perturbationem, tempestates, tonitrua & alia absq; ministerio Dæmonum posse fieri, & dispositione naturali, Planetarumq; motu, diuina bonitate astra cursus suos agere permittente, & de illis causis satis Philosophi tractent, prout Aristoteles in libro Meteororum scribit.

Tempestates ortæ dispositione naturali.

SIGISM. De hoc non est dubium, quin naturali motu talia fieri poßint. Sed quæstio est, quando Diabolo concedatur hæc faciendi potestas.

Quando Diabolo detur potestas excitādi tēpestates.

VLRIC. Misericordißimus Dominus Deus, qui singulari sua piÿßima prouidentia ob vtilitatem hominum disponi quandoq; talia permittit, in pœnam correctionis peiorum, quandoq; in tentationem augmentandorum meritorum, quandoque in prodigium futuræ gratiarum actionis.

SIG. Quomodo igitur Deus peccata in hoc punit?

VLRIC. Quandoq; scienter, quandoq; ignoranter.

Deus quandoq; punit scienter, quādoq; ignoranter.

SIGISM. Quomodo scienter?

VLR. Vt cùm homines puniuntur manifestè, scienter aspiciunt ꝓpter delicta se punitos fuisse. Sic cognouerunt homines in Sodomæ & Gomorræ subuersione, se ob peccata eorum punitos fuisse. Sic etiam, cum cunctis videntibus Abyron & Dathan terra absorbuit.

SIGISM. Sed quomodo ignoranter?

VLR. Hic punctus respicit præsentem materiam: ignoranter itaq; quandoque Deus punit peccatum per Angelū, quandoq; per hominem, quandoq; per Diabolū.

SIGISM. Præbe vbi per Angelum correxit?

VLRIC. Dicitur .n. Esaiæ 37. Cùm Sennacherib venisset

nisset ad obsidendum Hierusalem, egressus est Angelus Domini, & percussit in castris centū & octoginta quinque millia virorum: ecce itaque, quòd Deus per Angelū suum puniuit superbiam Assyriorum, tot millia eorumdem occidendo. Sic duritiam Pharaonis & Aegyptiorum puniuit per Angelum omnia primogenita Aegyptij interficiendo.

Deus per Angelum puniens.

Quidam verò hoc de malis intelligunt Angelis.

SIGISM. Quomodo autem punit per homines?

Deus per homines puniens.

VLR. Exempla plura habes in c. Remittuntur. 23. q. 5. in ver. Hinc notādum, &c. Itaq; populus Hebræorum per Nabuchodonosor. Item per Antiochum. Item per Titum & Vespasianū punitus est, &c. Dicit enim ibi text. Assur, id est, Sennacherib, erat virga furoris Domini: q̄a per eum innumeras gentes diuina iustitia flagellare disposuit. Sic Attila Rex Hūnorum flagellum Dei sese nominauit. Item subiunxit textus: Ipse verò Assur non cognouit, quia in superbiam elatus, victoriam quam assecutus fuerat, non diuinæ potentiæ, sed suis viribus attribuit. Vnde contra eius superbiam loquitur dominus: Nunquid gloriabitur serra contra eum qui secat, aut exaltabitur securis contra eum qui cedit in ea: hæc textus in d. c. Remittuntur. 23. quæst. 5.

Deus vtitur Tyrannis vt faber serra & securi.

SIGISM. Nunc ad tertiam speciem, scilicet quomodo per Diabolum punit.

Deus puniens per Diabolū.

VLRICVS. Et hoc ad materiam facit. Audiuimus enim suprà in Psalmo supra Prophetam dicentem: Fiat Angelus Domini, Diabolus, persequens eos, &c. cū alijs enumeratis auctoritatibus. Et ita affligitur quandoq; peccator in corpore: quandoq; in rebus.

Vides hic Diabolum vocari Angelum Domini.

In corpore afflicti à Dæmonibus.

In corpore videmus torqueri Energumenos, Dæmoniacos & obsessos: Sic etiam videmus propter peccata multas infirmitates homines contrahere. Et ideò dixit textus in capit. Cùm infirmitas. de pœnit. & remis. vbi ait: Cùm infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino languido quem sanauerat. Vade & noli amplius peccare, ne deterius aliquid contingat. Præsenti decreto statuimus & præcipimus Medicis corporum, vt cùm eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, vt Medicum animarum aduocent, vt postquàm fuerit homini de spirituali remedio prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedat, cùm cessante causa cesset effectus, &c. hæc textus.

NB

Recipe pro ægrotis.

Exemplum habes de Nabuchodonosor Rege Babyloniorum, qui propter peccatum superbiæ tantis calamitatibus mentis & corporis afflictus fuit, vt quadrupes incederet, bouem se fore arbitratus, gramina comedisse dicitur, &c. Vnde succedit tex. in cap. Si per sortiarias, tricesima tertia quæstione prima, vbi textus. Si per sortiarias atq; maleficas artes occulto sed nũquam iniusto Dei iudicio permittente & Diabolo præparante concubitus non sequitur, &c. Ecce canonem derminare, quod occulto Dei iudicio procurante Diabolo homo maleficari potest. Et sic habes, quòd Deus in ferendis pœnis vtitur Diabolo pro ministro.

SIG. Quomodo igitur Maleficæ mulieres asserunt, & credunt, seipsas talia facere, videlicet turbare aërẽ, procreare tempestates, morbos inferre hominibus?

VLR.

VLR. Ipsæ duntaxat pro earundem stultitia se talia facere credunt: & tamen sua credulitate decipiuntur.

SIGISM. Vt quo?

VLRIC. Nam cum vt Diabolus ex motu elementorum cognoscit mutationem aëris, & tempestates fieri debere: quas tamen ipse Diabolus, vt supra diximus, facilius & citius, quam homo præscire poterit: Vel dum diuina permißione aliqua plaga, & peccatorum correctio super terram iusto Dei iudicio cadere debet: cuius quidem plagæ, & correctionis ipse executor diuina prouidentia deputatur: ita vt huiusmodi plagam prænoscit futuram, ex tunc commouet mentes huiusmodi Maleficarum mulierum: aliquando eisdem persuadendo: aliquando ob inuidiam, quam tales sceleratæ mulieres aduersus proximum gerunt, in vindictam mouendo easdem sollicitat, quasi ipsas mulieres doceat huiusmodi tempestates, & aëris turbationes prouocare.

Quomodo decipiantur Maleficæ in mouendis tempestatibus.

SIGISM. Quid facit igitur, cum easdem docet: aut quomodo ipsas instruit, vt ipsæ mulieres huiusmodi incommoditates prouocent: & suo maleficio perficiant?

VLRIC. Consulit & docet eas aliquid stultum & fatuum facere: Et quod ad huiusmodi factum nihil pertinet.

SIGISM. Si stultum, quid igitur eos docet? vnde namq; prouenit, quòd postquam mulieres huiusmodi documenta sequuntur, pro earundem voluntate tales tempestates succedunt & eueniunt?

VLRIC. Ecce cum Diabolus præuidit, vel ex cursu

naturæ, & elementorum, vel ex permißione diuina, super aliquam terram plagam infligere debere, sibiq; potestatem faciendi concessam esse: & sic huiusmodi euẽtum aliàs futurum fore: perficit vt mulieres huiusmodi sceleratæ credant, se ex doctrina Diaboli talia efficere: Diabolus instruit easdem, vt quandoq; accipiant lapides silicis & versus Occidentem post tergum proÿciant: aliquando vt arenam aquæ torrentis in aërem proÿciant: aliquando quòd in vna olla pilos porcorum bulliant: aliquando quòd trabes vel ligna in ripas transuersaliter collocent, & sic de alÿs facultatibus. Et tamen talibus faciendis communiter Diabolus præfigit eis diem & horam, vnde fatuæ huiusmodi mulieres Diaboli doctrinæ credentes, talia & alia his similia faciunt. Itaq; postquam ipsæ talia fecerunt, ac succedentibus tempestatibus, grandinibus & alÿs incommoditatibus, quas Diabolus aliàs in tali tempore nouit, vt præmissum est, profuturas, ex tunc credunt illæ sceleratæ fatuæ mulieres euentum huiusmodi ex facto earum processisse: cum tamen talia earum facta non possent vnicam guttam prouocare. Verùm est pòst huiusmodi mulieres gratificantur Diabolo, adorantes eum, & immolantes ei holocaustomata, vel quid aliud eidem offerentes. Nam quis tàm hebes mentis est, qui credere posset, quòd ex huiusmodi fatuitate & mulierum stulta operatione, vna tam immensa sphæra aëris & alia elementa deberent commoueri inde vt grandines & fulmina prouocarentur?

Media nullius efficaciæ per se, quibus Maleficæ putant tempestates excitare.

NB

SIG. Sed quid ad hoc dicis? videmus namq; vnam

totam

totam sæpe terram periclitari, in qua non omnes homines deliquerunt,

VLR. Sæpe iustus perijt cum impio: sic etiam quis punitur pro alio. Nam Gen. 19. legitur, quòd dum Sodoma & Gomorra propter peccatum submersæ fuerunt, certè pariter aliæ ciuitates cum eis perierunt propter vicinitatem, vt Segor & Iegor: & tamen hæ ciuitates nō peccauerunt. Si Regum secundo videmus, dum Dauid coram Domino populum numerando peccasset, quòd propter peccatum Dauid, & sic vnius hominis, multitudo hominum, & sic multa millia hominum perierunt & mortui sunt. Cùm autem legimus, Deum tam innumeram multitudinem hominum pecußisse propter peccatum numerationis vnius duntaxat hominis, quomodo igitur puniet Dominus populum suum propter grauiora peccata, vt puta propter hæresim & blasphemias? Cùm autem tales mulieres, vt ait textus in cap. Episcopi. 26, quæstione quinta, Deum abnegant, & se Sathanæ tradunt, Diabolum adorantes, & sacrificia sic sibi offerentes, quis dubitat, quin vna tota villa, in qua tales scelerata mulieres degunt & tollerantur, infeliciora omnia & huiusmodi ruinam diuinæ ex maiestatis vltione timere habeat.

Iustus perit cū impio, quando Deus punit.

SIG. Videmus itaq; determinationem duarum causarum, quibus Diabolus nouit futuras tempestates, videlicet, causam motus astrorū & dispositionis naturalis: alteram diuinæ vltionis seu correctionis peccatorum. Quid igitur erit, cùm huiusmodi nocumenta probis & iustis hominibus euenerint?

Pro exploranda fide piorũ Demon interdum sæuit.

VLR. Posuimus superius etiam alias vias diuinæ permißionis, videlicet, quòd quandoq; in tentationem iustorum ob augmentandum meritum permittit Deus.

SIGIS. Ostende.

VLR. Nónne Iob iustus, & laudans Deum erat? Et tamen tentauit eum dominus in bonis, agris, armentis, & gregibus: & ex post in corpore, dando tentandi potestatem Diabolo, qui etiam eum grauißimo vlcere percußit, & quia his omnibus repertus est Iob patiens & humilis, vnde apud Deum meruit.

De S. Antonio eremita à Diabolis pessimè vexato.

Nónne Beatus Antonius eremita, vir religiosus & Deo amabilis fuit, nónne sæpius à Diabolo tentatus, & grauiter percussus, donec quasi defecisset, ac vt sic meritum ampliatum eius fuit. Legitur enim in legẽda eiusdem, quòd Antonio in quodam tumulo latitante multitudo Dæmonum eum ita cæde varia lacerauit, quòd minister eius de villa veniens, quasi mortuum proprijs humeris ad villæ hospitium reportauit: quo audito, conuenerunt vicini, & cùm post planctum funeris media iam nocte dormirent, Antonius subitò reuiuiscens, vocato ministro, fecit se in silentio ad tumulum reportari, ibiq; ex priorum vulnerum dolore prostratus, cùm ex animi virtute conflictum Dæmonum prouocasset, & statim illis in varias bestiarum formas mutatis, ab eorum dentibus, cornibus, vnguibus laceratus fuisset, subitò radius quidam lucis Dæmones & tenebras fugauit, statimqúe sanatus, Christum præsentem intelligens dixit: Vbi eras Iesu bone, vbi eras, quare à principio non affuisti, vt curares vulnera mea. Et vox ad eum facta: Antoni, inquit hîc,

hîc eram: sed expectabam videre certamen tuum: nunc autem, quia viriliter dimicasti, in toto orbe te faciam nominari. Hæc Vincentius in historia libr. 14. recitat Athanasium notasse. Vnde dicitur Iacobi 1. Beatus vir qui suffert tentationem, quia cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.

Fama de Antonio vnde tam celebris.

CAPITVLVM OCTAVVM.

SIGISM. Nunc satis habeo, ex facto talium mulierum, neq; tempestates, grandines, seu alia mala fieri posse, sed duntaxat vel ex motu naturali, vel permissione diuinæ bonitatis, qua vel in pœnam, vel in meritum ex sua ineffabili pietate talia euenire Diabolorum ministerio permittit. Idcircò placet iter nunc ad alias quæstiones dirigere. Vtrum Maleficæ & Strigæ possint ministerio Dæmonum seipsos, ac alios homines in alias formas specierum seu animalium mutare?

VLR. Ex causis supradictis possunt, attamen apparenter & sic præstigijs facere.

De mutationibus formarũ.

SIG. Quidnam est præstigium?

VLRIC. Ars transformandi formas iuxta apparẽtiam. Præstigium dicitur quasi præstringens oculos: prout ait Isidorus etymologiarum lib. 8. Ita vt ipsi Dæmones præstringendo oculos faciant apparentiam, qua homo iudicat rem alterius formæ esse, quàm sit, ita vt quis vidẽs hominem, credat eum esse asinum vel lupum, & tamen vnusquisq; retineat formam suam, quamquã oculi nostri decipiantur, & ad aliã speciem erroneo iudicio deducantur. Sic Simon Magus perstrinxit oculos Neronis,

Quid præstigium sit.

ronis, & carnificis, qui decollando arietem credidit se Simonem decollasse, in oculis suis ministerio Diaboli perstrictis deceptus.

Exemplum de S. Machario.

Item legitur de Sancto Machario AEgyptio eremita, prout recitat Vincētius li. Hymnor. 18. ꝙ cùm AEgyptius quidam amore vesano alienæ vxoris arderet, nec ad effectum concupiscentiæ peruenire posset: eò quòd illa virginitatem suæ coniugis nimis amaret, ipse maleficum precatus est, vt aut ab ea se amari faceret, aut à marito proprio repudiari: qui multis illectus muneribus, solito suæ artis ingenio fecit illā equam videri: Itaq; vir eius turbatus, quum equam suo lectulo iacentem videret, ingemiscens flebat: eò quòd illam alloquens, nullū responsum audire poterat. Adductis ergo presbyteris, quid illa pateretur ostendit, & ne sic quidem calamitatis causam agnouit. Illigatam igitur eam in morem iumenti ad desertum duxit. Cum autem iam villæ sancti Macharij propinquarent: monachi arguebant eum, cur cum equa ad monasterium veniret. Et respondit, Vxor inquit, mea hæc fuit: sed in equam conuersa. Iam tertia dies est, ex quo cibū non sumpsit. Quod cum sancto Machario, cui iam Deus hoc ipsum notum fecerat, retulissent: Vos, inquit, equi estis, & equorum oculos habetis. Illa namque mulier est: nec in illam naturam transfigurata videtur: nisi in eorum oculis qui præstigij vanitate falluntur. Mox aquam ei benedictam infundens, oratione completa subitò eam omnibus videri fœminam fecit, eamq; refici iußit, & cum viro suo reuerti: dicens. Nunquam à communione sanctorum myste-

Si multi oculos asinorum habent, qui alios asinos putant.

mysteriorum, neq; ab Ecclesiæ oratione discedas. Hæc enim idcircò perpessa est: quia per quinque septimanas mysteria diuina non attigeras. Ecce igitur, quòd non omnium oculi erant perstricti: quia oculi beati Macharij non erant perstricti.

SIGISM. Profectò hæc Historia multum facit ad propositum.

VLRIC. Certè quadam vice ea de re cum colendissimo domino Ottone, ex Comitibus de Sonnenberg/ Episcopo Constantiensi, qui etiam multarum rerum cognitionem habet, ac literis pro magno desiderio intendit, disputaui: Hic eandem historiam in medium attulit, quæ me in materia præstigij, propter eiusdem domini Episcopi auctoritatem, & frequens studium suum, cuius etiam ego humilis famulus existo, & sub clementia eius etiam alijs me foueo, plurimum mouit.

SIG. Cuperem audire aliquos modos, quibus apud oculos hominum vna res apparere pro alia poßit.

Modi quibus fit vt res vna pro alia appareat.

VLR. Saluo iudicio melius sentientium, duos vel tres adducam, secundum quòd ego meo ignaro ingenio colligere potui: Et iuxta mentem beati Thomæ super 2. sententiarum, distinctione octaua: ac aliorum Doctorum videtur mihi dici posse, quòd vno modo Diabolus poßit ludificatione sensus nostros ab inferiori mouendis phãtasmata, & similitudines rerum existentium in virtute imaginatiua facienda eas ad organa sensuum exteriorum defluere: sicut quandoque contingit in somnijs. Nam ex motu phantasmatum in somnijs, cum defluxu eorum ad organa sensuum exteriorum, sicut ad oculum

Phantasia fingit non visa.

vel

vel tympanum, in quo fundatur auditus. Et sicut visus in oculo apparet nobis, quòd multa videamus atque audiamus: Ita nobis vigilantibus aliquando apparet, quòd multa videamus, sicut patet in phreneticis, & acutè febricitantibus, &c.

Secundo modo ex vehementi conuersione intentionis ad phantasmata, quæ facit, vt similitudo rei res ipsa videatur: sicut Augustinus dicit, quòd quidam tanta conuersione recogitabat cuiusdam mulieris imaginem, quod ei carnaliter commisceri vigilans videbatur. Cùm igitur Dæmon nō ignoret hos modos, dico, quòd Dæmon possit ita organa sensuum disponere, quòd vna res apparebit alia.

Exempla de complexionibus.

Sicut ex abundantia humoris Cholerici, videtur gustui quòd omnia sint amara, cùm tamen aliquando sint dulcia, & descensu humoris sanguinei vel vaporis ignei ad oculos, videtur nobis quæ exterius apparerent quòd sint rubea.

Secundò dico, quòd Diabolus potest ita disponere medium, quòd vna res videtur alia. Et secundum sanctum Bonauenturam, aliquando ex dispositione candelæ, per artem confectæ, paleæ videntur serpentes esse, & huiusmodi experimenta etiam multa fiunt à ioculatoribus. Cùm autem Diabolus Magister sit ioculatorum, nemini dubium, quin subtilius Diabolus hæc operari possit.

Candelæ facientes paleas videri serpentes.
Ioculatorum siue histrionū Magister est Diabolus.

Item aliquando non res, sed similitudo rei & figura videtur: ita secundum glossam Beati Augustini, Beatus Petrus vidit istud vas submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, serpentia terræ & volatilia

cœli,

cœli, vt dicitur Actorum Apostolorum decimo, quæ nempe non corpora erant, sed imagines. Eadem visitione beatus Benedictus totum mundum vidit. Nam in legenda sua dicitur, quòd totus mundus, velut sub vno solis radio collectus, ante oculos eius adductus est: ecce quòd erant rerum imagines. Ex præmissis itaq; inducitur ad alias quæstiones. De visionibus.

CAPITVLVM NONVM.

VTrùm dictæ mulieres conueniant ad conuiuia, mutuò bibant & comedant, & sibi mutuò loquantur, ac se inuicem cognoscant.

SIG. Gauderem ẽt opinionem tamẽ desuper audire.

VLR. Ex prædictis satis cognouisti, quomodo quandoq; in somno, quãdoq; in vigiliis fit repræsentatio imaginationum, tam fortium, quòd homo credit se essentialiter hoc vel videre vel facere. Audisti etiam, quòd Diabolus quandoque perstringit oculos & alios sensus hominum, vt homines autument, se hoc vel hoc facere.

Etenim vt me satius intelligere poßitis, introducam historiam in legenda Sancti Germani. Dicitur enim ibidem, cùm prædictus Sanctus Germanus quadam nocte hospitatus fuisset, in vna domo, & post cœnam mensa iterum pararetur: admiratus Sanctus Germanus, ipse quæsiuit ab hospitibus cui denuò mensa pararetur. Qui cùm dicerent: quòd illis bonis viris & mulieribus, quæ nocte incedunt, mensam præpararent. Nocte itaque illa statuit Sanctus Germanus vigilare. Et ecce vidit multitudinem ad mensam, in formis & figuris virorum & mulierum venientem, qui eis præcipiens ne abirent

Exemplum de nocturnis comessationibus Maleficarum.

Lombardica historia folio 197. Julij 31.

abirent vel recederent: cunctos de familia domos istius excitauit, quæsiuitque ex illis si personas illas cognoscerent? Qui cùm omnes vicinos & vicinas dicerent esse, misit ad domos singulorum & ecce in suis lectulis sunt inuenti & admirati. Postea Dæmones per sanctum Germanum se esse spiritus malignos & peruersos dixerunt, qui sic hominibus illudebant. Ecce quòd spiritus se loco illarum personarum ostendere possunt, ita quippe, vt homines existimēt, huiusmodi imagines veras personas fore. Et sic ex illa habes historia, quòd eadem hora homo potest esse in vno loco, & nihilominus per spiritum apparere in alio, sicut illi homines hora noctis fuerunt in domibus, & in lectulis suis, & eadem hora eorum imagines præstigio Diabolico apparuerunt in domo hospitis cœnantes.

Dæmon in figura humana adest conuenticulis nocturnis.

Sic etiam de Simone Mago dicitur in legenda sancti Petri: quòd Simo eadem hora in conclaui erat cum Nerone, & foris loquebatur populo, id est imago eius per Diabolū foras loquebatur populo. Sic idem in bonis spiritibus & Angelis contingere solitum fuisse legimus.

Angelus missam in forma S. Ambrosij administrat.

Nam beato Ambrosio apparuit, quando faceret officium in exequijs sancti Martini in ciuitate Thuronensi, Dixit ei: Ego funeri exequium præbui: sed vltimam orationem vobis excitantibus explere non valui. Et reuera ita inuentum fuit, sicuti ipse retulit, & tamen ipse Ambrosius eo tunc in ciuitate Mediolanensi fuit: quæ ad plures diætas distat à Thurone. Vnde secundū Aegidium in quodam quodlibeto dicitur, quòd bonus Angelus in forma Beati Ambrosij fuerit in ciuitate Thuro-

nensi, & corpus Beati Ambrosij fuerit in ciuitate Mediolani.

SIGIS. Ad quem finem properat hæc instructio?

VLRIC. Ad hoc, vt concludam, quòd homines sæpè existimant, se videre alios homines in certo loco constitutos, quorum tamen imagines duntaxat, vel in spiritu bono vel malo vident.

SIGISM. Sed quod econtrà, anne quandoque Pythonicæ mulieres credunt, se proficisci in alium locum, cùm tamen remaneant in domo sua.

VLRICVS. Superius iam audiuimus exempla: vnde sæpius credit homo se esse in alio loco vbi non est: ergo benè dicit textus in capitulo Episcopi, vigesimasexta quæstione quinta, vbi ait: Illud etiam non est omittendum, quòd quædam scelerata mulieres retrò post Sathanam conuersæ, Dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt & se profitentur cum Diana nocturnis horis, Dea Paganorum, vel cum Herodiade & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias: & multarum terrarum spacia in tempestate noctis silentio pertransire: vel eius iußionibus obedire velut dominæ, & certis noctibus ad eius seruitium euocari: sed vtinam hæ solæ in perfidia sua perijssent, & non multos ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam & innumera multitudo hac falsa opinione decepta, vera esse credit, & credendo à recta fide deuiat. hac textus.

Sæpius credere homines se esse in aliquo loco, vbi non sunt.

SIGISM. Nónne cæteri homines possunt equitare & ambulare de loco ad locum tam de nocte, quàm

de die? Quid igitur ipsis talibus mulieribus obstat?

VLR. Certè nō denego, quin huiusmodi mulieres & equitare & ambulare, tam super asinū, equum, bouem, seu camelum poßint, &c. sicuti alij homines, & more aliorum hominum. Et sic secūdum cursum naturalem. Nos autem in eo casu loquimur, qui se vltrà cōmunem hominum cursum extendit: videlicet, vt non poßint in vna hora ad decem vel viginti miliaria proficisci.

SIGIS. Si igitur non vadunt de loco ad locum, & conuiuia visitant, vt dicit supradictus textus, vnde igitur prouenit, quòd homines in alijs ciuitatibus existentes, quos nunquam antea viderunt, cognoscunt.

Quomodo Maleficæ in alijs ciuitatibus habitantes, quos nunquam viderūt, cognoscunt.

VLR. Ex præmißis claret solutio: quoniam per impreßiones imaginationum seu repræsentationem imaginum ministerio Diaboli factam, hoc percipiunt: credentes se sensus corporalis præsentia cognouisse.

SIG. Saturati sumus de præmißis disputationibus, nunc de vlteriori quæstione interrogemus: videlicet, an Diabolus poßit in forma hominis cum huiusmodi mulieribus incubando commisceri, Et an ex huiusmodi coitu poßint pueri nasci?

CAPITVLVM DECIMVM.

AN Diabolus poßit in forma hominis cum huiusmodi mulieribus commisceri?

VLR. Quamuis in superioribus plenæ tū auctoritates & rationes: tum ēt exempla & historiæ pro decisione huius satis sint introductæ, vt tamen finem materiæ aggrediamur, Dico, quòd ex incubo & muliere non procreatur homo. Nec vnquam inuentus est homo, qui ex spiritu

Ex incubo muliere non procreatur homo.

ſpiritu & muliere natus ſit, præterque Saluator Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſummi Dei patris miſericordia dignatus eſt, ſine commixtione virili, de ſpiritu ſancto ex glorioſiſſima virgine in mundum naſci. Abſit igitur apud me, quòd homo ſine homine de ſpiritu & maledicta muliere debet naſci.

In contumeliam natiuitatis Chriſti, Sathan hæc de incubis finxit.

Nec obſtat, quòd in comœdia Plauti poëtæ de Amphitryone legitur, quòd Hercules ex Ioue Deo, & Alcumena muliere Amphitryonis natus ſit: & ſic medius fidius dicatur, quaſi medius filius: quia fabula Poëtarum nefandiſſima fictio eſt.

SIGISM. Quid igitur reſpondes ad allegatam gloſſam Geneſeos 1. vbi dicit, Gigantes ex tali coitu natos extitiſſe?

De Gigantibus.

VLRICVS. Dico, quòd gloſſa opinatiuè loquitur, & non concludit.

SIGIS. Quomodo autem ſaluas textum, qui dicit, quòd exinde nati ſunt Gigantes?

VLR. Dico, quòd eo tunc ſurrexerunt Gigantes, hoc eſt, homines potentes & magnifici, qui propter eorum potentiam & magnanimitatem dicti ſunt Gigantes.

SIGISM. Quid igitur de Merlino in Britannia ſupradicto ſentis?

De Merlino Britannico.

VLR. Sentio quòd fuerit verus homo.

SIGISM. Cuius filius?

VLR. Vtriusq; hominis, tam viri quàm mulieris.

SIG. Quomodo igitur mater eius coram Rege Britanniæ confeſſa fuit, eum de incubo concepiſſe?

VLRICVS. Me iudice errauit mulier, à Dæmone

illusa, credens se Merlinum de semine incubi genuisse.

SIGIS. Vnde igitur conceptus est talis Merlinus?

VLRICVS. Sic arbitror, quia fortè mater Merlini se Diabolo, proh dolor, dedicauit: Vnde Diabolus imaginationem eius, vt præmissum, seducens, sensusq; eiusdem perstringens, quasi eidem commisceretur: cuius etiam corpus fortè per præstigium tumidum fecit, quasi fœtu grauida incederet: ac adueniente tempore, ficti partus flatum diuina permißione propter eiusdem mulieris incredulitatem in corpore eiusdem moueri: vnde ipsa existimans se grauatam & fœcundam, ac prolem parere debere. Itaq; ipse Diabolus diuina permißione ob incredulitatem mulieris in vẽtre eiusdem dolorem immiserit, & huiusmodi flatum extinguendo & alium puerum hominis alicubi furatum supponendo, apparentiam fecit occulto suo præstigio, quasi talis puer de tali muliere natus fuisset, quem ex pòst mater suscipiẽs, credens de corpore suo exijsse, enutriuit: cùm tamen talis puer ab alijs hominibus prænatus fuerit, & per Diabolum subtractus.

Subtracti infantes & suppositi à Diabolo.

SIGIS. Sic audio, quòd Diabolus potest homini subtrahere puerum suum: & deferre ad alium locum & supponere alteri?

VLRIC. Permittente Deo potest, præsertim non baptizatos pueros surripere.

SIGIS. Ostende hoc exemplo vel auctoritate?

In non baptizatis Diabolum habere potestatem.

VLRIC. Diabolum super puerum non baptizatum habere potestatem suscipe auctoritatem ex decreto in c. Postea & in c. sacerdos. de conse. dist. 4. vbi text. Sacerdotes

dotes cùm per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare maligno spiritu in eorum mentes contradicunt, quid aliud faciunt, nisi quòd Dæmonia eyciunt? Item tex.3.ca. De hinc eadem dist. dicit: de hinc iterum exorcizatur Diabolus, vt suam nequitiam cognoscens, iustum super se DEI iudicium timens, recedat ab homine, nec iam contendat arte sua subuertere. Ecce q Diabolus arte sua potest subuertere pueros non baptizatos. Ex his infero ad proles & pueros, quos vulgus opinatur de milite Coloniensi per mulierē procreatos, prout superius in historia latius tractatum est.

SIGISM. Dic quæso, pro quo namq; habuisti illum militem incognitum?

VLRIC. Pro incubo & Diabolo.

SIGISM. Pro quo autem filios?

VLR. Ego, saluo tamen iudicio melius sentientium, reputo illos pro veris hominibus: alicui tamen subtractis, & ibi, vt præmissum est, suppositis.

SIGIS. Qualem autem existimas illam mulierem fuisse, vt suprà dictum est, quā ciuis ille Siciliæ in mari arripiens vxorem duxit?

VLRIC. Pro succuba, & sic pro Diabolo.

SIGIS. Pro quo autem reputas filium per ipsam, vt putabatur genitum, & posteà in mari per eundem ereptum?

VLRIC. Pro Diabolo, qui sic in forma pueri apparuit. Nam & Helimandus in eadem historia sentit; inquiens, si talis puer verus homo fuisset: nemini dubium, quin postquam mater eundem in mari arripuit, & submer-

merſit, mare ipſum tanquam cadauer ad littus eieciſſet, quod tamen non fuit factum: quia talis puer diſparuit, & amplius viſus non fuit: natura autem maris eſt omnia cadauera ad littus proijcere.

De ſuccubis excipientibus ſemen naturale & incumbendo infundentibus.

SIG. Nonne plures opinantur, quòd Diabolus vt ſuccubus poſsit cũ viro coire, & ſperma aſſumere, ac ex poſt, vt incubus in muliere proijcere, & exinde prolẽ generare.

VLR. Mihi non videtur fieri poſſe: dato enim, quòd ſperma taliter colligere & immittere poſſet: hoc tamen ad generandum non ſufficit: quoniam conſiliator differentia 15. ait ſic. Scire debes, quòd iſtud membrum, puta teſticuli, non eſt princeps virtutis generatiuæ, quamuis virtus in eo ſit, vt opinatur Galenus: quia illud non poteſt agere ſuam operationem per ſe: niſi per ſpiritum emiſſum à corde, temperatum quantitate & qualitate, propter quod virtus cordialis, quæ menſurat hũc calorem, vt poſsit facere ſuas operationes, ſit principaliter generatiua, & virtus quæ eſt in hoc mẽbro, eſt eius ſeruiens: & ſi aliquid in hoc habet, dominiũ eſt illud particulare. Vnde mihi videtur ex illa Theorica, quòd cum Diabolus huiuſmodi ſpiritum à corde principiantem & illam generationis virtutem aſſumere non poſſet, clarum erit, quòd quamuis fortè aſſumat ſperma, ex proiectione duntaxat huiuſmodi ſpermatis, alijs non comitantibus nihil generare poterit.

Pulchrum argumentum ex Medicina deſumptum cõtra generationem incuborum.

SIGIS. Ex ſupradictis & iam deductis video, te pedem figere ſuper eo, quòd aut huiuſmodi pueri ſint phantaſtici: aut verò alibi ſurrepti & ſuppoſiti.

VLR. Benè habet & in illam partem videtur declinare

clinare Vincentius in 4. lib. historiæ naturalis in c.128.

SIGIS. Nunc satis mutuò inter nos hac de re disputauimus. Expedit pro memoriæ tenacitate, vt nunc determinationis conclusiones paucis verbis per Epilogum detergere coneris.

Epilogus præcedentium per octo Determinationes.

VLRIC. Saluo igitur iudicio Doctorum quorumcunq; melius sentientium, quorum determinationi me submittere non recuso, quantum mihi visum fuerit, dicam. Est igitur meæ opinionis determinatio. Prima, quòd Diabolus neq; per se, neq; ministerio hominum potest elementis, hominibusq́; & animalibus nocere: vel homines ad generandũ impotentes reddere: nisi quando occulto Dei, sed nunquam iniusto iudicio vel ob pœnam delictorum nostrorum, vel ob meritũ tentationis nostræ augmentandum: siue ob diuinæ Maiestatis gloriam magis timendam, & per nos colendam, seu aliam causam Deum mouentem, ipsa clementissima Pietas permiserit.

Secunda determinatio est, quòd cùm ipsa Dei prouidentia occulto suæ bonitatis iudicio Diabolo nocendi potestatem permiserit: quòd ipse Diabolus huiusmodi potestatem amplius extendere, quàm sibi à summo Deo concessum fuerit, non poterit, &c.

Tertia determinatio, ꝙ quamuis Diabolus permittente diuina Clementia, ob incredulitatem hominum, vel aliã causam superius enarratam, posset perstringere oculos, aliosq́; sensus hominum obstruere: ita vt homines credant se alicubi esse, vbi tamen nõ sunt, vel videre id quod in se tale non est, vel apparere aliter q̃ sit: hominem

minem tamen vel animalia in aliam speciem veraciter immutare non potest.

Quarta determinatio, quòd huiusmodi malæ mulieres per multa miliarium spacia in noctis silentio non proficiscuntur: nec mutuò taliter proficiscendo conueniunt. Sed duntaxat ipsis somniantibus, vel imaginatione forti, vt præmissum est, laborãtibus, per repræsentationem specierum similitudinarium à Diabolo eis impressarum, hæc & alia ipsis apparent, quæ postea vigilando verè sibi accidisse, sic illusæ credunt.

Somniantes mulierculæ somniant nocturnas excursiones.

Quinta determinatio, quòd Diabolus, siue vt incubus, siue vt succubus pueros generare nullo modo potest; Sed huiusmodi pueri si inuenti fuerint, vel suppositi pueri, vel phantastici existunt.

Sexta determinatio, quòd solus Deus futurorum certus est inspector: & solus cogitationes hominum nouit, quodqúe Diabolus per se, siue Magos seu Maleficos vera & futura prædicere alteri non potest, nisi ea quæ ipse pro subtilitate naturæ suæ prior ex cõsideratione astrorum, & elementorum dispositione accidere debere noscit, vel quæ accepta licentia à Deo facere intendit: vel hominibus ad faciendum persuadere in eorum mentes suggerendo proposuit: vel quæ ex moribus & gestu hominum coniecturando deprehendit, nihilominus tamen ipse sæpè fallit, & fallitur.

Quõ Dæmon futura prædicat.

Septima determinatio, quòd quamuis effectualiter huiusmodi maledictæ mulieres nihil efficere possunt, nihilominus tamẽ, quia instigãte Diabolo tales mulieres, vel ob desperationem, vel paupertatem, vel odia vicinorum,

rum, vel alias tentationes per Diabolum immissas, quibus non resistunt, à vero & pijssimo Deo recedentes, sese Diabolo deuouendo, ac eundem colendo, sibiqúe Diabolo holocaustomata & oblationes offerēdo, apostatant: hæreticam prauitatem sectantes, & propterea succedit.

Vltima determinatio, videlicet, quòd propter huiusmodi apostasiam, & corruptam voluntatem de Iure ciuili tales scelerata mulieres, quæ à Deo largißimo apostatarunt, & Diabolo sese dedicarunt, morte plecti debent: prout dicitur in l. multi. C. de Maleficis & Mathematicis. Iam de pœnis quas merētur iure Pythonicæ mulieres.

Vos igitur ô mulieres mementote profeßionis vestræ in baptismo factæ: ac cùm Diabolus vos tentauerit, estote fortes, & suis suggestionibus resistite, & resistendo signo crucis vosipsas armate: scientes, quòd aduersum vos nullam habebit potestatem: quoniam cōtra signum crucis nullum stat periculum. Sumite exemplum beatæ Iustinæ, in cuius legenda ita legitur. Cohortatio ad mulierculas. Cōtra signum crucis nullum stat periculū.

Erat enim quædam virgo in Antiochia ciuitate, Iustina nomine, quam quidam scholasticus, nomine Agladius videns frequenter ire ad Ecclesiam, in amorem eius incidit, multosqúe ad eam transmittens, petijt in vxorem: quæ cùm omnibus diceret, Christo cœlesti sponso se esse desponsatam: ille congregata virorum multitudine, voluit eam per vim rapere, sed non potuit: tunc iratus abijt ad Cyprianum Magum, promittens ipsi duo talenta auri, vt Iustinam per maleficia sua caperet: qui per Magicas vocauit Dæmonem, & ait illi: amo virginem de Galilæa, potésne eam persuadere & adducere Exemplum S. Iustinæ. Christiani vocabantur Galilæi.

 mihi?

mihi? Qui promisit ei, dicens: accipe hoc medicamētum, & sparge circa domum eius: & ego superueniēs, paternum sensum ei iniiciam, & statim obediet mihi. Cumq; Cyprianus ita fecisset, sancta virgo tertia noctis hora surgens ad orationem, sensit impetum Dæmonis. Signauit itaq; se & domum suam signo crucis, & Dæmonem signo crucis exsufflauit. Qui veniens ad Cyprianū confusus, & cur virginem non adduxisset requisitus, ait: vidi quoddam signum Thau.

De signo T.

Item Cyprianus per artem Magicam alium Dæmonem fortiorem vocauit, & simili modo fecit: & similiter eidem accidit: tandem vocauit ipsum Dæmonem patrem, & ait illi: quænam est infirmitas vestra? victa est ab vna virgine omnis vestra virtus? Respondit Diabolus: Nunc adducam tibi eam ad desiderium incorruptionis, tu tantùm paratus sis. Tunc Diabolus in specie virginis ad Iustinam intrauit. Et sedens super lectum eius eandem tentando dixit: Hodie missa sum à Christo ad te, viuere tecum in castitate: multum autem te video vexatam abstinentia. Sancta autem virgo dixit: merces autem multa: labor verò modicus. Dixit ei Diabolus: Deus in paradiso benè dixit Adam & Euam, dicens, crescite & multiplicamini. Puto ergo, quòd si in virginitate manserimus, iudicium incidamus, quia verbum Dei contemnimus.

Crescite & multiplicamini: allegat Sathan contra virgines.

Cumq; virgo turbata surrexit, & per spiritum sensit, quis esset qui ei loqueretur, signo crucis se signans Diabolum exsufflauit, qui disparuit. Deinde Diabolus Cypriano confusus apparuit, qui dixit ei: & tu namque victus es, vt cæteri subiecti tui? quomodo enim victi estis ab vna virgine

Christia-

Christiana? dic mihi quæ sit virtus victoriæ eius. Qui respondit, dicere tibi non possum, quoddam vidi terribile signum & Thau. Si autem virtutes huius signi vis addiscere, iura mihi, quod nunquam à me velis discedere: qui cùm iurasset, ait illi, vidi signum crucifixi & Thau: & sicut cera à facie ignis fluxi. Cui dixit Cyprianus. Ergo crucifixus maior est. Qui respondit: etiam maior omnibus est, quia desertores Dei accipiũt ab eo sentẽtiam ignis. Cyprianus autem ait: Festinabo igitur, vt amicus fiam crucifixi, ne talem pœnam incurram. Diabolus respondit: Iurasti namq; mihi. Cyprianus ait: Contemno te, & omnes fumigantes virtutes tuas, meq; ipsum tibi denego: & me consignans, dico, Gloriam tibi Christe, & tu Dæmon recede à me, Abijt ergo Diabolus confusus: vnde Cyprianus Christianus factus est. Ecce ergo quantæ virtutis fuerit, & hodie existat signum sanctæ crucis, quo nos signare dignetur Christus, qui pro nobis in ligno crucis seipsum offerre, & nos saluos facere dignatus est, qui viuit & regnat in secula benedictus, Amen.

Cyprianus Magus ad fidem Christi conuersus.

Christus signet nos cruce.



FLAGEL-

FLAGELLVM DAEMONVM,

SEV EXORCISMI TERRIBILES, potentissimi, & efficaces.

Remediaque probatissima ad malignos spiritus expellendos, facturasque, & maleficia effuganda de obsessis corporibus.

Cum suis benedictionibus, & omnibus requisitis ad eorum expulsionem.

Per F. Hieronymum Mengum Vitellianensem, Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ, nuper in lucem proditum.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO, D. Gabrieli Palæoto.

TITVLI SANCTI MARTINI IN MONtibus S.R.E. Presbytero Cardinali Amplißimo, Episcopo Bononiensi, & Principi Optimo.

Frater Hieronymus Mengus Vitellianensis Ord.Min.Reg.Obser.

S. D.



ILlud planè constat (Reuerendissime Præsul) quod & sapientissimorum Virorum sententia, & multis rationibus probari potest, per multa Dei Optimi Max. munere fuisse hominibus tributa, quibus vnusquisque non sibi solùm, sed etiam alijs quamplurimum prodesse posit. Qua de re factum est, vt qui de sua solùm, & non aliorum salute fuere soliciti, ab omnibus semper reprehensi, & digni habiti sint, qui ab humana consuetudine iure optimo exigerentur. Contra verò, qui de alijs benè mereri studiosè elaborarunt, eos docta illa antiquitas omni laude dignos esse censuit, quin verò, & in Deorum numero collocauit. Et sanè qui non libenter dilaudet, atque admiretur id genus hominũ, qui omnes ingenij vires eò contenderunt, vt non modò doctrina præsentibus homi-

hominibus, verùm etiam libris accuratè scriptis posteritati consulerent? Quorum in numero sine vlla controuersia inprimis ponendi sunt summi illi Theologi, qui tot, tantaq; non minus doctè, quàm diligenter conscripserunt, vt homines, & ad Deum piè excolendũ, & proximum vnicè diligendum excitarent. Ab horum præclaro instituto, cùm ego quoque nollem discedere, & si non eram nescius, quàm exiguæ sint mei ingenij vires, quę vt non doceam, sed vt docear magis postulant, decreui tamen diuino fretus numine aliquid aggredi, in quo omnes facilè intelligant, & probent meam si minus facultatem, at certè in alijs adiuuandis voluntatem. Et quamquam mihi hoc ipsum sæpe, ac diu cogitanti multa in mentem venirent, sum tamen magnopere commotus, quòd videam nos in hæc mala tempora incidisse, in quibus passim vagatur, & maximè viget quædam ægritudo, quæ quòd non corporibus modò, verùm etiam animis plerumque periculum, & mortem intentat, omni alio morborum genere perniciosa magis est, atq; execranda. Hæc illa est, qua nunc permulti, varijs in locis à Dæmonibus, & à Maleficis, atque diu, atq; acriter diuexantur. Quorum vices eò magis sunt dolendæ, quo rarius his nostris temporibus extant, qui illis præsidium aliquot efficax afferre, aut norint, aut velint. Neq; enim desunt qui si quid Dei benignitate adinuenerint, quod ad hoc malum propulsandum sit optimum, illud celant, & ne alijs imperti-

pertiantur in proprio sinu recondunt, idq; ducti solo (nequid grauius dicam) auræ popularis, atque inanis gloriæ studio. Nec deessent, qui misericordia permoti hoc tam pium, ac necessarium opus libenter susciperent, nisi illos deterreret aut metus quidam (qui tamen Sacerdoti nō conuenit) aut artis Exorcisticæ ignoratio, posteaquam libri ad eam artem spectātes, cùm temporis vetustate, tùm verò hominum incuria iam nostris temporibus fermè interciderunt. Quid? quòd alij dum hanc artem profitentur, vt soli sapere, ac maiori admiratione digni videantur, posthabitis huiusce artis canonibus à maioribus nostris recta cū ratione institutis, ad suas quasdam ineptias, & superstitiones penè aniles temere cōfugiunt, obliti huiusmodi negocium nulla vnquam alia ratione, quàm Dei nomine posse rectè confici, qua ex re fit, vt tandem in extremū salutis discrimen ij sponte corruant, dum non quas debent Dei, sed quas cęci non animaduertunt, Dæmonum vias æquè indoctè, atque impiè consectantur. Ne igitur Exorcismum copia ab his amplius desideretur, qui illorum cognitionem ad tam miseram, atque atrocem ægritudinem depellendam, & ad contundendam, conterrendamq; Dæmonum audaciam exoptant, constitui, quos multos Excorcismos varijs in locis diffusos, & disipatos reperi, in vnum cogere atque edere, vt inde queant Exorcistæ arma, cùm libuerit, depromere, quibus audacter cum Dæmonibus in posterum

manus

manus conſerant, atq; illos ex corporibus, quæ iniquiſsimè obſident, Deo adiuuante eijciant Cur verò id (quicquid eſt mei operis) ampliſsimo nomine tuo inſignitum prodire cupierim (Illuſtriſsime Cardinalis) referrem ego, & quidem libentiſsime, niſi compertũ mihi ſatis eſſet quantum à tuarum laudum (quæ quidem eximiæ ſunt, & prope innumeræ) vel auditione, vel lectione, & oculi tibi, & aures abhorreant. Tibi enim (vt cętera taceam) tuę ſcilicet ſolicitudini, tuæq; curæ, quicquid commodi habet, totum debet Bononiæ Chriſtiana Reſpublica. Quapropter, ſi quid etiam ex hoc meo labore vtilitatis ſumpſerit, tibi iure referendum eſſe videbatur. Quid voluerim ego mihi conſcius ſum. Quid prębtiterim alij viderint, apud quos tamen illud vnum teſtatum eſſe velim, me hunc laborem nulla alia de cauſa ſumpſiſſe, quàm quod ſperem hoc opus meum non inutile fore his, qui noſtris temporibus tam miſerè, atque pernicioſè Dæmonum, & Maleficorum opera conflictantur. Vale Princeps ampliſsime, diuq; felix viue. Datum Bononiæ Kalendis Decembris.

M. D. L X X V I.

IN

IN AVTORIS LAVDEM.

ANDRAEE PEPVLI CABALLENSIS EPIGRAMMA.

HVmano ſtygias orbi dum corpore peſtes
  Pellere das facilem Maxime Menge viam.
Poſthac tela, doli, inſidiæ, fera pharmaca virus
  Necquicquam poterunt Dæmonis arte tua.
Namque ſacro Sathanæ pulſas ita terga flagello,
  Quod penitus vires arripis ipſe ſuas.
Vnde tuum merito decorabit nomen honore
  Mundus, & eximijs laudibus vſq; feret.

EIVSDEM.

DIALOGVS.

Liber, & Alecto.

QVid furis Alecto? cur ſic fera Regia Ditis
  Intonat implacidi? quò furibunda fugis?
Quid ſoror incōptos ſcindit ſibi perfida crines?
  Et voluit tantos ſæua Megæra focos?
Quò Sathanæ ſcelerata cohors? quid fulmina tanta?
  Quid ſibi tot flammę? tot tornitriusq; volūt?
Pernities, ſimulas, ſolus qui noſtra fuiſti.
  Qui ſolus nobis dira flagella paras.
Heu męror quā creſcit edax, quis porriget, vnde
  Quò in noſtrum ceſſet tanta ruina caput.

QVAEDAM DOCVMENTA PVLCHERRIMA ET VALDE NECESSARIA Exorcistis.

DOCVMENTVM PRIMVM.



Vicunq; desiderat rectè, facilè, & sine periculo suæ, & aliorum salutis calcare super serpẽtes infernales, & cauere ab omnibus operibus vanis, illicitis, & superstitiosis, atq; exercere officiũ adiurandi Dæmones in corporibus humanis existentes sine peccato, vt (fauente Deo) hac charitate exorcizandi, q̃ inter omnia opera misericordiæ est laboriosissima, mereatur peruenire ad gloriam sempiternam, ante omnia debet habere indubitatam fidem de mysterijs Iesu Christi, & fide Catholica, cùm operatio miraculorũ (cuiusmodi est ista) ascribatur fidei, & illi conueniat.

Charitas exorcisandi inter omnia opera misericordiæ est laboriosissima.

Cui etiam addenda est puritas conscientiæ, mediante dolorosa contritione suorum peccatorum, & pura confeßione sacramentali, quia & si Sacerdos, potestate Sacerdotali, oret in persona Ecclesiæ tamen eius oratio est efficacior, quando ex parte eius est munda, quia habet efficaciam ex parte Ecclesiæ, & etiam illius Sacerdotis, qui tanquam amicus Dei, ab ipso meretur exaudiri, & etiam quia peccata quæ per veram pœnitẽtiam fuerunt à Deo dimissa, tecta sunt Diabolo, nec illa potest obijcere animæ (experientia teste) coactus diuina potentia, & maximè quando Sacerdos imperat illi silentium.

Ex puritate exorcisantis exorcismus accipit vires.

tium. Vbi autem non est dimissum à Deo peccatum, Dæmones, qui (vt diximus in nostro vulgari Compēdio, quod edidimus de operationibus Dæmonum, & Maleficorum, cap. 4. primi libri) demptis cogitationibus cordium, omnia cognoscunt, vt possint compescere sacerdotes ab adiuratione, confusione, & pudore, illis tam vera, quàm falsa crimina obijciunt.

Fr. Hiero. Men gi Compendium de operationibus Dæmonum & Maleficorum.

Ne ergo Exorcistæ desinant hac de causa ab hac operatione, Deus non sinit hanc auctoritatem Dæmonibus. Debet etiam Exorcista habere humilitatem profundissimam, reputando se in hoc opere, vt instrumētum Dei, & per consequens se nihil posse agere absque eius auxilio, ne scilicet quærat laudari pro huiusmodi ab hominibus, sed solummodo ad honorem omnipotentis Dei, & animarum salutem gaudeat, & lætetur in hoc opere, ne perdat meritum, & incurrat peccatum. Tum quia facilius Dæmones fugantur, odorem humilitatis sufferre non valentes, tum etiam quia Deus humilibus dona sua largitur, & gratiam, qui eis benè, & ordinatè vtuntur. His omnibus Exorcista munitus, cum tanta securitate Diabolum aggrediatur, ac si aliquod opus delectabile vellet perficere, quia videbit quid faciet Deus benedictus.

Odor humilitatis fugat Dæmones.

DOCVMENTVM SECVNDVM.

SECVNDO debet hortari obsessum, vt cum maxima diligentia expurget conscientiam suam: Tum quia oratio eius, & etiam pro eo orantium facilius exaudietur à Deo, tum etiam, quia hæc vexatio frequenter consueuit fieri pro peccatis (vt diximus

mus in nostro Compendio lib. 2 cap.9 & li.3.cap 6.) Et debet ipsum instruere, vt subijciat se humiliter Deo, & quòd ipsum deprecetur, vt si expedit liberetur à spiritibus immundis.

Quò cognoscatur, an aliquis verè sit obsessus.

Deinde conetur cognoscere si talis persona sit verè obsessa à Diabolo, vel non, ne cum dispendio honoris Diuini, & Sacerdotalis dignitatis inaniter fatigari contingat. Cognoscet autem ibi certitudinaliter adesse spiritum, quando percipiet obsessum loqui, aut cognoscere, quæ aliàs loqui, aut scire nequiuisset, puta aliqua distātia, vel occulta. Cognoscet verò probabiliter, quando videbit eum sub manu sua tremere ad sacra verba, aut torsiones, vel dolores, aut motus, vel furores insolitos, & repentinos facere, aut horrere, & detestari Diuina, puta Sacramenta, maximè confessionis, & Eucharistiæ, nomina sanctorum, & orationes diuinas.

Reliquiæ alligandæ super obsessum.

Et ideo à principio debet Exorcista, quantum potest, cogere Diabolum ad ista ostendenda, alligando latenter aliquod sacrum super obsessum, puta reliquias sanctorum, vel schedulam continentem verba Dei, ad cuius præsentiam, si obsessus huius rei inscius ostenderit nouitatem, erit signum Diabolicæ præsentiæ.

Cur Satan ex obsessis non libēter loquatur Latinè.

Sed aduerte propter detractores huius artis, quòd Dæmones obsidētes corpora humana, rarißimè loquuntur Latinè, hac de causa, ne scilicet credantur ibi adesse, & etiam quia vtuntur instrumentis naturalibus illorum, qui ab ipsis opprimuntur, & ideo Diabolus obsidens idiotam, non facilè respondet Latinè, nec obsidens Italum, facilè respondet Gallicè, quia lingua ad vnum

modum

modum loquendi habituata, est illi obedientior, & ad motus illi placentes dispositior. De hac autem materia vide Compendium nostrum libro primo, capit. 9. per totum.

DOCVMENTVM TERTIVM.

TErtiò Exorcista poterit aggredi Diabolum obsidentem corpus humanum rebus exterioribus, vt aqua benedicta, incenso, sulphure, ruta, & medicinis, ac alijs potationibus, quæ omnia debent esse exorcizata, & benedicta.

Sed quia huic documento multi aduersantur diuersis rationibus, ideo sciendum est, quòd & si herbæ, harmoniæ, & res corporales non possint sua naturali virtute totaliter excludere vexationem, qua Diabolus hominem vexat, quando sibi permittitur à Deo, vel ab Angelis bonis, possunt tamen illam vexationem mitigare, & ita parua poterit esse vexatio illa, quòd istæ res exteriores poterunt eum penitus excludere, sed hoc facient, non agendo in ipsum Dæmonem, cùm sit spiritus separatus, in quem non potest naturaliter agere quodcunque corpus, sed agendo in ipsum vexatum à Dæmone. Omnis enim causa limitatæ virtutis, producere potest effectum intensiorem in materiam magis dispositam, quàm non dispositam, cùm secundum Philosophum secundo de anima, actus actiuorum sint in patiente benè disposito. Diabolus autem est agens limitatæ virtutis, ergo vexationem intensiorem potest facere in homine disposito ad illam vexationem, quam intendit adducere, quàm in homine dispositionis contrariæ. Puta Diabolus

Externa remedia adhibẽda.

Actus actiuorum sunt in patiente benè disposito.

bolus potest intensius vexare passione melancholica, hominem dispositum ad illam, quàm hominem dispositionis contrariæ.

Certum est autem, quòd herbæ, harmoniæ, & multa alia sensibilia, multum possunt immutare dispositionem corporis, & ex consequenti motum sensualitatis, hoc patet de herbis, cùm quædam inclinent ad lætitiam, quædam verò ad tristitiam, hoc etiam dico de harmonijs, vt patet per Philosophum 8. Poli. vbi vult, quòd diuersæ harmoniæ habeant prouocare diuersas passiones in homine. Hoc idē refert Boëtius in sua musica, & Auctor de ortu scientiarum, vbi loquens de vtilitate Musices dicit, quòd valet ad curandum diuersas infirmitates. Potest enim cōtingere aliquando, quòd Diabolo non permittatur hominem vexare, nisi vexatione ita parua, quòd per aliquam fortem dispositionem ad contrarium tolleratur totaliter, & tunc aliquæ herbæ, vel harmoniæ possent corpus hominis ita ad contrarium disponere (vt suprà diximus) quòd illa vexatio totaliter remoueretur. Verbi gratia, Diabolus quandoque posset hominem vexare vexatione tristitiæ ita debiliter, quòd per aliquas herbas, vel harmonias, quæ possunt efficere dilatationem, & diffusionem spirituum, qui sunt motus contrarij tristitiæ, totaliter amoueretur illa tristitia.

Musica harmonica adhibenda obsessis.

Non aūt video, quomodo herbæ, & cætera sensibilia possint in homine aliquam dispositionē efficere, qua mediante homo nullo modo possit à Dæmone vexari, quando vexatio est maxima, quia herbæ, & harmoniæ (vt suprà

supra diximus) sua naturali virtute hanc dispositionem causare nequeunt.

Hoc postremum diximus propter aliquos, qui nituntur defendere, quòd aliqui possent effectus maleficiales producere per quasdam herbas, & occultas causas absque auxilio Dæmonum, tantùmmodo ex influentia corporum cœlestium, quæ plus potest imprimere in huiusmodi res corporales, ad effectus corporales, quàm ipsi Dæmones ad producendum huiusmodi effectus maleficiales.

An Malefic[æ] per herbas & occultas causas operentur aliquid, sine Dæmonum auxilio.

Hoc etiam probatur auctoritate Sacræ Scripturæ. Nam primi Regũ 16. dicitur de Saule, quòd cùm vexaretur à spiritu immundo, Dauid percutiens cytharam coram eo, alleuiabatur, & spiritus nequã recedebat ab eo, quod exponens Liranus dicit. Videtur rationabiliter concedendum, quòd per melodiam, seu per aliqua alia sensibilia possint afflicti à Dæmonibus afflictionem leuius ferre, quia per aliquam rem sensibilem potest causari dispositio in corpore humano, per quam minus subijciantur actioni Dæmonum, & sic afflictio ab eis causata diminuitur, & alleuiatur. Dicit etiam ibi Burgensis, quod non solùm videtur concedendum per aliqua sensibilia, posse afflictos à Dæmonibus leuius ferre vexationem, sed etiam, quòd per sensibilia aliqua, afflicti à Dæmonibus possint totaliter liberari.

Refragatur author & Lirano & Burgensi.

Et licet non sit firmiter adhærendum huic opinioni, tamen ille ibi adducit multas rationes, quæ habent aliquid veritatis, & apparentiæ, quas causa breuitatis omitto, legat eas, qui vult ibi.

De Thobiæ piscis iecore.

Et Thobiæ 6. Angelus Raphaël exturbauit Dæmonem à Sara, & Thobia per intestina piscis dicens, quod si super carbones ponatur iecur illius piscis, fumus eius extricat omne genus Dæmoniorum tam à viro quàm à muliere. Sed hoc factum fuit adiuuante oratione, & continentia triduana, cum alligatione Dæmonis per Angelum.

Aqua benedicta.

Quid plura? S. Alexander Papa huius nominis primus in sua prima epistola præcipit omnibus sacerdotibus exemplo sui, benedicere istas res populis, dicens: Aquam enim sale conspersam benedicimus, vt ea cuncti aspersi, sanctificentur, ac purificentur, quod, & omnibus sacerdotibus faciendũ esse mandamus. Nam, etsi sale asperso per Helisæum Prophetam, sterilitas aquæ sanata est, quantò magis diuinis precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, atq; mundat, & expurgat, & cætera bona multiplicat, insidiasq; Diaboli auertit, & à phantasmatis versutijs hominem defendit, & infrà. His ergo, & alijs instructi documentis, vota singulorum domini Sacerdotes respicite, & in virtute Spiritus sancti diuinis precibus per mysterium vobis diuinitus collatum perficere curate. Elementa quoq; tam ea quæ prædiximus, quàm cætera diuinis apta vsibus, & humanis necessaria infirmitatibus sacrate, infirmos curate, & cætera quæ ad vos pertinent diligenter perficite. Hæc ille.

Dicitur etiã in musica Guidonis, quòd sunt quidam Dæmones, qui non valent melodiam sustinere. Refert etiam Ioseph libro octauo Antiquitatum, quòd in exercitu

Titi erat quidam, qui per lapidem annuli Dæmones expellebat à corporibus obſeſsis. Dicit etiam, quòd quidam Exorciſta vtens adiurationibus Salomonis, ſe præſente eiecit Dæmonem, cuiuſdam herbæ radice ſuppoſita naribus obſeſsis.

Gemmę vis ad expellendum Dæmonem. Adiurationes Salomonis.

Iſta omnia ſunt ſenſibilia, & vt viſum eſt, poſſunt reprimere vexationem Dæmonum vexantium corpora humana.

Patet etiam noſtrum propoſitum per auctoritatem aliquorum Philoſophorum, ac Medicorum. Nam Raimundus Lullus Philoſophus acutiſsimus, & Medicus excellentiſsimus tractans ex intentione hanc materiam libro ſecūdo de quinta eſſentia, hanc quæſtionem mouet dicens. Quomodo poteſt fieri, quòd Dæmones per medicinas poſsint à corporibus eijci, cùm non habeant corpora, in quibus poſsint recipere impreſsiones medicinarum, cùm omnis potentia circa obiectum operetur, & ſoluens illam, adducit aliquas auctoritates, ex ſupra citatis, poſtea ſoluens iſtam quæſtionem naturali ratione dicit. Si vis intelligere quomodo hæc quæſtio ſoluatur naturaliter, accipias iſta principia, cauſa, effectus, iuſtitia, ex quibus conficit iſtam rationem. Omni cauſa remota, remouetur eius effectus. Item iuſtitia, eſt id, cuius ratione redditur vnicuiq; quod ſuum eſt, & ex prima maxima, fundat talem rationem. Dæmones, vt plurimum ad corpora iunguntur humana propter malam diſpoſitionem humoris corrupti, aut infecti Melancholici, qui malas figuras nigras, & horribiles format in phantaſia, & intellectum conturbat. Dæmones autem

Raimūdi Lulli ſententia, an poſſunt Dæmones eijci medicinis.

has formas consueuerunt accipere, & habitare in locis obscuris, solitarijs, & opacis, qui dum per virtutē quintæ essentiæ, & aliarum rerum à corpore talis humor expellitur, qui est causa quare Dæmones ad tale deueniant corpus, tunc Dæmones simul cum humore euanescunt.

Virtus quintæ essentiæ.

Adducit etiam aliam rationem, dicens, Sicut potestas Dei potest, & posset elementorum qualitates stare facere in visceribus Acherōtis post diem iudicij sine proprijs substantijs coessentialibus ad vindictam suæ diuinæ iustitiæ, sic potest ipsos Dæmones facere pati actionem rerum sensibilium, vt seueritas suæ iustitiæ, quæ cum ipso cōuertitur, habeat subiectum, in quo poßit vti suo actu, secundum quantitatem culpæ.

Deus per exteriora remedia magis Dæmones vexat.

Et probat hanc suam rationem exemplariter per actionem ignis auerni, quo torquentur animæ damnatæ, & ipsimet Dæmones ad multiplicationem suæ pœnæ, quamuis sua substantia non sit ex quatuor elementis composita, tamen, vt suæ pœnæ magis multiplicentur, sentiunt ipsi pœnam, iussu diuinæ iustitiæ: nam (inquit) qui contra infinitam substantiam peccat, infinitè peccat, igitur peccans oportet quocunq; modo poßit, magis pœnam pati. Sed præter priuationem diuinæ visionis, nulla maior pœna potest eis dari, quàm quòd submittantur actioni virtutis rerum sensibilium, & propter hoc medicinæ, sensibiles actiones habent ad fugandos Dæmones de quocunq; corpore.

Ignis gehennæ qualis.

Priuatio faciei Dei summa pœna est.

Vtere ergo medicinis, & curabis quoscunq; Dæmoniacos, apoplecticos, & melancolicos: Et potißimè, si dictis medicinis addideris herbā, quæ dicitur Hypericon, qua

Hypericon nobis S. Johannskraut & Harthew.

quæ aliàs dicitur Fuga Dæmonum, seu Perforata. Nam fumigatio seminis eius fugat omnem dæmonem appropinquantem corpori, vel domui. Non est ergo dubitandum, quin Deus ad vindictam suæ diuinæ iustitiæ subÿciat Dæmones actionibus rerum sensibilium. Hæc ille.

Hîc aduerte, quòd Doctor iste multa dicit, quæ fauẽt nostro proposito: sed si intelligeret, hæc posse fieri absque Exorcismis sanctæ Ecclesiæ, omnino erraret.

Huic etiam nostræ opinioni subscribit quidam Ioannes Rupescissa, in libro quem edidit de consideratione quintæ essentiæ: & alÿ quam plures excellentissimi Doctores, quorum testimonium nullus facilè spernere potest, absq; nota proteruiæ. De considera- tione quintæ essentiæ liber Rupescissæ.

Ex quibus omnibus apparet liquidè, quòd Sacerdotes, & Exorcistæ possunt applicare aliqua sensibilia ipsis Energumenis ad alleuiandam vexationem ipsis illatam à spiritibus immundis, dummodo illa sint benedicta in nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filÿ, & Spiritus sancti.

Et ẽt, quia quæ fiunt circa corpora obsessa, Diabolus illa recipit in sui dedecus, & opprobrium, & præcipuè quãdo sunt irrisiua, vel afflictiua, vt sunt fœtida, amara, vel huiusmodi, quia interdum illa sunt signa, & afflictiuorum ingerunt memoriam: Et ideo Exorcista debet ista applicare infirmo: & irritare Dæmonem opprobrÿs, & iniurÿs, ac omnibus modis, quibus honestè potest, quæ omnia ille iniquo animo perfert, tanquam in sui dedecus, & contemptum exercita. Et ratio horũ est, ne obsessus à Dæmone priuetur sensu: quod crebro ille facit,

Irrisiua offendunt Dæmonem.

Exorcista debet Dæmonẽ irritare opprobrijs.

facit ne obsessus verba Dei percipiat attentè, quibus cõpungatur, & ad orationem silẽter excitetur? Et etiam quia his verbis, & iniurijs prouocatur superbus dæmon, vt ab eo loco discedat, & vbi percutitur à Deo Exorcismis, & irridetur ab hominibus iniurijs, & verbis irrisiuis.

Nulli creaturæ maledicẽdum præterquã Diabolo.

Nec obstat, quòd non debeamus alicui creaturæ inferre iniuriam, nec maledicere: quia in hoc Exorcista non maledicit diabolum, vt creaturam Dei, & ex odio, sed ex amore Dei, cui rebellat, & ex charitate proximi: quia dæmones in cursu huius vitæ constituti, sunt nobis aduersarij, & ideò licet nobis illis inferre verba contumeliæ, vt à proximo, quẽ indebitè vexant, repellantur.

DOCVMENTVM QVARTVM.

An Dæmon obsidens interrogationibus sit vrgendus.

QVartò Exorcista poterit licitè interrogare Dæmones obsidentes corpus humanum, ad instar Christi, qui interrogauit Dæmonem dicens. Quod est nomen tibi? vt habetur Matthæi 5. Sed cauere debet, ne sit leuis, & curiosus inuestigator, quia non licet nobis ipsum interrogare, nisi de his, quæ faciunt ad expulsionem eorũ, & ad repellendum nocumentum tam à nobis, quàm à proximis nostris, Et ideò Exorcista sit cautus in interrogationibus, ne decipiatur à Diabolo.

Quæ Dæmones interrogandi sint.

Poterit ergo ex parte Christi interrogare, Dæmonem ipsum arctando, vt dicat, vtrũ sint multi, vel pauci, quod sit nomen eius, & sociorum, qua de causa sint ingreßi, qua hora, per quam personam sint expellendi, per quem Sanctum, qui sunt sui inimici in cœlo, & qui in inferno, quibus verbis magis cruciantur, si sint ali-

qu

quo pacto, vel maleficio ibi ligati, quomodo illud maleficium possit destrui, quis sit eorum princeps in illo corpore, si talis persona sit verè vexata, & similia, cùm ista non solùm non pertineant ad amicitiam, sed ad eorum expulsionem.

Deinde in virtute Dei præcipere poterit Lucifero, & omnibus potestatibus infernalibus, vt Dæmones contumaces, & nobis inobedientes excrucient in inferno, & spiritui principali in corpore obsesso, quòd secum educat totam societatem suam: Quia etsi in nocendo hominibus omnes sint concordes, tamen inter se habent inimicitias, & pugnas, propter quod vnus interdum ad imperium nostrum, alium libenter castigat.

Dæmones traduntur Dęmonibus cruciandi.

DOCVMENTVM QVINTVM.

QVintò cogere debet Dæmones exorcismis, vel præceptis, vt ad honorem Dei, & proximorum ædificationem confiteantur aliquam fidei veritatē, & quòd in virtute illius veritatis Deo omnipotenti exhibeant reuerentiam, puta flectendo genua, & cum inclinatione capitis ter percutiat terram, adorando sanctissimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

Dæmones cogendi ad cōfessionem aliquam fidei.

Aduertat etiam Exorcista ne deserat aliquod præceptum à se factum Diabolo, etiam si viderit ipsum longo tempore contemnere, & irridere, sed conetur per illud à Dæmone obedientiam extorquere, quia si illud derelinquat, Diabolus reputat se victoriam obtinuisse contra ministrum, & cum maxima difficultate postea cogitur ad obedientiam.

Sit etiam cautus in applicando res sensibiles Dæmoniaco,

niaco, vt sunt reliquiæ sanctorum, lignum crucis, & similia, non solùm propter se, sed etiam propter aßistentes, solùm præbendo illis tantam fidem, quantam sibi conuenit, Quia Dæmones cùm sint astutißimi, aliquando fingunt, se timere talia, quæ in veritate aliquando non sunt veræ reliquiæ, vt postea imminuat fidem sacramentorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, circa quod expertus sum miranda.

Cur interdum Dæmones cōtemnunt reliquias.

DOCVMENTVM SEXTVM.

SExtò debet Exorcista habere maximam patientiam, & perseuerantiam in ipsa coniuratione, ne scilicet desperet de victoria, si viderit Dæmones diu permanere in sua obstinatione.

Præcepta Exorcistæ sunt præcepta Dei.

Pro cuius declaratione sciendum est, quòd præcepta Sacerdotis ad Diabolum, vt discedat, sint præcepta Dei, quia ex Dei persona sunt prolata, quibus Diabolus statim, ac subitò cederet, si vti vellet Deus sua omnipotenti virtute: quòd non semper facit, sed plerunque sinit illū in sua voluntate, an obedire velit, nec ne, sicut & homines, quibus Deus aliqua præcipit. Quia Deus regulariter omnia mouet secundum modum suum, rationalia scilicet cum libertate.

Deus Rationalia mouet cū libertate.

Sed tamen sicut hominibus adhibet stimulos, vt velint obedire per prædicatores, aduersitates, & huiusmodi, ita etiam malignis spiritibus adhibet stimulos vrgentes eos ad suam obedientiam, qui sunt Exorcismi, quibus Dæmones ita spiritualiter cruciantur, sicut homines verberibus corporalibus. Et similiter conferunt verba irrisiua ad liberationem obseßi, vt diximus supra documen-

ocumento tertio. Vnde ad expellendum quidam sunt uibusdam duriores, quia sunt ad sustinenda opprobria, & verba diuina contemnenda fortiores.

Quidam Dæmones ad verba Diuina cōtemnēda sunt fortiores.

Si tamen finaliter non cedunt, vim coactiuam Deus dhibet, quando iudicat opportunum. Imò ipse Deus oster, qui Sacerdotibus, & fidelibus potestatem dedit Dæmones adiurandi, interdum eos à nostra eximit bedientia, ex occulta causa. sicut aliquando non vult, uòd adiurati nomen suum manifestent, propterea uòd non benè sonet, vel quòd respondeant ad interrogata, quia non expedit.

Diabolorum nomina malè sonant.

DOCVMENTVM SEPTIMVM.

SEptimò debet hortari obsessum, vt sæpè accipiat sacratissimam communionem Eucharistiæ: Contra mmunem sententiam, & opinionem vulgi asserentis, exatos à Dæmonibus, & maleficiatos non posse liberai, si communicentur existente super eos Dæmone. Quæ pinio quantum distet à veritate, patet per Cassianum, ollat. 7. cap. 30. qui fauens huic nostro proposito, dit: Communionem sacrosanctam, nequitiæ spiritibus aditam, senioribus nostris nunquam meminimus inerdictam, quinimò etiamsi possibile esset, eis quotiie impartiri eam debere censebant, quæ ad purgatioem, tutelamque corporis, & animæ peruenire credena est, & quæ ab homine percepta, eum qui in memris eius insidet spiritum, seu in ipsis latitare conaur, quodam exurens fugat incendio. Hoc namque odo curatum Abbatem Andronicum nuper aspeximus:

An obsessis cōmunicanda Eucharistia.

ximus: insultabit offenso, cùm eum à cœlesti medicina viderit segregatum, tantò enim duriùs, & frequentiùs attentabit affligere, quantò eum à spirituali remedio senserit longius abdicatum.

Et si obijciatur, quòd ille qui vult accipere communionem sacratissimi corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi, debet seipsum probare, vt dignè ex illo pane, & calice manducet, & bibat, quod non possunt facere obsessi, cùm careant vsu rationis. Huic obiectioni respondet Diuus Thomas 3. parte, quæst. 80. dicens. Aliqui dicuntur non habere vsum rationis dupliciter. Vno modo, quia debilem habent vsum rationis, sicut dicitur non videns, qui malè videt. Tales enim, quia possunt aliquam deuotionem concipere huius sacramenti, non est eis hoc sacramentum denegandum. Alio modo dicuntur aliqui non habere vsum rationis, quia sic à natiuitate permanserunt, & sic talibus non est hoc sacramentum tribuendum, cùm in eis nullo modo præcesserit huius sacramenti deuotio. Aut non semper caruerunt vsu rationis, & tunc si prius, quando erant suæ mentis compotes, apparuit in eis huius sacramenti deuotio, debet eis hoc sacramentum dari, nisi timeatur periculum vomitus. Quòd etsi ibi loquatur de infirmis, tamen in suo 4. dist. 9. dicit communionem non esse denegandam Dæmoniacis, nisi certum sit pro aliquo crimine à Diabolo torqueri.

Vbi vomitus verendus ibi non exhibenda Eucharistia.

Ex quibus patet, quòd si qui possidentur à Dæmone propter sua crimina, dummodo habeant lucida interualla, & vsum rationis, & postea conterantur de pec-

catis

catis suis, & dibitè confiteantur, tales cùm sint absoluti coram Deo, nullatenus sunt à communione diuinissimi sacramenti Eucharistiæ sequestrandi.

Debet ēt Exorcista exorcizare, & benedicere omnia illa, quæ ad vsum maleficiati, vel Dæmoniaci applicanda sunt, cuiusmodi sunt cibaria, potagia, vnctiones, & similia, & etiam illa quæ conferunt ad coniurationem Dæmonum existentium in corpore humano. Cibus & potus qui sumendus obsessis, est exorcisandus.

Deinde faciat diligentem inquisitionem per singulos Angulos, & in lectisternis, cultricis, sub limine ostij, & per omnia loca domus, si fortè instrumenta maleficij possent inueniri, & inuenta statim ad ignem projicienda sunt. Expediret etiam cuncta renouari in lectisternijs, & indumentis, habitationem quoq; & domum mutare, quia sæpè hoc confert ad liberationem obsessi. Instrumenta maleficij inquirenda apud obsessos. Habitationis mutatio curat obsessos.

DOCVMENTVM OCTAVVM.

Octauò cauendum est, ne Exorcista vtatur aliquibus nominibus ignotis, cum (secūdùm Diuū Chrysostomum) illa semper sint metuenda. Et quia in hac nostra Exorcismorum collectione, multa sunt nomina, quæ pusillis ignota sunt, & tamē sunt nomina Dei sanctissima, ideo ne eorum animus relinquatur perplexus, decreui hic inserere declarationem illorum, vt vnusquisque Exorcista securè, & sine dubio, cùm sibi placuerit, possit vti istis coniurationibus. Non ignotis nominibus exorcistæ vtendum. Explicatio nominum, quibus Exorcistæ vtendū.

Sciendum est ergo (secundùm Diuum Hieronymum in epistola ad Marcellam tomo 3. q̄ primum nomen Dei est, El, quod septuaginta interpretātur Deum fortem.

Eloym. Secundum & tertium est Eloym, & Eloa, quod & ipsum Deus dicitur.

Sabaot. Quartum est Sabaot, quod septuaginta virtutum Aquila exercituum transtulerunt.

Elion. Quintum est Elion, quod nos excelsum dicimus.

Esereheie. Sextum est Esereheie, quod in Exodo legitur, qui est, misit me.

Adonay. Septimum est Adonay, quod nos dominum generaliter appellamus.

Ya. Octauum est Ya, quod in Deo tantum ponitur, & in Alleluya extrema quoque syllaba sonat.

Nonum est Thetragramaton, quod Hebræi Iehoua, id est ineffabilem putauerunt.

Saday. Decimum est Saday, quod apud Hebræos pro Deo cœli est positum (secundum translationem Aquilæ) Nos autem robustum, & sufficientem ad omnia perpetranda possumus accipere. Hæc Diuus Hieronymus, vbi suprà.

Superstitiosa nomina Dei à S. Hieronymo posita. Sunt præter hæc, & alia quàplura nomina Dei ignota ibi posita, quæ ab aliquibus reijciuntur tanquam superstitiosa, & damnanda, quæ tamen si benè ponderentur ab illis, non ignorarentur esse nomina sancta, cuiusmodi sunt ista, Agios, Otheos, Ischiros, Athanatos. De quibus dicit Paulus Ghirlandus, tractatu de Sortilegijs, quòd sæpius illa abstulit è manibus Maleficorum, & dicit illa tantùm significare, quantum Deus Acharon, Deus immortalis: Et clarum est (inquit ipse) quòd hoc nomen Acharon est nomen Satanæ, siue Beelzebub.

ἅγιος. ὁ Θεὸς. ἰσχιρὸς. ἀθάνατος. Ghirlādi Tractatus de Sortilegijs. Acharon.

Quæ expositio quantum distet à veritate, patere potest

est per hoc, quòd Ecclesia sancta Catholica, & Romana in Parasceue, siue in die Veneris sancti vtitur illis ad impetrandum apud Deum veniam pro peccatis totius mundi, quæ, si essent verba vana, & superstitiosa, non solùm non vteretur illis, sed etiam ab illa damnarẽtur. Miror ergo tam probum, & prudentem, ac doctum virum, hanc rem minimè animaduertisse, cùm ista patent oculis omnium, & maximè fidelium

Sunt deinde ibi aliqua alia nomina non omnibus nota, sparsim posita, vt Sother, quod est nomen Græcum, & tantùm sonat, quantum apud nos Saluator, & apud Hebræos Iehoua, q est nomen apud eos ineffabile. σωτήρ. Iehoua.

Iehoua, est nomen magnum Dei, cuius interpretationem poteris videre in opere Galatini aduersus Hebræos. Et in libro vulgari R. P. F. Archangeli Putei, quem edidit de nomine Iesu. Galatinus aduersus Hebræos.

Agla, est nomen Hebraicum, & ponitur inter nomina magna Dei, & tantùm sonat apud Hebræos, quantum apud nos, tu es Deus potens in æternum (secundum ipsummet Galatinum libro secundo quem edidit de diuinis nominibus aduersus Hebræos. Archangelus Puteus de nomine Iesu.

Homousion est nomen Græcũ, & tantũ sonat, quantum consubstantialis, quod attribuitur Christo, qui est consubstantialis Patri, & Spiritui sancto. ὁμοούσιον.

Eheye est nomen Hebraicum, & significat simplicissimam essentiam diuinitatis Dei.) secundum ipsummet R. P. F. Archangelum Puteum.

De alijs autem nominibus Latinis ibi positis, cùm sint nomina extracta ex sacra scriptura, vel ex Docto-

ribus sanctis, nihil adiudicaui dicere, quia vnusquisque Exorcista per seipsum poterit reddere rationem illorum cuilibet sibi petenti, quòd sunt nomina Dei, aut matris eius, extracta à tali, vel tali loco.

DOCVMENTVM NONVM.

Schedulæ cõtinentes Nomina quædã Diuina appẽdendæ obsessis.

NOnò poterit Exorcista vti aliquibus schedulis continentibus aliqua nomina, & verba sancta, & illa applicare Energumenis ad tollendam vexationem.

Regulæ seruandæ in schedulis notatis appendendis.

Pro cuius declaratione est notandum, quod quinque dantur regulæ ad cognoscendum si breuia sint licita, vel superstitiosa. Prima regula est, quòd gloria Dei sit finis principalis, quẽ in omnibus quærere debemus, vt scilicet attendatur an opus sit ad gloriam Dei, & homo in illo opere Deo det principaliter gloriã, per ipsumq; opus mẽs hominis Deo subijciatur: secundum illud primæ Corint. 10 siue manducatis, siue bibitis, vel aliquid aliud faciatis, omnia ad Dei gloriam facite.

Secunda est, vt videatur an opus quod fit, quod scilicet pertinet ad aliquam abstinentiam corporalem, vel ad corporis exercitium, vtrum sit refrenatiuum concupiscentiæ, modo virtuti debito, secundũ ritum Ecclesiæ, vel secundum moralem doctrinam, secundum Apostolum ad Romanos 12, Rationabile sit obsequium vestrum.

Tertia, vt videatur, an opus sit secundum statum vniuersali Ecclesiæ, vel secundum scripturæ sacræ testimonium, vel saltem secundum particularis Ecclesiæ ritum, aut de consuetudine generali, quæ secundum Augustinum pro lege habenda est. De qua scribit beatus

Grego-

Gregorius Augustino Anglorum Episcopo, dicens. Sunt diuersæ Ecclesiæ consuetudines in Missarum celebratione, mihi (inquit) placet, vt siue in Romana, siue in Galliarũ, siue in quacunq; Ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, solicitè eligas. Et Diuus Thomas dicit. Ecclesiæ consuetudines in cultu diuino, in nullo veritati diuinæ repugnant.

Diuersæ Consuetudines Ecclesię in celebratione missæ.

Quarta, vt inspiciatur an opus adhibitum, per exitum, ad effectum qui expectatur, habeat naturalem proprietatem, vel non, de quo Physici, Medici, & Astrologi, inquantùm tales, multa iudicare possunt, & etiam Theologi.

Quinta est, vt consideretur, si opus est meritoriũ, vel non, si res quæ fit, præbeat occasionem alicuius scandali, vel an sit causa ruinæ proximi: quia tunc licet non esset superstitiosum, tamen ꝓpter scandalum esset dimittendum, vel differendum, vel occultè, & sine scandalo faciendum. Quicquid ergo vni ex præmissis est contrarium, timendum est, vt superstitiosum, vel peccatum.

Propter primam regulam illicitum est in nouo testamento exercere cerimonialia, vel iudicialia veteris testamenti, nisi de nouo instituta essent ab Ecclesia Catholica, & Romana.

Ceremonialia & iudicialia veteris testamenti, Romana Ecclesia potest de nouo instituere.

Propter idem, & propter regulam secundam, fatuè faciunt vouentes non pectinare caput sabbato, vel ieiunare die dominico, tanquam meliori die, & similia, nisi ex aliqua deuotione, puta ad honorem beatissimæ virginis Mariæ vouerent ieiunare die sabbati.

Votum de nõ pectinandis crinibus die sabbati.

Propter tertiam superstitiosè agunt, qui in ritibus ali-

alicuius Ecclesiæ particularis, vt in processionibus, & huiusmodi non conformant communitati, nisi aliunde excusentur.

Propter quartam, superstitiosè agunt, qui vtuntur characteribus, vel nominibus ignotis, vel suspectis, vel allegationum modis nihil cooperantibus naturaliter effectui qui expectatur, quia præfata de se naturaliter nullius actiuitatis sunt, cùm sint artificialia solùm.

De imaginibus & annulis Astronomicis.

Idem dicendum est de imaginibus per Astronomos factis, & annulis, ac lapidibus suis artificialibus. Similiter, qui credũt, quòd cœli, vel stellarum influentiæ aliquem necessitent ad aliquod vitium.

Propter quintam, si res scandalosa esset notabiliter, etiam benedictiones aliquæ, quæ à secularibus per verba deuota fiunt sine malis ritibus super infirmos non essent publicè faciendæ, ne detur occasio scandali.

Septem licitæ conditiones obseruandæ licito Exorcistæ.

Qui ergo infirmos exorcizare licitè cupit, vltra supradictas regulas septẽ alias conditiones obseruare debet, positas à Diuo Thoma secunda secundæ, quæst. 96. quibus extantibus, benedictio licita erit, quæ si modo adiuratorio fiat per virtutem diuini nominis, aut sanguinis Christi, aut alterius rei sacræ, dicentur eiusmodi verba liciti Exorcismi, & qui ista exercent, Exorcistæ dici possunt liciti.

Prima ergo cõditio est, vt videatur ne verba aliquid contineant, quod pertineat ad inuocationem Dæmonũ expressam, vel tacitam.

Ignota nomina fouent superstitionem.

Secunda verò conditio est, ne exorcismi ignota nomina complectantur, talia enim (secundum Chrysostomum)

num) metuēda sunt, ne ibi aliq̃d superstitionis lateat.

Tertia, ne materia verborum quicquam falsitatis contineat, sic enim effectus expectari à Deo nequiret, cùm ipse non poßit esse testis alicuius falsitatis: In quo delinquunt sæpe quædam vetulæ suis carminibus, fatua, nedum falsa complectentes.

Quarta, ne ibi adducantur vana, & characteres inscripti præter signum crucis.

Quinta, ne spes in modo scribendi, vel quauis eiusmodi vanitate nihil ad rem, aut diuinam reuerentiam faciente ponatur, aliâs omnino totum superstitiosum iudicatur.

Sexta, vt in citatione, & prolatione diuinorum verborũ, aut scripturæ sacræ, respectus solùm habeatur ad ipsa sacra verba, & eorum intellectum, habeatur & reuerentia ad Dei virtutem, à qua quis effectum præstolatur: vel ad sanctorum reliquias, à quibus secundariò aliquid expectatur, licet à Deo principaliter.

Septima, vt effectus expectatus diuinæ voluntati, ac beneplacito relinquatur, qui scit, quid plus, & quid minus postulanti concedendum sit. His igitur conditionibus obseruatis, licitum est exorcizare infirmos Energumenos, & appendere breuia ad collum eorum, vel illa secum deferre.

DOCVMENTVM DECIMVM.

Decimò Exorcista debet insistere circa astutias Dæmonum existentium in corporibus obseßis cognoscendas, & præcauendas, quæ etsi sint quasi infinitæ, tamen aliquas hìc enarrabo. De astutijs Dæmonum præcauendis.

Aduertendum est ergo, quòd communiter, vt in pluribus quantum potest Diabolus quærit latere, & se à loquendo, vel tremendo continere, ne scilicet deprehendatur ibi adesse: vel vt videatur fortis, & impauidus stare ante Sacerdotem, & consequenter Sacerdos minus speret victoriam contra illum. Si verò cogitur virtute diuinorum verborum tremere, cauet ne loquatur interius ad mentem obsessi. Quòd si interius loqui cogitur, cauet ne ipse per os loquatur obsessi. Et ideo Sacerdos obsessum moneat, vt sibi dicat, quicquid interius dixerit hostis, hostem verò frequenter adiuret, vt ad interrogata respondeat.

Dæmon interius mēti obsessi loquitur.

Vbi verò, & exterius fuerit loqui coactus, quærit quantum potest auertere mentem obsessi à verbis quæ leguntur, & similiter mentem suam, quærit quoq; attentionem, & deuotionem Sacerdotis perturbare, vel per verba leuia, vel per gemitus, vel per clamores, vel incitando astantes ad nugas, & similia. Et ideo Sacerdos, cognita malitia, conetur ad oppositum, & semper imperet hosti in virtute Dei, vt desistat ab hoc, vel ab illo, &c.

In mulieribus exorcisandis sacerdoti castè obseruanda.

Nonnunquam etiam, cùm mulier quæ exorcizatur, fuerit maximè iuuencula, fingit se ægrè ferre, quòd Sacerdos tangat vultū eius, ad hoc, vt vehemētius tangat, & inde mulieri ingerat voluptuosa phantasmata, & eadem ratione fingit se ægrè ferre, quòd sacerdos loquēdo, nimis approximet ori, vt vultum vultui magis approximet. Circa quòd expertus sum miranda. Et ideo sit Sacerdos & oculis, & manibus, & omnibus motibus pudicus,

dicus, & cautus, non solùm propter se, verùm etiam & propter obsessam, & tantò magis, quantò minus cognoscit eius cogitatis.

Nonnunquam etiam requisitus de nomine principalis, dicit nomen suum, nomina verò aliorum sociorum dicit se dicere non posse, quia Deus non vult, quia sunt nomina turpia, quòd licet interdum sit verum, frequenter tamen est falsum. Et ideo conetur Sacerdos habere veritatem per præceptum: Quod si nequit, iubeat principalem dare locum, & ad loquendum vocet alium, iubens vt suum nomen pandat, & ne hoc facere timeat superioris timore, præcipiat superiori, ne in hoc eum prohibeat.

Nomina sua Dæmones nō libenter prodant.

Quòd si nec sic potest habere veritatem, tunc ipse sacerdos imponat alijs spiritibus nomina irrisiua, puta dicendo, primus post principalem vocetur fachinus, secundus pistor, tertius cocus Acherontis, & huiusmodi.

Irrisiua nomina Dæmonib. à sacerdote imponenda.

Solent etiam, quando iam in Sacerdotem præualere nequeunt, aduocare in auxilium complices suos, siue quia ad eorum præsentiam vigorantur, sicut homo ad præsentiam amici, siue quia alio modo occulto adiuuantur. Contra hoc autem Sacerdos curet scire, quos in cœlo, vel in inferno habet magis inimicos, & sanctos quidem inuocare sæpius, Dæmones autem inimicos coniurare contra eum, amicos verò præcepto prohibere ne succurrant.

Dæmones cōtra Dæmones in auxilium vocandi.

Solent etiam libenter subtrahere se ab ore obsessi in quo loquebantur, & abscondere in corde, vel alijs partibus sub collo, sed Sacerdos quantum potest curet spi-

Spiritus qui in posteriori-bus vult latere, superius quomodo retinendus.

ritum superius retinere, ad quod faciendum, maximè valent ista verba. Ecce Crucem Domini, fugite partes aduersæ, cum signo Crucis super frontem, vel caput obsessi, & ille Psalmus. Vsquequò domine obliuisceris mei in finem: Et similiter præceptum factum, vt super aliquo respondeat, vnde per ista, etiam intermisso Exorcismo, est reuocandus ad superiora.

Diuersi tamen Dæmones diuersis verbis sacris magis affliguntur, & redduntur promptiores ad obediendum. Solent etiam exituri, aliqui eorum remanere, vt quasi tenentes possessionem, iterum reintroducant expulsos, sed Sacerdos sit cautus præcipiendo eis, vt secum ducant totam societatem suam damnatam.

Postquam verò exiuerint (secundum quod Saluator dicit) quærunt denuò intrare, & mirabiliter tentant liberatum, etiam de minimis, maximè circa honestatē: quia interdum etiam pro veniabilibus reingrediuntur.

Diæta seruanda liberato.

Et ideò persona liberata vigilet in silentio, & orationibus per multos menses, & frequentissimè communicet, saltem omni festo, & si est persona in matrimonio, inducat socium ad continentiam quantùm potest per aliquod tempus, quod si non potest, saltem ipsa non sit libidinis causa, alioquin suum liberatorem denuò faciet fatigari.

Dæmones nolunt videri obsedisse.

Solent etiam postquàm sunt egressi, persuadere quantum possunt, quòd persona liberata nunquam fuerit obsessa, vt scilicet sit Deo ingrata, regrediantur. Solent etiam egressi, quantùm possunt persuadere, ne credantur egressi, eadem ratione qua prius, & hoc per

aliquos

liquos effectus quos relinquunt, aut faciunt in corpo-e. Sed contra hoc Sacerdos lecturus Exorcismos, præci-iat eis in virtute Dei, ne ostendant se esse obsessores, si on sunt & liberatum moneat quantùm potest ad cre-endum se liberatum, & Deo gratias reddendas.

In coniuratione autem, vbi senserit serpentem sub anu sacrata cõtremiscere, mandet obsesso, vt quæcũq; iritus sibi dixerit, innotescat. Et vbi spiritus ceperit oqui in obsesso, incipiat illum interdum adiurare, de upradictis interrogando, vt videbitur ei, quærendo de omine, & socijs, & multò magis vbi loqui ceperit per s obsessi: etiam interdum intermissa lectione. Sta-im enim vt se spiritus aliquis manifestauerit, debet llum adiurando inquirere quis sit, & de socijs eius, & de causa ingressus, ac tempore, & quis eum debet xpellere, & qui sunt sui inimici in cælo, & qui in abys-o, & nomina eius, & sociorum, quæ habere poterit, cribere debet in schedulis, vt cùm in obediendo fuerint ertinaces, illa comburat igne benedicto. Nam Dæmoni unt ista grauissima: quia sunt ei in dedecus, & in re-ordationem Gehennæ.

Obsessus interrogandus de ijs, quæ clanculum Dæmon sibi dicat.

Dæmones singuli habent peculiares sanctos in cœlis sibi aduersarios.

Nomina Dæmonum scripta in scheda sunt igne benedicto comburenda.

Vbi verò Dæmon fuerit ista confessus, cùm sibi vide-itur, faciat illum ratificare confessa.

Caueat autem Sacerdos, ne sit leuis, & curiosus, aut uperfluus interrogator, ne Deus subtrahat illi obedien-iam Dæmonis.

Postquàm autem à Diabolo habuerit omnem con-essionẽ expetitam, semper adiuret illum, vt exeat post singulas coniurationes, semper interrogando an velit

exire.

exire. Cùm verò Dæmon ſe velle exire profitebitur, caueat Sacerdos ne illum licentiet ad exitum, niſi facto præcepto, quòd nullum ex ſocijs relinquat in obſeſſo, & quòd de cætero non regrediatur ad illum, & ſuper hoc exigat ab illo promiſſum. Nec tamen, cum hoc, vel aliud præceperit Sacerdos, ſtatim cedat, ſi Diabolus obedire recuſauerit, ſed verbis, præceptis, & adiurationibus iteratis & ſtimulis, & importunitate, ab eo exigat obedientiam. Super omnia verò ſemper conetur, vt Diabolus non habeat requiem, ſemper eum vrgēdo, vel lectione, vel præceptis: Nunquam verò ſecum veniat ad colloquium curioſum, quia interim Sacerdos perdit ſpiritum, & Diabolus reaſſumit vires.

DOCVMENTVM XI.

VNdecimò debet Exorciſta ſcire omnia pertinentia ad coniurationem: & primò quem modum tenet Diabolus intrando in humana corpora, debet cognoſcere ſi infirmus ſit maleficiatus, nec ne, & ſcire ſigna quibus aliquis cognoſcitur eſſe Dæmoniacus, & maleficiatus, & quæ ſigna apparent quando coniurat maleficiatum, & modum quem tenet Diabolus egrediendo de corporibus obſeſſis, & deniq; debet præcognoſcere malitias, & deceptiones, quibus vtuntur Dæmones ad decipiendum Exorciſtam, de quibus omnibus, vltra illa quæ dicta ſunt ſuprà, vide pulcherrimam inſtructionem in Sacerdotali.

Sacerdotale pro inſtructione Exorciſtæ.

DOCVMENTVM XII.

DVodecimò Exorciſta debet præcauere quantum poteſt, ne abſq; graui neceſſitate exerceat hoc officium

ficium adiurandi Dæmones in domibus priuatis, ne detur occasio scandali pusillis, sed debet exorciZare in Ecclesia vel in alio loco Deo dicato, vel alicui Sancto: tum quia in domibus priuatis (vt in pluribus) adsunt mulieres, quarum consortium debet summopere ab Exorcistis vitari, ne incidant in laqueum Diaboli, tum quia ibi fiunt multa turpia potius tacenda, quam hîc inserenda, tum etiam quia Ecclesia propriè est locus deputatus, vbi energumeni debent Exorcizari, & Dæmones adiurari, vt à corporibus obsessis recedant, quia ibi magis timent, & contremiscunt ad sacra Dei verba, quàm alibi: cùm sit domus orationis in qua habitat Deus, & vbi melius exaudiuntur orationes, & deprecationes nostræ, quàm alibi. In templis exorcisandi obsessi.

De tempore verò dico, quòd non datur tempus determinatum, ideo cùm charitas te cogerit, poteris omni tempore exorcisare. Expedit tamen Exorcistis exorcisare summo mane post missam, & quantò dies sanctiores fuerint, vt sunt festa Natiuitatis Christi, Resurrectionis, & Ascensionis eius, festum Penthecostes, & similia, festa beatæ virginis Mariæ, Apostolorum, ac aliarum solennitatum, vel vigiliæ, tantò amplius proficiet, caueas tamen ne absque aliqua præparatione incipias exorcizare: cùm Dæmones magis timeant orationes factas à deuoto, quàm à dissoluto Exorcista, vt suprà diximus documento primo. De tempore exorcisationis.

DOCVMENTVM XIII.

TERtiodecimò est sciẽdum, propter aliquos, qui consueuerunt admirari, videntes aliquos iustos homines

nes corporaliter vexari à spiritibus immundis, non in-
telligētes, quibus ex causis Deus benedictus id fieri per-
mittat, neq; considerantes illa præsupposita, quibus ho-
fieri potest, quæ sunt voluntas Dei permißiua, scientia
& potentia Dæmonum, & liberi arbitrij libertas, qui-
bus Dæmones admiranda possunt operari, quòd Dæmo-
nes possunt hominem inhabitare quantum ad corp-
(teste quotidiana experientia) Sed hoc magis pertine-
ad rationem pœnæ, quàm culpæ, secundum diuum Tho-
mam. Pœnæ autē corporales huius vitæ non consequun-
tur culpam: Sed quandoq; peccantibus non inferuntur
& inferuntur non peccantibus, secundum altitudinem
iudiciorum Dei, vt patet de cæco nato Ioan. nono. Isti
ergo sic obsessi à Dæmonibus consueuerunt vocari Ar-
reptitij.

De arreptitijs.

Quid autem sit hominem esse arreptitium, dico quòd
nihil aliud est, quàm hominem (Dei permissu) ita à Dæ-
mone poßideri, vt eius membris pro eius libito vtatur
interius & exterius: Quod equidem quinque modis fie-
ri potest, vt diximus in nostro Compendio, lib. 2. capit.
Et hoc quicunque ex causis euenisse legitur in genere,
quamquam ex alijs innumeris in specie esse poßit, de
quibus loquuti sumus ibidem, ideo hic supersedeamus,
remittendo lectorem ad supradictum Capitulum, vbi
etiam videbit quare Dæmones in obseßis corporibus, his

Cur hodie Dęmones in obsessis non loquantur Hebraicè, Græcè, vel Latinè.

nostris temporibus non loquantur Hebraicè, Græ-
cè, & Latinè, & multa alia
scitu digna.

DOCV-

DOCVMENTVM XIIII.

QVartodecimò est aduertendum, quòd multi obsessi à Dæmonibus inueniuntur, qui nunquam liberantur ab ipsis spiritibus immundis, sic Deo permittente, quod videntes aliqui homines admirantur, nescientes rationem huius facti: Ideo pro maiori declaratione est sciendum, quòd etsi hoc possit contingere sex causis in genere, est tamen vna septima, supra quam suspenditur iudicium nostrum. Cur quidā obsessi nunquam liberentur.

Nam quòd aliquis non liberetur, aut hoc est propter paruitatem fidei circumstantium, aut ipsum ægrotum offerentium, aut propter peccata vexationem substinentium, aut propter accommoda remedia adhibere negligentium, aut propter aliquod Exorcistæ in fide vitium, aut propter reuerentiam virtutum in alio existentium, aut propter purgationem, vel meritum patientium vexationem.

Prima igitur causa est circumstantium, vel offerentium fides exigua, de qua dicebat Pater illius lunatici, Matt.17. & Mar.9. Credo domine, adiuua incredulitatem meam: Et ad turbam circumstantem dicebat ibi Iesus Christus. O generatio incredula, & peruersa, quousque ero vobiscum? Incredulitas astantium.

Secunda, sunt peccata sustinentis vexationem, vnde idem Christus increpauit illum filium. Vbi dicit diuus Hieron. quòd ille propter sua peccata à Dæmone fuerat oppressus. Peccata afflictorum.

Tertia, est negligentia exhibentium remedia: Vnde nō fuerunt præsentes viri perfecti, vbi Ioan. Chrysost. dicit, Negligentia exorcisantiū.

dicit, quòd columnæ fidei. S. Petrus, Iacobus, & Ioannes non aderant, sicut Christi transfigurationi affuerant, nec aderant ibidem oratio, & ieiunium, sine quibus minimè curatur illud genus Dæmoniorum.

Quarta est aliquod Exorcistæ in fide vitium, vnde ibi Christus discipulis quærentibus cur spiritum nequiuissent eÿcere, respondit. Propter incredulitatem vestram, amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dicetis huic monti, transi hinc, transibit, & nihil impoßibile erit vobis: Vbi dicit Beatus Hilarius: Crediderunt quidem discipuli, sed nondum erant in fide perfecti. Nam cùm dominus in monte moram faceret cum aliÿs tribus, & illi cum turba residerent, quidam torpor eorum fidem relaxauerat.

Quinta est, vt notificetur virtus in altero ab Exorcista existens. Sic enim in vitis patrum legimus, obsessos, quos beatus Antonius non curarat, aliquando Paulum eius discipulum curasse.

Sexta est purgatio eorum, qui patiuntur vexationem, sæpè enim abolita culpa, pœna non aboletur ad expurganda priora delicta.

Commonitio obsessis non curandis facienda.

Qui ergo prædictis licitis remediÿs curari nequeunt, propter impedimenta supra narrata, ad patientiam, & tollerantiam commonendi sunt in remißionem suorum peccatorum, & ne ad illicita remedia cōtra Dei voluntatem recurrant, ne eis deteriora contingant: Sicut sæpè contingere consueuit his, qui non contenti licita remedia experiri, ad illicita recurrunt.

DOCV-

DOCVMENTVM XV.

QVintodecimò, & vltimò cauere debet Exorcista, ne tempore coniurationis solus cum sola permaneat, tam in Ecclesia, quàm etiam in loco priuato, etsi mulier quæ exorcizatur sit valde senex: Tum quia aliquando Dæmones corpora humana adeo agitant, quòd nisi adsint, qui vexatos teneant, maxima cum difficultate possunt exorcizari, tum quia inter ministrum, & vexatum posset oriri aliqua occasio scandali, tum etiam, quia, quando adsunt personæ deuotæ, orantes pro vexato, facilius Dæmones cedunt.

Sacerdos solus cum sola non relinquendus.

An autem Dæmoniaci sint publicè, vel priuatè exorcizandi in Ecclesia, id est, ianuis apertis, aut clausis, circa hoc videtur mihi, quòd tot sint sententiæ, quot capita. Attamen hoc vnum scio, quòd ordo Exorcistatus est unus ex septem sacris ordinibus Ecclesiæ, qui nihil in occulto operatur, sed omnia publicè peragit. Et quòd dominus noster Iesus Christus eiecit Dæmones è corporibus humanis turba præsente, vt patet ex Euangelica historia Matth. 17. Mar. 9. & Luc. 11.

An priuatim vel publice obsessi sint exorcisandi.

Ex quo facto elicitur, quòd officium exorcizandi potest, & forsitan deberet fieri publicè, propter bona spiritualia, quæ inde fidelibus proueniunt. Ibi enim malitia Dæmonis inspicitur, fides roboratur, Dei misericordia, & potestas manifestatur, & sæpe homines impœnitentes ad remedium sanctissimæ pœnitentiæ confugiunt, & lachrymabiliter deplorant sua facinora diu perpetrata, & multa alia bona inde proueniunt, quibus Deus benedictus vtitur ad gloriam suam, & vtilitatem nostram,

ſtram, quæ (vt videtur) non deberent impediri. Sed qui[a] hoc non eſt noſtrum definire: ideo relinquitur arbitri[o] ſuperiorum, quorum iudicio in tabilibus ſtandum eſt.

FLAGELLI DÆMONVM EXORCISMVS PRIMVS.

RVBRICA.

Præmittenda Exorcitationi.

EXorcizaturus igitur tu quicunque fueris, nulla leuitate ductus, sed sola necessitatis, vel charitatis causa, hanc rem disponas aſſumere arduam, & præmiſſa sacramentali confeſsione, & trium dierum ieiunio, teipſum corde humilias, & peccatorem reputans, nec in tua, ſed Dei potentia cōfidens, intrabis Eccleſiam vnà cum infirmo à Dæmone vexato, & ibi ante ſanctiſsimum ſacramentum corporis Chriſti, ſi adeſt, vel ſaltem ante altare genu flexus, indutus ſacris veſtibus pro tui ordinis qualitate, deuotè, attentè, conſtanter, & intrepidè faciens tibi ſignum crucis in fronte, in ore, & in pectore, dicas.

Nos cum prole pia benedicat virgo Maria.

SIgnum crucis ✠ ſit in fronte mea. Verba Chriſti ✠ ſint in ore meo. Arma Chriſti ✠ ſint in pectore meo. Per ſignum crucis ✠ de inimicis noſtris libera nos Deus noſter. Potentia Pa✠tris confirma me. Sapientia Fi✠lij doce me. Amore Spiritus ✠ ſancti illumina me. Benedicta ſit dies, & hora in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus natus eſt de virgine Maria. In nomine Pa✠tris & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen. Nos cum prole pia, benedicat virgo Maria.

Poſtea

Postea signa obsessum in fronte, in ore, & in pectore dicendo.

Potentia Pa✠tris conforta eum. Sapientia Fi✠lij doce eum. Amor Spiritus ✠ sancti illumina eum. Benedicta sit dies, & hora, in qua dominus noster Iesus Christus natus est de virgine Maria. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen. Postea dic. *Confiteor Deo omnipotenti.* totum & fac absolutionem super infirmum, & assistentes dicendo *Misereatur vestri, &c. Indulgentiam & absolutionem.* Deinde lege sequentia præcepta.

Præcipio vobis Dæmones, qui venistis in adiutorium istorum Dæmonum vexantium hanc creaturam Dei. N. ex parte sanctißimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & sub pœna immersionis in stagnum ignis, & sulphuris per manus inimicorum vestrorum, & sub pœna tradendi vos in potestatem inimicorum vestrorum, ac condemnandi vos in stagnum ignis, & sulphuris per annos mille, quatenus nullum adiutorium, vel fauorem detis illis Dæmonibus, qui vexant hoc corpus huius creaturæ Dei. N. sed discedatis statim, & eatis ad loca vobis deputata à Deo. Ecce crucem ✠ domini, fugite partes aduersæ, vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid. Præcipio vobis etiam Dæmones, qui vexatis hanc creaturam Dei. N. quòd exeuntes ab ea, dimittatis, & relinquatis eam liberam, & sanam, absque vlla læsione animæ, & corporis, vt poßit seruire Deo creatori suo. Etiam præcipio omnibus inimicis vestris, in nomine

Sub pœna excõicationis Dæmones eijciendi.

Ad annos mille possunt Dæmones in stagnum sulphuris damnari.

ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & filij, & Spiritus ſan-ctis vt cogant vos obedire mandatis, & præceptis meis. Et ſub eiſdem pœnis præcipio vobis, vt nihil dicatis, vel faciatis, quòd præſentibus, vel abſentibus diſpliceat, niſi quantum fuerit interrogatum à me. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Stola cum tribus nodis collo obſeſſi alliganda.

Poſtea ligando ſtolam ad collum obſeſſi cum tribus nodis, dic.

O *Vos omnes abominabiles, & rebelles Dei coniur[o] vos ſpiritus, adiuro, voco, conſtringo, euoco, conten-do, & conteſtor vbicunq; ſitis in homine iſto, per Pa ✠ trem, & Fi ✠ lium, & Spiritum ✠ ſanctum, [...] potentiſſimum nomen Dei Heloy forte, & admirabile, exorcizo te, & adiuro vos ſpiritus, ac impero vobis au-ctoritate, qua fungor, per virtutē Dei, & ſapientiſſimi creatoris, qui cuncta creauit, tenēs vos in ſua poteſtate, à qua fugere non poteſtis, vt in continenti verba coniu-rationis meæ intelligatis, & virtutem, & ſentiatis vos victos ex præcepto vobis facto, nūc ab iſta creatura Dei, & imagine Chriſti non audeatis recedere abſq; licentia mei præcepti, & ſic ſitis ligati, & incatenati, ſicut ſan-cti Dei ligauerūt Dæmones cū catenis, ita cum iſta ſtola iucunditatis ego vos ligo. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.*

Stola iucunditatis ligatur Sathan æquè ac catenis damnationis.

Deinde poſitis manibus ſuper caput vexati, dicas.

E*Xtinguatur in te. N. omnis virtus Diaboli per im-poſitionem manuum noſtrarum: imò per inuoca-tionem omnium ſanctorū, Archāgelorum, Angelorum,*

Patriar-

patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium simul Sanctorum. Amen.

Deinde dic sequentia verba, signando obsessum in fronte: Quod seruabis quotiescunque inueneris aliquam crucem: nisi aliter tibi assignatum fuerit.

Hel ✠ Heloym ✠ Heloa ✠ Eheye ✠ Thetragramaton ✠ Adonay ✠ Saday ✠ Sabaoth ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Alpha ✠ & Omega ✠ Primus & Nouissimus ✠ Principium, & Finis ✠ Agyos ✠ Yschiros ✠ Otheos ✠ Athanatos ✠ Agla ✠ Iehoua ✠ Homousion ✠ Ya ✠ Messias ✠ Esereheye ✠ Christus vincit ✠ Christus regnat ✠ Christus imperat ✠ Increatus Pater ✠ Increatus Filius ✠ Increatus ✠ Spiritus sanctus. ✠ Per signum crucis ✠ de inimicis nostris libera nos DEVS noster.

Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat.

Sacerdos dicturus aliquod infrascriptorum Euangeliorum, semper debet ponere manus suas super caput vexati.

Initium sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per il-

lum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. ℟. Laus tibi Christe. Deinde subiungat Exorcista. Per Euangelica dicta extinguatur in te. N. omnis virtus Diabolica, & infundatur virtus diuina. Amen.

Quod seruandum est in fine cuiuslibet Euangelij.

Credo in Deum. totum. Postea dic. Ecce crucem domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda radix Dauid.

Vicit Leo de tribu Iuda.

¶ Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsque modo non petijstis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Hæc in Prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora cùm iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de patre meo annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis,

[au]diſtis, quia à Deo exiui. Exiui à patre, & veni in mun[d]um, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. [D]icunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc palam loqueris, & [p]rouerbium nullum dicis, nunc ſcimus quia ſcis omnia, & non eſt opus tibi, vt quis te interroget. In hoc credi[m]us, quia à Deo exiſti.

Ecce crucem ✠ Domini noſtri Ieſu Chriſti, fugite partes aduerſæ: Vicit Leo de tribu Iuda, radix Da[u]id alleluia. Poſtea dicas Pſalmum *Miſerere mei [D]eus.* totum. *Ecce crucē ✠ Domini, &c.* Deinde dic

Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandū me feſtina. Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam. Auertantur retror[ſ]um, & erubeſcant, qui volunt mihi mala. Auertantur [ſ]tatim erubeſcentes, qui dicunt mihi, euge, euge. Exul[t]ent, & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicunt [ſ]emper, magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare [t]uum. Ego verò, egenus, & pauper ſum, Deus adiuua [m]e. Adiutor meus, & liberator meus es tu. Domine ne [m]oreris. Gloria patri, &c. Deinde. *Ne reminiſcaris [D]omine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neque [v]indictam ſumas de peccatis noſtris.*

Poſtea dic ſequentes Litanias genuflexus:

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
[C]hriſte audi nos.
[C]hriſte exaudi nos.
[P]ater de cœlis Deus. miſerere ei.
Fili redemptor mundi Deus. miſerere ei.
Spiritus ſancte Deus. miſerere ei.
Sancta Trinitas vnus Deus. miſerere ei.

Sancta Maria. ora pro eo.
Sancta Dei genetrix. ora.
Sancta virgo virginũ. ora.
Sancte Michaël. ora.
Sancte Gabriël. ora.
Sancte Raphaël. ora.
Omnes sancti Angeli, & Archangeli. orate.
Omnes sancti beatorũ spirituum ordines. orate,
Sancte Ioan. Baptista. ora.
Sancte Ioseph. ora.
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ. orate.
Sancte Petre. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andrea. ora.
Sancte Iacobe. ora.
Sancte Ioannes. ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Philippe. ora.
Sancte Iacobe. ora.
Sancte Bartholomæe. ora.
Sancte Matthæe. ora,
Sancte Simon. ora.
Sancte Thadæe. ora.
Sancte Matthia. ora.
Sancte Barnaba. ora.
Sancte Luca. ora.

Sancte Marce. ora.
Omnes sancti Apostoli, & Euangelistæ. orate.
Omnes sancti discipuli domini. orate.
Omnes sancti Innocentes. orate.
Sancte Stephane. ora.
Sancte Laurenti. ora.
Sancte Vincenti. ora.
Sancte Cypriane. ora.
Sancti Fabiane, & Sebastiane. orate.
Sancti Io. & Paule. ora.
Sancti Cosma, & Damiane. orate.
Sancti Geruasi, & Protasi. orate.
Oẽs sancti Martyres. orat.
Sancte Syluester. ora.
Sancte Gregori. ora.
Sancte Ambrosi. ora.
Sancte Augustine. ora.
Sancte Geminiane. ora.
Sancte Hieronyme. ora.
Sancte Martine. ora.
Sancte Nicolae. ora.
Sancte Ludouice. ora.
Sancte Bonauentura. ora.

Omnes

Omnes sancti Pontifices, & Confessores, orate.
Omnes sancti Doctores. orate.
Sancte Benedicte. ora.
Sancte Francisce. ora.
Sancte Dominice. ora.
Sancte Antoni. ora.
Sancte Bernardine. ora.
Sancte Bernarde. ora.
Omnes sancti Sacerdotes, & Leuitæ. ora.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ. orate.
Sancta Anna. ora.
Sancta Maria Magdalena. ora.
Sancta Agnes. ora.
Sancta Lucia. ora.
Sancta Cecilia. ora.
Sancta Agatha. ora.
Sancta Catharina. ora.
Sancta Clara. ora.
Sancta Helisabeth. ora.
Sancta Anastasia. ora.
Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ. orate.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei intercedite pro eo.

Propitius esto parce ei Domine.
Propitius esto exaudi nos Domine.
Ab omni malo libera eum Domine.
Ab omni peccato. lib.
Ab ira tua.
A subitanea, & improuisa morte.
Ab insidijs Diaboli. lib.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate. lib.
A Spiritu fornic. lib.
A fulgure, & tempestate. lib.
A morte perpetua. lib.
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ. lib.
Per Aduentum tuum. lib.
Per natiuitatem tuā. lib.
Per Baptismū, & Sanctū ieiunium tuum. lib.
Per Crucem, & Passionem tuam. lib.
Per mortem, & sepulturam tuam. lib.
Per sanctam Resurrectionem tuam. lib.

Per admirabilem Aſcenſionem tuam. *lib.*
Per aduentũ Spiritus ſancti Paracliti. *lib.*
In die iudicij. *lib.*
Peccatores. *te rog.*
Vt pacem ei dones. *te rog.*
Vt miſericordia, & pietas tua eũ cuſtodiat. *te rog.*
Vt oculos miſericordiæ tuæ ſuper eum reducere digneris. *te rog.*
Vt tribulationem, & vexationem eius intueri, & releuare dig. *te rog.*
Vt hunc famulum tuum. N. benedicere, & liberare digneris. *te rog.*
Vt hunc famulum tuum. N. à vexatione Diaboli eripere digneris. *te rog.*
Vt hunc famulum tuum. N. ab infeſtationibus Dæmonũ liberes. *te ro.*
Vt nos exaudire digneris. *te rog.*
Filij Dei. *te rog,*
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. *parce ei Domine.*
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. *exaudi nos Domine.*
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. *miſerere nobis.*

Ecce crucẽ ✝ *Domini, &c.* Et ſequatur iſta Oratio.

D*Omine Ieſu Chriſte, qui pro redemptione mundi voluiſti à Iudæis reprobari, à Iuda proditore oſculo tradi, & à perfidis omnibus vinculis alligari, & ſicut agnus manſuetus ad victimam duci, atq; in conſpectu Pilati indecenter offerri, & à falſis teſtibus accuſari, clauis acutis perforari, flagellis, & opprobrijs vexari, conſpui, & ſpinis coronari, colaphis cædi, & in cruce leuari, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, lancea vulnerari. Tu Domine Ieſu Chriſte, per has ſanctiſsimas pœnas tuas, quas ego indignus,*

& miser peccator recolo, & per sanctam crucem tuam te deprecor, vt non respicias peccata mea, atque peccata filius creaturæ tuæ. N. sed secundum magnam misericordiam tuam libera eam à Diabolo vexante. Et mihi indigno famulo tuo præbe virtutem, vt valeam expellere omnes Dæmones eam vexantes in profundum abyssi, per tua sanctißima verba. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Ecce crucem ✠ domini, &c. Crux bona, Crux digna, lignum super omnia ligna. Per crucis ✠ hoc signum repelletur omne malignum. Ne mentem lædant, phantasmata cuncta recedant. Ecce crucem ✠ domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda radix Dauid.

Per crucis signum repellitur omne malignum. Nec mentem lædunt, phantasmata cuncta recedunt.

Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ. Esto mihi domine turris fortitudinis, à facie omnium malignorum Spirituum. Pone eos domine vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.

Oratio.

Domine DEVS omnipotens, inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij rex, & semper magnificus triumphator, qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui hostiles nequitias potenter expugnas, qui omnia per tuum verbum ex nihilo condidisti, qui Luciferum, & suos sequaces, tanquam superbos, & rebelles de cœlo Empyræo expulisti, qui in filio tuo ima summis reconciliasti, qui non vis mortem peccatoris, nec lætaris in perditione morientium, cui, propri-

Lucifer ex cœlo Empyræo expulsus.
In Filio Pater ima summis reconciliauit.

proprium est misereri semper, & parcere, miserere huic creatura tua. N. *non ad eius peccata, sed ad tuam benignam clementiam aspiciendo, & libera eam ab omnibus laqueis malignorum spirituum, quibus quotidie alligatur, & ab omni infestatione, & molestia ipsorum, quibus torquetur, sicut tu liberasti Mariam Magdalenam à septem spiritibus immundis, & filiam Cananee à vexatione Dæmonis, sic ipsum.* N. *nunc liberare digneris ab omnibus malignis spiritibus eum infestantibus. Et sicut liberasti Ionam de ventre ceti, & Susannam de falso crimine, & Dauid de gladio maligno, & de manibus Saul, & tres pueros de camino ignis ardẽtis, & Danielem de lacu leonum, & Isaac de manu patris sui, & Ioseph de carcere Pharaonis, ita nunc tua clementia liberare digneris hanc creaturam tuam* N. *sanguine filij tui redemptam, & vnda baptismatis regeneratã, ab omni vexatione malorum spirituum & Diabolorum. Et sicut dedisti Apostolis tuis potestatem, super malignos spiritus, & virtutes eorum, ipsosq; fugandi à corporibus hominum, & curandi infirmos, ita nunc mihi indigno famulo tuo, vnda baptismatis regenerato, & tuo sanctißimo nomine consignato, concedere digneris dono tuæ gratia, virtutem fugandi istos malignos spiritus ab hac creatura tua.* N. *virtute tua, & inuocatione tui sanctißimi nõis. Per Christum dominum nostrum. Amen. Ecce crucem* ✠ *domini, &c.*

In filio pater ima summis reconciliauit.

Oratio.

O*Mnipotens sempiterne Deus, pater domini nostri Iesu Christi, te supplices exoramus, vt imperes spi-* ritibus

[...]itibus istis, qui hunc famulum tuum. N. detinent, vt ab [...] recedant, & libera eum, quia credit in verum libera[...]rem dominum nostrum Iesum Christum filium tu[...]m, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus san[...]cti Deus per omnia secula seculorum. Amen. Ecce cru[...]em ✠ domini, &c.

Hic Sacerdos surgat ab oratione, & antequam incipiat adiurare Dæmones, prius debet exorcizare obsessum hoc modo.

EXORCISMVS.

EXorcizo te. N. in nomine Dei Pa✠tris, omnipotentis, & in nomine Iesu ✠ Christi filij eius do[...]ini nostri, & in virtute Spiritus ✠ sancti, vt fias vas [...]undum, sanctum, & purgatum ab omni labe iniqui[...]atis, & ab omnibus maleficijs, incantationibus, liga[...]ionibus, signaturis, & facturis, quæ omnia maleficia, [...]cantationes, ligaturas, signaturas, & facturas in cor[...]re, vel circa corpus tuum sunt facta, Ego. N. seruus [...]ei indignus, & peccator auctoritate mihi præstita, in [...]omine eiusdem Dei Pa✠tris omnipotentis, & in no[...]ine Iesu ✠ Christi filij eius domini nostri, & in vir[...]te Spiritus ✠ sancti dissoluo, & dissoluta esse concer[...], & præcipio tibi maledicte Diabole, ac socijs tuis, vt [...]mplius non habeatis potestatem manendi in hoc cor[...]re, à planta pedis vsque ad verticem, sed statim rece[...]re debeatis, cum omnibus maleficijs, & incantationibus vestris. Per eum qui venturus est iudicare viuos, [...] mortuos & seculum per ignem. Amen.

Oratio.

Oratio.

DEus misericordiæ, Deus clemẽs, qui secũdum mul-titudinẽ miserationum tuarum, quos diligis, cor-ripis, & quos recipis, piè ad emendationem coerces, t[e] inuocamus Domine, vt famulo tuo. N. qui in corpore pa-titur membrorum debilitatem, gratiam tuam confer-re digneris, vt quicquid terrena fragilitate corruptum, quicquid Diabolica fraude violatum est, vnitati corpo-ris Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere domine gemituum, miserere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam nisi in misericordia tua, ad tua sa-cramentum reconciliationis admitte. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta super obsessum.

EXORCISMVS.

EXorcizo te. N. infirmum, sed sacrosancti baptisma-tis vnda regeneratum, per Deum viuum ✠ per De-um verum, ✠ per Deum sanctum, ✠ per Deum, qui te suo præcioso sanguine redemit, vt fias homo exorciza-tus, vt effugiat, atque discedat à te omnis phantasia, & nequitia Diabolicæ fraudis omnisq; spiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, &c.

Oratio.

DEus, qui facturæ tuæ semper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, & famulum tuum. N. ex aduersa valetudine corporis la-borantem placatus respice, & visita, & salutis tuæ, & cæ-

& cœlestis gratiæ præsta ei medicinam. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Et aspergatur aqua benedicta super obsessum. Postea cum magna fide, & spe incipiat Exorcista adiurare Dæmones existentes in corpore obsesso dicens.

ADIVRATIO.

AVdi immunde spiritus Diabole, admoneo te, & Exorcizo ✠ te, atque tibi præcipio tentator, vane, insensate, false, hæretice, vacue, inimice, ebriose, susurro, insipiens, deiecte de gratia Dei, & Christi. Per ipsum te Exorcizo, ✠ qui propter nos in terram descendit, & qui ab Angelo fuit nominatus, & à Spiritu sancto incarnatus, ex Virgine Maria natus, & creuit ætate, & sapientia, in duodecimo anno venit in templum, & sedens in medio Doctorum, sapienter interrogabat illos. Adiuro te ✠ per illum, qui à Ioanne Baptista in Iordano flumine baptizatus fuit, & à Diabolo tentatus, venundatus, & traditus à discipulo suo Iuda, captus, illusus, flagellatus, cibatus felle, potatus aceto, vinctus, & spinis coronatus, vestibus expoliatus, super cuius vestes sortem miserunt. Coniuro te ✠ per illum, qui crucifixus, mortuus, & sepultus fuit, & tertia die resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Dei Patris, inde venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem, vt statim exeas, & fugias de vase isto, & plasmate Dei, & nec me, neq; astantes offendas, & sine læsione ipsius. Exorcizo te ✠ per ipsum, quem

Diabolus Hæreticus, vacuus ebriosus. Sathan susurro.

quem Gabriel Angelus nunciauit in vtero beatæ Mariæ Virginis venturum, & in vtero Helisabeth Ioannes salutauit, & per ipsum te coniuro, vt de quacunque re te interrogauero, dicas, & indices mihi verum, quomodo vocatur magister tuus, & quomodo vocaris, & si in corpore isto es, vel extra corpus, aut si solus es, vel legio tecum, vel plures legiones.

Magister Diabolorum nomen & eius subditorum numerus inquirendus.

Hic Exorcista interrogare poterit quod est nomen Dæmonis obsidentis: quot socios habeat, quomodo vocetur magister eius, sub qua potestate Dæmonũ sit, qua de causa opprimit obsessum, si aliquo maleficio sit ibi ligatus, quomodo illud possit solui, quantum tempus ibi habitauit, per quem Sanctum debet exire, per quam personam, deinde qui magis sint sui inimici in cœlo, & qui in inferno, quod signum dabit in exito suo. Postea pręcipe illi, vt non noceat patienti, & quòd de cætero non audeat reuerti ad eum, neque inducat malum tempus.

Quærendus obsidens Dæmon per quẽ Sanctum debeat exire.

Sed esto prudens, & circumspectus in interrogationibus ne decipiaris. Magis enim stude cum humilitate mentis, quæ ad hoc est necessaria, liberare creaturam Dei, quàm loqui cum Dæmonibus. Demum factis interrogationibus si non recesserit, siue responderit, siue non, prosequere hanc coniurationem.

Interrogãdus Dæmon quod signum ipsius exitus sit futurum.

CONIVRATIO.

TV ergo homicida, reprobe, fili perditionis, per ipsum te ✠ coniuro, cuius signum apparuit in cœlo, quem Pastores viderunt, & Magi adorauerunt, que

Ang

ngeli, & Archangeli collaudant, vt statim exeas de
asciisto, & plasmate Christi, & pergas in profundum
naris, vel in arbores steriles, vel ad loca deserta vbi non
st habitatio Christianorum, vel accessus hominum, &
bi te incendant fulgura de cœlo. Sancta Trinitas,
ater, Filius, & Spiritus sanctus vera Maiestas DEI
perceat te statim exire. Adiuro te ✠ inique Dæmon,
er ipsum, cuius nomen est IESVS Nazarenus, vt
ras exeas audito verbo Domini ab hoc famulo DEI.
er ipsum te coniuro, ✠ cuius ortum sancti Angeli col-
udantes cantauerunt dicentes. Gloria in excelsis Deo.
agi ab Oriente venientes, aurum, thus, & mirrham
fferentes adorauerunt, sicut prædictum erat. Con-
ro te ✠ per ipsum, in cuius ortu stella de cœlo appa-
uit, sicut Balaam prophetizauit dicens. Orietur stella
 Iacob. Et per ipsum quem animalia muta cognoue-
unt, sicut scriptum est. Cognouit bos possessorem su-
m, & asinus præsepe Domini sui. Coniuro te ✠ per
sum quem Herodes interficere voluit, & non potuit,
o quo Sancti Martyres Innocentes interfecti sunt,
 quorum sanguine ornata est sancta Hierusalem in
la. Per illum te adiuro, ✠ qui cum matre sua in
Egyptum fugit, & qui in Cana Galileæ aquam con-
rtit in vinum, quem Pilatus spinea corona coronauit,
 crucifixit, quem Longinus lancea transfixit, & qui
 cruce clamauit. Hely Hely Lamazabatani. Coniuro
✠ per ipsum, qui in templo inuentus est in medio do-
rum, in cruce in medio latronum, & in medio aëris,
 post resurrectionem stetit in medio discipulorum di-
cens,

Dæmon ligandus in locum, vbi ipsum fulgura de cœlo incendant.

Per stellam ortam ex Iacob.

Geuta cognouerunt Christum.

Sanguine Martyrum ornatur cœlum.

S. Longinus transfixit Christum.

cens. Pax vobis, ego sum, nolite timere. Adiuro te ✠ p[er] ipsum, qui mortuus fuit, & sepultus, qui ad infe[rn]... descendit, & suos à Diabolo detentos extraxit, & pri[mum] hominem Adam liberauit, & tertia die resurre[xit], & post quadraginta dies ad cœlos ascendit. Ipse t[e] eijciat, & exire coerceat de corpore, & de compagini[bus] membrorum istius creaturæ Dei N. qui te eiecit d[e] statu cœli, ille te coerceat indicare mihi nomen magi[stri] tui, & si tu es solus, vel aliqua legio tecum. Adiur[o] te ✠ per illum, qui condidit paradisum, à quo excus[si] quatuor flumina, scilicet Gyon, Physon, Tigrin, & Eu[phraten]. & quem tentare voluisti dicendo. Si filius D[ei] es dic, vt lapides isti panes fiant, & iterum Si filius D[ei] es mitte te deorsum, & ostendendo ei omnia regna m[un]di dixisti, Hæc omnia tibi dabo, si cadẽs adoraueris m[e]. Per ipsum te ✠ coniuro, qui locutus est ad te dicen[s] Vade Sathana, non tentabis dominum Deum tuu[m] sed ipsum adorabis, & illi soli seruies.

CONIVRATIO.

O Inique Dæmon, & serpens antique, coniuro te per nomen Dei sanctissimum, magnum, & forti[s]simum, quod explicare nequeunt omnes linguæ viue[n]tium, nec mens, nec sensus hominum, quod est Thetra[gramaton]. Aduiuro te ✠ Dæmon per nomen Dei Alph[a] & Omega, Iesu nostra redemptio, vita, & resurrect[io], salus nostra, defensio, & criminum remissio. Adiu[ro] te ✠ Dæmon per nomen Dei Adonay, quod est m[a]gnum, & admirabile, creator ineffabilis, filius Dei a[d]mirabilis, via infatigabilis, spiritus inuisibilis? splen[dor]...

Thetragramaton.

Christus via infatigabilis. S. Spiritus splendor inextinguibilis.

...or inextinguibilis, trinus inseparabilis, vnus inuisibilis, ...t per hæc sancta nomina tu Dæmon exeas foras statim absque vlla offensione, & terrore plasmatis Dei, & sine ...sione alicuius personæ, & nullum signum in ea dimit-...as. Adiuro te ✠ Dæmon per Patrem, Filium, & Spiri-...um sanctum, & per spiritualem vnctionem illius, qui ...t trinus, & vnus Deus. Iterum coniuro te ✠ per illam, ...ua Christum lactauit, & in suo vtero portauit illam, ...ui fecit eam, vt in hac creatura Dei. N. vlterius morā ...non habeas potestatem. Coniuro te ✠ Dæmon per ...nctum Michaelem Archangelum, qui te de cœlo eie-...t per virtutem Dei, quando cum dracone pugnauit, ...deuicit eum, vt dimittas hunc locum in quo nunc es, ...vadas ad locum desertum, vel in profundum Abyssi, ...i nemini nocere valeas. Coniuro te ✠ Dæmon per ...nctum Gabrielem Archangelum, qui nunciauit Bea-... Mariæ Virgini aduentum domini nostri Iesu Chri-..., & incarnationem eius quando dixit. Aue Maria, ...tia plena, dominus tecū, benedicta tu in mulieribus, ...audito verbo festinanter recedas sine terrore alicuius ...sonæ ab hac creatura Dei. N. Coniuro te ✠ Dæmon ...sanctum Raphaelē, qui Thobiam, & Saram custo-...uit, & à Dæmonio eos liberauit, qui per virtutem Dei ...modæum Dæmonem taliter ligauit, quòd nullo modò ...nocere potuit, vt statim ab hac creatura Dei. N. re-...las, non rediturus, & ei nequaquam deinceps nocere ...leas. Coniuro te ✠ Dæmon per omnes sanctos Ange-..., & Archangelos, Thronos, Dominationes, Princi-...us, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin,

Coniuratio per S. Mariam & S. Annam.

qui quotidie nō cessant clamare, vna voce dicentes, San-
ctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus Sebaoth.

CONIVRATIO.

ITerum coniuro te ✠ maledicte Dæmon per omnes o-
rationes Patriacharũ, & merita Prophetarum, &
suffragia Apostolorum & victoriam Martyrum, & per
fidem confessorum, & deprecationes Virginum, & per
intercessionem omnium sanctorum, & sanctarum Dei,
qui Deo placuerunt ab initio mundi, vt statim ab ha
creatura Dei. N. exeas, & recedas. Iterũ coniuro te ✠

Coniuratio per Abel Enoch & Noa.

Dæmon, per Sanctum Abel qui inter Martyres fuit pri-
mus. Per sanctum Enoch, qui ambulauit coram Deo, &
translatus est de mundo. Et per sanctum Noe, qui reser-
uatus est in diluuio propter iustitiam. Per fidem Abra-
hæ, qui primus credidit Deo, & cui reputata est fides a
iustitiam. Per sanctum Isaac, qui fuit obediens patri v
que ad mortem, qui fuit figura domini nostri Iesu Chri
sti oblati pro salute mundi. Et per fœlicem Iacob, qui vi
dit Angelum domini venientem in adiutorium sibi. Ite

Coniuratio per Moysen & Dauid.

rum coniuro te ✠ Dæmon per Sanctum Moysen, cum
quo locutus est dominus facie ad faciem. Et per Sancto
Prophetas Amos, Michæam, Oseam, Iohelem, Abdiam
Abacuch, Ionam, Sophoniam, Ageum, Zachariam, Ma
lachiam, Esdram, Ieremiam, Isaiam, Ezechielem, Da

Coniuratur Sathan vt veritatem dicat.

uid & per omnes sanctos alios Prophetas te coniuro, ✠
vt de quacunq; re te interrogauero, mihi puram veri
tatem dicas sine mora, & quicquid præcipiam, nullo
modo recusare valeas. Coniuro te ✠ per Michæam Pro
phetam, qui dixit, quòd dominus debebat nasci in Beth

lebem

lehem terra Iuda prophetizando hoc modo. Et tu Bethlehem terra Iuda non eris minima ex principibus Iuda, ex te enim egredietur dominator Israel, egressus enim eius ab initio, & à diebus æternitatis, Coniuro te ✠ per sanctum Iobelem Prophetam, qui prædixit debere obscurari solem, lunam in passione, & morte Christi dicens. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Iterum coniuro te ✠ per fœlicem Iacob, qui prophetauit de morte Christi dicens. In concilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum. Coniuro te ✠ per sanctum Zachariam prophetam, qui prophetauit de tentatione Christi dicens. Vidi Iesum sacerdotem magnum & Sathan stabat à dextris eius, & dixit. Increpet in te dominus Diabole, qui elegit Hierusalem. Coniuro te ✠ per sanctum Dauid Prophetam, qui dixit, quòd Christus prodendus erat à discipulo suo Iuda hoc modo. Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Iterum coniuro te ✠ per sanctum Zachariam, qui prophetauit, quòd Christus erat vendendus dicens. Et acceperũt triginta argenteos, preciũ appretiati, quẽ appretiauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrũ figuli. Coniuro te ✠ Dæmon per beatum Isaiam prophetam, qui prophetauit, quòd Christus erat venturus dicens. Veni domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ Israel. Et iterum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Iterum coniuro te ✠ per beatum Esaiam, qui prophetauit dicens.

Patriarchæ Iacobi protestatio quod nolit esse ex Iudæis crucifigentibus Christum.

Prophetia Zachariæ de tentatione Christi.

 cens.

cens. Veniet rex tuus Syon humilis, & restaurabit te. Coniuro te ✠ per sanctum Abacuch prophetam, qui per Angelum domini deportatus fuit de regno ad regnum vsque Babylonem, & positus fuit super lacum leonum vbi erat Daniel. Iterum coniuro te ✠ per sanctum Ionam prophetam, qui per tres dies in ventre ceti mansit viuus, et postea in Niniue Ciuitate magna permansit, et prædicauit. Iterum coniuro te ✠ per beatum Heliam Prophetam, qui leuatus fuit in curru igneo vsque ad cœlũ, qui orauit vt non plueret super terram per annos tres, et menses sex, et iterum orauit vt plueret, et pluit, et terra dedit fructum suum. Iterum coniuro te ✠ per sanctum Dauid prophetam, quem Deus Regem elegit, et de post fœtantes accepit eum. Iterum coniuro te ✠ per electum Danielẽ, qui somnia Regis explicauit, & Bel interfecit, & de lacu leonum liberatus est. Coniuro te ✠ per sanctum Malachiam prophetam, qui prophetauit de aduentu Christi ad iudicium hoc modo. Ego accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniant mercedem mercenarij, & humiliant viduam, & populos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, & tu maledicte damnate ex illis es. Coniuro te ✠ per tres pueros de camino ignis ardẽtis liberatos, scilicet, Sidrac, Misac et Abdenago. Et per sanctũ Iohannẽ Baptistam, quo nemo maior inter natos mulierum surrexit. Coniuro te ✠ per duodecim Apostolos domini nostri Iesu Christi. Et per omnes sanctos suos discipulos. Et per Beatũ Petrũ principem Apostolorum, vt de hoc famulo Dei. N. statim

exi-

xire debeas, & omnia membra sui corporis sana dimit-
ss, sicut inuenisti quando prius in eum intrasti, & de
uacunque re interrogatus fueris per me, statim verita-
em dicere: festines sine aliqua dubitatione, & te mani-
festare mihi in omnibus interrogationibus, deinde per
erita sanctorum, & sanctarum Dei ad præceptum
eum ab hoc famulo Dei penitus, & sine mora recedas,
ullum ei dolorem inferendo, nec aliquod nocumentum
faciendo, nec alicui personæ, sed sine terrore vadas
profundum abyssi non rediturus vsque in diem iudicij,
men. Ecce crucem ✠ Domini, fugite partes aduersæ,
icit leo de tribu Iuda, radix Dauid.

lic interroga de exitu, sicut suprà dictum est, postea sequere hoc modo.

ADiuro te ✠ serpens antique per iudicem viuorum,
& mortuorum, per factorem mundi, per eum qui
abet potestatem mittere te in gehennam, vt ab hoc fa-
ulo Dei. N. qui ad Ecclesiæ suæ currit præsidium festi-
s discedas. Adiuro te ✠ non per meam infirmitatem,
d per virtutem spiritus sancti, vt exeas ab hoc famulo
ei. N. quē dominus noster Iesus Christus fecit ad ima-
nem, & similitudinem suam, Cede, cede non mihi sed
inistro Christi. Illius enim te vrgeat potestas. ✠ qui
(affixus cruci) suo subiugauit imperio. Illius bra-
ium ✠ contremisce, qui de cunctis gemitibus inferni
imas iustorum ad lucem perduxit. Sitque tibi terror Satanæ sit terror corpus hominis.
rpus hominis, sitque tibi terror imago Dei, nec resi-
as, nec moreris discedere ab homine isto, quia compla-
it Deo, vt in homine habitaret. Et ne me infirmissi-

num contemnendum putes, dum me peccatorem esse cognoscis. Imperat tibi Deus. ✠ Imperat tibi maiestas Christi. ✠ Imperat tibi Deus Pater. ✠ Imperat tibi Filius. ✠ Imperat tibi Spiritus sanctus. ✠ Imperat tibi fides Apostolorum Petri & Pauli, & cæterorum Apostolorum. ✠ Imperat tibi sanguis Martyrum. ✠ Imperat tibi sacramentum cru✠cis. Imperat tibi mysteriorum virtus. ✠ Imperat tibi Iesus Nazarenus. ✠ Imperat tibi verbũ caro factum. ✠ Exi ergo transgressor, exi seductor, plene omni dolo, & fallacia, veritatis inimice. Da locũ durissime, da locum impijssime, da locum Christo, in quo nihil inuenisti de operibus tuis nefandis, qui te expoliauit, qui regnũ tuum destruxit, qui te victum ligauit, & vasa tua dirupit, qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi tibi cum ministris tuis erit præparatus interitus. Sed quid truculente, recogitas? quid temerarie retractas? Reus omnipotẽti Deo, cuius statuta transgressus es. Reus Iesu Christo filio eius, quem temerarie ausus es tentare, & crucifigere præsumpsisti. Reus humano generi, cui tuis persuasionibus, mortis fructum propinasti. Adiuro te ✠ itaque draco nequissime in nomine agni immaculati, qui ambulat super aspidem, & basiliscum, qui conculcat leonem, & draconẽ, vt discedas ab homine isto, discedas ab Ecclesia Dei, contremisce, & fuge, inuocato nomine illius, quem inferi tremunt, cui virtutes cœlorum, & potestates subiectæ sunt: quem Cherubin, & Seraphin indefessis vocibus laudant dicẽtes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sebaoth. Imperat tibi Iesus Nazarenus, qui te, cum discipulos eius

Misteriorum virtus imperat Diabolo.

Diabolus est propinator fructus mortis.

ius contemneres, elisum, & prostratum exire iussit ex omine, quo præsente, cùm te ab homine separasset, nec orcorum gregem præsumebas contingere. Recede ergo *unc adiuratus in nomine eius ✠ ab homine isto, quem pse plasmauit.* Durum est *tibi Christo velle resistere, urum est tibi contra stimulum calcitrare, quia quanò tardius exis, tātò maius tibi supplicium crescit, quia on hominem contemnis, sed illum qui est dominator iuorum, & mortuorum. Qui venturus est iudicare vios & mortuos, & seculum per ignem, Amen.*

Dæmon quò tardius exit, eò plus eius supplicium crescit.

CONIVRATIO.

Terum, atq; iterum coniuro te ✠ Dæmon per illum, qui dedit potestatem discipulis suis, vt cæcos illuminaent, leprosos mundarent: mortuos suscitarent, & omes infirmitates curarent. Per *illum te coniuro, ✠ qui rimum hominem per lignum sanctæ crucis restaurait, qui cæco nato oculos aperuit: qui* Lazarū *mortuum & sepultum suscitauit quatriduanum, & ad superna euocauit, & omnes morbos sua virtute curauit: qui xaminauit magica figmenta* Iannes, *&* Mambres. *Et er hunc* Exorcismum, *& per omnes alias coniurationes, & omnia sancta verba, & officia, quæ celebrantur er vniuersum orbem, per hæc omnia præcipio tibi vbiunq; sis, vel fueris, vt statim sicut fumus vanescas, & adas ad desertum locum, vel in profundum abyssi, ita uòd nunquam alicui noceas, non rediturus. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti, Amen.*

Explicit primus Exorcismus.

EXORCISMVS SECVNDVS.

Aduersus Dæmones obsidentes corpora humana.



IN nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & spiritus ✠ sancti, Amen. Exurgat Deus, *& dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant oēs Dæmones à facie nostra.*

Hic Exorcista ostendat crucem Dæmoniaco, & dicat.

ECce crucem ✠ Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, quia Christus vult vos persequi Increatus Pater ✠ Increatus Filius ✠ Increatus Spiritus sanctus ✠ vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Salue crux sancta, qua dātur munera tanta Fac tua me velle, quæ sunt nobis noxia pelle. Da mihi virtutem veniam, pacemq́; salutem. Spes mihi viuenti, protectio sis morienti. Ecce crucem ✠ Domini nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, quia Christus vult vos persequi. Per crucis ✠ hoc signum pellet Deus omne malignum. Mentem ne lædant phantasmata cuncta recedant. Crux bona, crux digna, lignum super omnia ligna, Crux via virtutis, Crux via veræ salutis, Crux virtus hominum, Crux leuat ad dominum.

Salue crux sancta, qua dātur munera tanta. Spes mihi viuēti, protectio sis morienti.

Crux bona, crux digna, lignum super omnia ligna.

Hic Exorcista genuflexus dicat.

OMnipotens domine cœli, terræq́; creator. Iesu Christe rex regum, summa potestas. Omniaq́; iustè moderans moderamine sancto. De cœlis veniens natus de rgine sacra. Panditur in terris manus omnipotentis ympi. Postquam mille modis miracula sancta dedisti. cruce confixus saluasti sanguine mundum. Vnde tuis mulis donasti forte trophæum. Dæmoniacas fraudes r quod constringere poßint. Te rogo Christe Deus huanæ gentis amator. Vt Dæmonis huius tu pandas cunta nefanda. Et proprijs dans promat sua facta malio. Per quã cicatricis promat sua terra venena. Quod ideant populi te laudent semper in eum. Teq́; promant nnes cœli, terræq́; factorem. Qui cum Patre Deus renas cum flamine sacro.

Hic Exorcista surgat, & inuehendo contra Dæmonem dicat.

DEßime tu Dæmon animarum magne seductor. Tu Deus existe malis eximia spondens. Hic finis tibi it, dominus nec vltra voceris. Sed deceptus eris, & deidendus vbiq́; videris.

CONIVRATIO.

COniuro ergo te Dæmon, per Deum ✠ viuum, & in virtute Spiritus sancti, & per illum qui te creait, & de cœlo præcipitauit, & per tremendum diem dicij, & per ineffabile nomen domini, vt dicas mihi uis es tu, & quomodo vocaris. Et per ista sancta nomina Dei, ad præceptum meum, ab hac creatura Dei. N. sie mora recedas, nullum ei dolorem inferendo, nec

aliquod

aliquod nocumentum faciendo, ſtatim, & ſine læſione alicuius perſonæ. Hel ✠ Heloym ✠ Adonay ✠ Saday ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Thetragramaton ✠ Alpha ✠ & Omega ✠ Principium, & Finis ✠ Agyos ✠ Yſchiros ✠ Otheos ✠ Athanatos ✠ Agla ✠ Iehoua ✠ Homouſion ✠ Ya ✠ Ieſus ✠ Chriſtus ✠ Meßias ✠ Eloa ✠ Eheye. ✠ Iterum coniuro te ✠ Dæmon per Deum viuum ✠ per Deum verum ✠ per Deum ſanctum ✠ per Pa✠trem, per Fi✠lium, & per Spiritum ✠ ſanctum, per beatam virginem Mariam, per totam cœleſtem curiam, & per omnia, quibus in nomine Ieſu potes cogi & conſtringi, vt ſubitò manifeſtes te maligne ſpiritus, & reſpondeas mihi de quacunq; re te interrogauero.

Coniuratio per cœleſtem curiam.

Hic Exorciſta poterit interrogare Dæmonem exiſtentem in corpore, ipſum arctando ad dicendam veritatem de omnibus concernentibus ad liberationem vexati.

Poſtea dicat ſequentia Euangelia.

Initium ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

In principio erat verbum. Quære ſuprà folio 13[...]

¶ Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

IN illo tempore. Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus: & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Q[...]

ver[...]

rò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos
ui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo Dæmi-
a eijcient. Linguis loquentur nouis. Serpentes tollent.
 si mortiferum quid biberent, non eis nocebit. Super
ros manus imponent, & benè habebunt. Et dominus
uidem Iesus postquam locutus est eis. Assumptus est in
lum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti præ-
cauerunt vbiq; domino cooperante, & sermonem con-
mante, sequentibus signis. ℞. Laus tibi Christe.

¶ Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Nillo tempore. Erat Iesus eijciens Dæmonium, & il-
lud erat mutum. Et cùm eijecisset Dæmonium, locu-
 est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem
eis dixerunt. In Beelzebub principe Dæmoniorum e-
it Dæmonia. Et alij tentantes, signum de cœlo quære-
nt ab eo. Ipse autem, vt vidit cogitationes eorum di-
. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, &
mus supra domum cadet. Si autem & Satanas in se
um diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius, quia
itis in Beelzebub eijcere me Dæmonia? Si autem ego
Beelzebub eijcio Dæmonia, filij vestri in quo eijciunt?
o ipsi iudices vestri erunt. Porrò si in digito Dei eijcio
monia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Cùm
tis armatus custodit atrium suum, in pace sunt o-
ia quæ possidet. Si autē fortior illo superueniens vi-
it eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confi-
at, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum ad-
sum me est, Et qui non colligit mecum, dispergit.
m immundus spiritus exierit ab homine, ambulat
per

per loca inaquosa, quærens requiem, & non inuenien[s] dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cùm ve[]nerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. [] tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus ne[]quiores se, & ingreßi habitant ibi. Et fiunt nouißim[a] hominis illius peiora prioribus. Factum est autem cu[m] hoc diceret, extollens vocem quædam mulier de turb[a] dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera qu[æ] suxisti. At ille dixit. Quinimo, beati, qui audiũt verbu[m] Dei, & custodiunt illud. ℟. *Laus tibi Christe.*

¶ *Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.*

IN illo tempore. Ductus est Iesus in desertum à spiritu vt tentaretur à Diabolo. Et cùm ieiunasset quadra[]ginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. E[t] accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapide[s] isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est: No[n] in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod proced[it] de ore Dei. Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctam ci[]uitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, [et] dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum e[st] enim. Quia Angelis suis mandauit de te, & in manib[us] tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum: Scriptum est: Non tentabis domi[]num Deum tuum. Iterum assumpsit eum Diabolus i[n] montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regn[a] mundi, & gloriam eorum, et dixit illi: Hæc omnia ti[bi] dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus: Va[de] Satana. Scriptum est enim dominum Deum tuum ado[]rabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum Diabolus, &

ecce

ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei. ℟. Laus tibi Christe.

¶ Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorē vineæ. Ecce anni tres sunt, ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio, succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? At ille respondens, dixit illi: Domine dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercore. Et si quidem fecerit fructum, sin autem in futuro succides eam. Erat autem docens in Synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quā cùm videret Iesus vocauit eam ad se, & ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deū. Respondens aūt Archisynagogus indignās, quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ. Sex dies sunt in quibus oportet operari. In ijs ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. Respondens autem ad illum dominus dixit. Hipocritæ, vnusquisq; vestrum sabbato non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbati? Et cùm hoc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius, & omnis popu-

lus

lus gaudebat in vniuersis, quæ gloriosè fiebant ab eo.
℟. Laus tibi Christe.

¶ Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Surgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis. Cùm sol autem occidisset, omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant autem Dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu es filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ. ℟. Laus tibi Christe.

¶ Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

IN illo tempore. Respondens vnus de turba dixit ad Iesum. Magister attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum, qui vbicunque eum apprehenderit, allidit eum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit, & dixi discipulis tuis, vt eijcerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis dixit: O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cùm vidisset illum, statim spiritus conturbauit eum, & elisus in terram volutabat-

atur ſpumans. Et interrogauit patrem eius. Quãtum tẽporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia: & frequenter eum in ignem, & in aquam miſit, vt eum perduret. Sed ſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri. Ieſus aũt ait illi: Si potes credere omnia poßibilia ſunt credenti. Et continuò exclamans pater pueri cũ lachrymis aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatẽ meam. Et cùm videret Ieſus concurrentem turbam, cõminatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi: Surde, & mute Spiritus, ego præcipio tibi exi ab eo, & amplius non introeas in eum. Et exclamans, & multum diſcerpens eum, exiit ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus eſt, Ieſus autem tenens manum eius eleuauit eum, & ſurrexit. Et cùm introiſſet in domum, diſcipuli eius, ſecretò interrogabant eum. Quare non potuimus eijcere illum? Et dixit illis: Hoc genus Dæmoniorum in nullo poteſt exiri, niſi in oratione & ieiunio. Laus tibi Chriſte.

CONIVRATIO.

EXorcizo te ✠ immunde ſpiritus, tentator, diabole, inimice, ebrioſe, luxurioſe, inſipiens, deiecte de gratia Dei, & Chriſti, per ipſum te exorcizo, & adiuro, qui propter nos in terram deſcendit, & incarnatus eſt de ſpiritu ſancto, & ex Maria virgine natus, vt ſtatim, & ſine mora exeas, & fugias de vaſe iſto, & plaſmate Dei de læſione ipſius. N. vel alicuius perſonæ. Per ipſum te exorcizo ✠ quẽ Gabriël Angelus in vtero virginis Mariæ annunciauit. Per ipſum te exorcizo, ✠ quẽ in vtero virginis Mariæ ex vtero Heliſabeth Ioannes ſalutauit.

Per ipsum te exorcizo, ✠ adiuro, & constringo, vt si in corpore isto es mecũ loquaris, & indices mihi quõ vocatur magister tuus. Per te ipsum coniuro ✠ decepte, homicida, fili perditionis, cuius signum apparuit in cœlis, Sathan filius perditionis. *quẽ pastores viderũt, & Magi adorauerunt, quem Angeli, & Archangeli collaudant, ipse te proijciat de vase isto, & imagine Christi, & mittat in profundum maris, vel in locum desertum, vbi nulla est habitatio hominũ, & vbi incendat te de cœlo Sancta Trinitas Pater, & filius, & Spiritus sanctus.* Trinitas incendit Diabolum. *Coniuro te ✠ per ipsum, cuius nomen est Iesus Nazarenus, quẽ Herodes Rex interficere voluit, & non potuit, pro quo interfecti sunt sancti Martyres innocentes: de cuius sanguine ornata est sancta Hierusalẽ in cœlo.* Sanguine martyrum ornatur Hierusalem in cœlis. *Per ipsum te coniuro ✠ exorcizo, ✠ & constringo, q cum matre fugit in Aegyptum. Adiuro te ✠ per coronã Christi. Per ipsum te exorcizo, ✠ & adiuro, qui in Cana Galilea, aquã conuertit in vinũ quẽ Pilatus crucifixit, Longinus lancea transfixit, qui clamauit in cruce: Hely, Hely Lamazabatani, & qui ad inferna descendit, & suos à Diabolo oppressos extraxit, tertia die resurrexit, & post quadraginta dies ad cœlos ascendit, & qui liberauit primum hominem Adam, ipse te expellat hæretice, false, homicida, decepte, sine Iesu Christo, sine cruce Christi.* Diabolus sine cruce Christi. *Per ipsum te ✠ exorcizo, & adiuro, qui ex paradiso excussit quatuor flumina principalia, scilicet Gion, Physon, Tygrin, & Euphratem, vt non habeas auctoritatem, aut potestatem tacendi nomen tuum, sed statim dicas mihi, quis es tu, aut cuius magisterij, quia seruus & minister Christi sum.*

Hic Exorcista quærat de nomine Dæmonis, & sociorum, de recessu, quare opprimunt, & de omnibus alijs pertinentibus ad liberationem obsessi, postea sic sequere.

CONIVRATIO.

AVdi igitur malignissime Dæmon, audi creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo, audi in-uam superbiam tuam. Deum qui te genuit dereliqui-i, & oblitus es domini creatoris tui, qui te ob superbi-n tuam æternis ignibus cum principe tuo Satana, & ijs Dæmonibus mancipauit. In cuius Dei, & creatoris nium virtute, & potestate, non meis meritis, aut rtute confisus, maledicte Diabole, & Satana immun-ßime, ac spurcissime spiritus, qui propter peruersita-n electionis tuæ, qua contempto, & derelicto domici-omnipotentis domini Dei nostri, qui trinus, & vnus us extat ante secula, qui est causa subsistenti omni aturæ, ita quòd in ictu oculi mundus stare non posset, ius regimen subtraheret: elegisti contradicere, & no-ßiteordinare, & conuertere ad ipsum, neq; ei fide-r obedire, quemadmodum fecerunt illi beatissimi ritus, qui plena eius fœlicitate perfruuntur. Sed ordi-peruerso superbiæ, & inuidia in te complacuisti, & e, & in execatis Angelis sortem tuam posuisti, pro-r quam immunditiam electionis tuæ, proiectus æli fastigio, in hunc caliginosum aërem detractus, cipitandus es in die tremendi iudicij in abyssum, baratrum inferni, vbi cruciaberis die ac nocte, & fu-s tormentorum tuorũ, ascendet in secula seculorum.

Lucifer in Angelis suis sortem posuit.

Exorcizo, & anathematizo te ✠ siue vnus sis, siue plures, vt dicas mihi quomodocunq; in hunc famulum Dei. N. consignatum. & initiatum diuinis mysterijs temere ingredi præsumpsisti, siue in cibo, vel in potu, vel quacunq; malefica superstitione, vel præstigijs quomodecunq; super hunc famulum Dei factis, quæ quidem præstigia, & maleficia omnia, & singula, virtute, & potestate inuictissimi regis omnium domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui in hunc mundum apparuit, vt dissolueret opera Satanæ, dissoluo, & dissoluta esse decerno, & sicut per beatos Apostolos sanctos Petrum, & Paulum patres nostros dissoluit omnia maleficia, & præstigia facta per illud membrum tuum Simonem Magum, & sicut per beatum Bartholomæum Apostolum sanabat omnes sauciatos à dæmonio inhabitante idolum Astaroth. Et per sanctum Prophetam Moysen detegebat præstigia Magorum Aegyptiorum Iannes, & Mambres in digito omnipotentis Dei, ita & nūc in eodem digito Dei scilicet Spiritus sancti, qui ex patre, filioq; eius procedit, dissoluimus omnes sortilegas artes, & præstigia super hunc famulum suum. N. siue atrocitate inuidiæ tuæ, qua maligne, & immunde Spiritus insidiaris humanæ saluti secundum impiā voluntatem tuam, siue iusta dispensatione omnipotentis domini Dei nostri, siue ĕt exigentibus peccatis suis, vel parentum suorum, intra quæ interpono copiosam redemptionem præciosissimi sanguinis domini nostri Iesu Christi, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Qui in hunc mundum veniens, principem vestrum vicit, non solùm po-

tent

tentia, sed precio sanguinis sui preciosissimi, & ipsum superbum alligauit, vasa eius dirupit, spolians principatus, & potestates, nos de potestate vestra iustè, & potenter eripuit. Et ipse benedictus Deus, & dominus noster, & caput nostrum ascēdens in cœlum, dedit potestatem discipulis, et fidelibus suis vos eijciendi de corporibus hominum, dicens; In nomine meo Dæmonia eijciant. Et alibi duodecim Apostolis, & discipulis dixit. Dedi vobis virtutem, & potestatem supra omnia Dæmonia, & virtutem inimici, de quorum numero nos indignos esse voluit. Nam per ministerium nostrum in mensa altaris transsubstantiat substantiā panis, & vini in corpus, & sanguinem suum. In hac ergo virtute, & potestate mihi præstita ab omnipotēti Deo, et domino nostro Iesu Christo, te conuenio immunde spiritus siue vnus sis, siue plures quomodocūq; in hunc famulū Dei. N. consignatum, & initiatū diuinis mysterijs temere ingredi præsumpsisti, siue in cibo, siue in potu, siue in quacunque Malefica superstitione, vel præstigijs quibuscunq; super hunc famulū Dei factis. Et præcipio tibi in nomine Dei pa✠tris omnipotentis, & Fi✠lij eius domini nostri Iesu Christi, & Spiritus ✠ sancti, vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei. N. sine aliqua ipsius læsione, ita quòd de cætero ad ipsum non præsumas accedere, nec ad momentum in eo habitare, nec perturbare sensus eius interiores, vel exteriores à planta pedis vsq; ad verticem, neque humores commouere, neq; in desiccationes ducere, vel quacunq; imbecillitate vexare, neque horis diurnis, vel nocturnis eius quietem impedire. Quod si pertinaciter huiusmodi

Christus non solùm vicit sua potentia diabolum, sed etiam sanguinis humilitate.

Transsubstantiatio.

mandatis, & sentẽtijs nostris, imò verius Dei, & domi-
ni nostri Iesu Christi summi, & inuictißimi Imperato-
ris nostri obedire cum effectu contempseris, supplicite
exoramus eundem Deum, & dominum nostrum Iesum
Christum, quatenus per virtutem suæ sacratißimæ pas-
sionis, & per merita beatißimæ virginis Mariæ matri
suæ benedictæ, & sanctorum Angelorum, qui vident re-
uelatam faciem Dei patris omnipotentis, & per merit
patrum nostrorum beatorum Patriarcharũ, Propheta-
rum, Apostolorũ, Martyrum, Confessorũ, atq; sancto
virginum, quatenus sicut contra illũ contemptorem, &
induratum Pharaonem mittat Angelũ suum sanctu
contra te, qui te catenis igneis alligatũ cũ socijs tuis apo-
staticis Angelis mergi faciat in stagnũ ignis ardentis, &
sulphuris, vbi cruciaberis die, ac nocte, & fumus tormẽ-
torum tuorum ascendet in secula seculorum. Amen.

CONIVRATIO.

Ergo maledicte Diabole, creatura damnata, repro-
bata, & maledicta à Deo in æternum propter tua
nequitiam, spiritus immunde vbicunque latitas in cor-
pore istius. N. recognosce sententiam tuam, & cogno-
sce sententiam iustißimæ damnationis nequitiæ tuæ.
Et licet inuitus, & coactus, contra tuam nequißima
voluntatem, da honorem Deo viuo, & vero, ✠ da hono-
rem Iesu Christo filio eius domino, & saluatori nostr
✠ da honorẽ Spiritui S. ✠ & recede ab hoc famulo D
N. nunq; de cætero ad ipsum accedas: quia istũ sibi De
& dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gra-
tiam, & benedictionem, fontemque baptismatis, do-

sua gratia vocare dignatus est. Et hoc signum sanctæ ✠ crucis, quod nos in fronte eius damus, tu maledicte Diabole damnate, atq; damnande, spiritus immunde, nunquam audeas violare, per nomen, & virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Hic Exorcista ponat manus suas super caput vexati, & dicat orationem.

EXpelle Domine Diabolum ab hac creatura tua. N. *de capite, de capillis, de vertice, de fronte, de oculis, de lingua, de sublingua, de auribus, de naribus, de collo, de maxillis, de dẽtibus, de gutture, de gingiuis, de ore, de palato, de cerebro, de paniculis cerebri, de ciliјs, de superciliјs, de pillis, de pedib. de tibiјs, de genib. de crurib. de partib. verecundis, de renib. de laterib. de intestinis superiorib. & inferiorib. de femore, de vẽtre, de stomacho de corde, de spatulis, de humeris, de pectore, de vberib. de brachiјs, de manib. de vnguib. de oßib. de neruis, de venis, de medullis, de pulmone, de compaginibus membrorum suorum, de omnibus iuncturis, de toto corpore suo intus, & extra, de quinq; sensibus corporis, & animæ, nullumq; locum habeat in ipsa intus, & foris amplius et sana, & salua fiat per inuocationem Filiј tui vnigeniti, & per inuocationem Spiritus S. coæterni. Tu ergo Deus omnipotens, qui dignatus es corpus, & animam huius creaturæ.* N. *creare, digneris ẽt totum corpus, & animã ipsius saluare, & saluam facere. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum, &c.*

Later enim sub lingua, quando Eucharistiam sumit obsessus.

Explicit Exorcismus secundus.

EXORCISMVS TERTIVS.

Optimus, & mirabilis efficaciæ contra Spiritus malignos.

Exorcista genuflexus, corde firmo, & deuoto dicat.



Diutorium nostrum in nomine Domini. ℟. *Qui fecit cœlum & terram.* ℣. *Sit nomen Domini benedictum.* ℟. *Ex hoc nunc, & vsq; in seculum. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison*: *Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem.* ℟. *Sed libera nos à malo.* ℣. *Nihil proficiat inimicus in e[o].* ℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.* ℣. *Mitt[e] ei Domine auxilium de sancto.* ℟. *Et de Syon tuere eu[m].* ℣. *Esto ei Domine turris fortitudinis.* ℟. *A facie omni[um] malignorum spirituum,* ℣ *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum Spiritu tuo.*

Oratio.

Zenon confessor excelluit in expellēdis Dæmonibus.

DEus qui beato Zenoni confessori tuo virtutem expellendi Dæmones de quocunq; loco tribuisti, præsta quæsumus, vt per eius orationes & merita mihi virtutem præbeas, vt istos Dæmones, qui hanc creaturam tuam inuaserunt, expellere valeam. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio.

OMnes sancti Angeli, & Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes cœ[lorum]

loru[m]

rum, Cherubin & Seraphin, qui non cessatis clamare
nte Deum dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Domi-
us Deus Sebaoth, fundite preces pias pro me fragili pec-
atore apud altissimum Deum, & Dominum nostrum,
mei misereatur, & peccata mea misericorditer, &
lementer dimittat, me liberet, me protegat, me defen-
at, me eripiat de omnibus tentationibus meis, & me
faciat transire per bona temporalia, vt non amit-
m æternæ vitæ gaudia. Per Christum Dominum no-
rum, Amen.

Sic transeas per temporalia, ne amittas æternæ vitæ gaudia.

Oratio.

O Summe Michaël Archangele, ô princeps cœlestis militiæ, ô præclare, atque summe decor, & minister, qui coram Deo vigilanter assistis, peto, vt tuis precibus mihi misero mortali faueas, vt pio Domino miserante, teq; intercedente, eripi merear à Dæmoniaca deceptione, ac per te repræsentari ante Dei maiestatem merear, Amen.

Oratio.

DEus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus pater Domini nostri Iesu Christi, inuoco nomen tuum, ac præclaræ maiestatis tuæ clementiam supplex exposco, vt mihi auxilium præstare digneris aduersus hunc nequissimum spiritum. Per eum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Hic exorcista surgat, & dicat sequentem orationem.

DEus creator, et redemptor corporis, et animæ, es
propitius huic tuæ craturæ. N. Anima Christi san
ctißima ✠ sanctificet te. Corpus Christi gloriosißimu
Christi sanguis inebriet nos.
✠ saluet te. Sanguis Christi sanctißimus ✠ inebri
te. Sudor Christi virtuosißimus ✠ sanet te. Paßio am
rißima Christi ✠ confortet te. Iesus Christus bonus ✠
Intra vulnera Christi abscõdamus.
custodiat, et liberet te, et intra sua vulnera abscond
te, et ne permittat te separari à se, ab hoste malig
defendat ✠ et liberet te, et in hora mortis vocet te
ad se, et ponat te iuxta se, vt cũ Angelis suis laudes e
in secula seculorum, Amen. Ecce crucem ✠ Domini no
stri Iesu Christi, fugite partes aduersæ, quia Christ
vult vos prosequi. Increatus Pa✠ter, Increatus Fi
lius, Increatus Spiritus ✠ sanctus. Vicit leo de tribu Iu
da, radix Dauid. Domine Iesu Christe, qui cœlum &
terram fecisti, flumẽ Iordanis benedixisti, in quo bapti
zari voluisti, bene✠dicere, & sancti✠ficare digne
hanc creaturam tuam. N. qui cum Patre, & Spiri
sancto viuis, & regnas in secula seculorum, Amen.

Deinde lege sequentes Psalmos.

EXurgat Deus, & dißipentur inimici eius, & fugi
ant, qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit f
mus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic perea
peccatores à facie Dei. Et isti epulentur, & exultent i
conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Cantate D
Psalmum dicite nomini eius, iter facite ei, qui asce
dit super occasum, Dominus nomen illi. Exultate in c
spectu eius turbabuntur à facie eius patris orpha
rum, & iudicis viduarum, Deus in loco sancto suo, D

ui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit
nctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui
bitant in sepulchris. Deus cùm egredereris in con-
ctu populi tui, cùm pertransires in deserto. Terra
ota est, etenim cœli distillauerunt à facie Dei Sy-
i, à facie Dei Israel. Pluuiam voluntariam segre-
bis Deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu verò
rfecisti eam, Animalia tua habitabunt in ea, parasti
dulcedine tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum
angelizantibus, virtute multa. Rex virtutum dile-
i, dilecti & speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis
ter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & po-
riora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit cœlestis
ges super eam, niue dealbabuntur in Selmon, mons
ei mons pinguis. Mons coagulatus mons pinguis,
quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo
neplacitum est Deo habitare in eo, etenim dominus
bitauit in finem. Currus Dei decem millibus mul-
plex millia lætantium, dominus in eis in Synai in
ncto. Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem, ac-
pisti dona in hominibus. Etenim non credentes in-
bitare dominum Deum. Benedictus dominus die
uotidie, prosperum iter faciet nobis Deus salutarium
ostrorum. Deus noster, Deus saluos faciendi, & domi-
i domini exitus mortis. Veruntamen Deus confringet
pita inimicorum suorum, verticem capilli perambu-
ntium in dilectis suis. Dixit dominus ex Basan cōuer-
am, conuertā in profundum maris. Vt intingatur pes
uus in sanguine, lingua canū tuorū ex inimicis ab ipso.

Viderunt

Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, reg mei, qui est in sancto. Præuenerunt principes coniun psallentibus in medio iuuencularum tympanistriaru In Ecclesijs benedicite Deo domino, de fontibus Isra Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Princi pes Iuda duces eorum, principes Zabulon, & princip Nephtalim. Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc De us quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierus lem, tibi offerent reges munera. Increpa feras arund nis, congregatio taurorum in vaccis populorum, vt ex cludant eos, qui probati sunt argento. Dissipa gente quæ bella volunt, venient legati ex AEgypto, AEthiop præueniet manus eius Deo. Regna terræ cantate De psallite domino. Psallite Deo, qui ascendit super cœl cœli ad orientem. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, d te gloriam Deo super Israel, magnificentia eius, & vi tus eius in nubibus. Mirabilis Deus in sanctis suis, De Israel, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi su benedictus Deus. Gloria Patri, ✠ &c. Psa

Qui habitat in adiutorio altissimi, &c.

Hoc facto, dic viriliter, & cum magna audaci alta voce, & cum magna fide, & spe.

CONIVRATIO.

O *Vos nefandissimi Spiritus rebelles Dei omnipote tis, qui vestra iniquitate, vt inimici humani ge ris, & vt vltimo ad ignem æternum destinati estis, q multo modo fugere potestis, proditores iniqui, qui ha creaturam Dei. N. inuadere præsumpsistis. Ego auc*

te

te domini noſtri Ieſu Chriſti, inuocatione ſui ſanctiſ-ſimi nominis vos per ipſum coniuro ✠ exorcizo, cogo, conſtringo, & vobis in virtute Dei Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ ſancti, præcipio, impero, & mando, quod ſtatim, & immediatè, omni mora poſtpoſita, mihi nomina veſtra, & cauſam quare ſuper hanc perſonam veniſtis, & totum eſſe veſtrum, & omnes conditiones veſtras ſine falſitate, & fallacia manifeſtetis mihi, certè: ſicut in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & hoc erat in principio apud Deum, & omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil, & ſicut prædictum Dei verbum caro, id eſt homo factum eſt, & habitauit in hunc mundum, verus Deus, verus homo, verus Chriſtus, vna perſona prædicans Euangelium ſalutis, vos immundos ſpiritus de corporibus hominum pellendo, & infirmos ſanando, & ſicut ipſe Chriſtus perfectum verbum Dei factus eſt, obediens Deo patri vſque ad mortem crucis, & ipſo mortuo, anima eius ſanctiſſima, dimiſſo corpore in cruce, ad inferos deſcendit, & deuictis principibus infernalibus, viriliter ligauit Luciferum, & deuicta tota potentia infernali, inde animas ſanctorum patrum extraxit, & tertia die reſurrexit, & die quadrageſima cælum aſcendit, & ſedet ad dexteram Dei patris, & inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, dādo prædeſtinatis regnum æternum, & vobis reprobatis, tanquam Dei rebellibus ignem perpetuum infernalem, & ſicut omnia iſta verba vera ſunt, ita virtute ipſorum nullo modo deinceps mihi nomina veſtra, & cauſam

quare

quare istam Dei creaturam. N. sic inuasistis, & molestastis tacere possitis, & immediatè, omni mora postposita in nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi recedatis ab hoc famulo, & creatura Dei. N. & ipsam sanam, vt inuenistis relinquatis, nunquàm ad eam amplius redeuntes, & ad locum vbi deinceps nullum Christianum lædere possitis, protinus ire festinetis, per illam virtutem, & potentiam, qua Lucifer, & cæteri praui, & rebelles Angeli de cœlo empyræo ad ima eiecti sunt, alioquin in virtute domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, & per virtutem sanctorum nominum vos in stagnum ignis, & sulphuris præcipito, & æternaliter condemno. Amen.

Ex cœlo Empyræo stagnũ ignis.

Hic Exorcista conetur scire nomina, & cõditiones Dæmonum existentium in corpore vexato ipsos arctando præceptis, & duris comminationibus: postea legantur sequentes coniurationes.

CONIVRATIO.

CHristi nomine inuocato. Ego peccator auctoritate ipsius domini nostri Iesu Christi, quam suis Apostolis, & eorum successoribus, & omnibus in ipsum credentibus dedit dicens suis Apostolis. Ecce dedi vobis potestatem super omnes malignos spiritus, & virtutes eorum, & in alio loco ait. Signa eos qui in me crediderunt, hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient, & super ægros manus imponent, & benè habebunt. Ideo præfata auctoritate, cùm sim (licet immeritus) de nu-

ero in ipsum credentium, vos (velte) coniuro ✠ con-
stor, exorcizo, ac viriliter impero, cogo, & constringo
omnes nefandissimos, & Dei rebelles spiritus im-
undissimos, dignos vestrorum immensorum, & ne-
ndissimorum scelerum, & æterni, ac infernalis ignis,
vobis plenis omni superbia, & rebellione, falsitate
usione, spurcitia, & dolo, strinctissimè impero, &
ndo per omnipotentiam Dei Patris, & per sapien-
m Filij, & per virtutem Spiritus sancti, & per san-
ssimam Trinitatem, & per immensitatem, æterni-
em, pulchritudinem, nobilitatem, & excellentiam
i, ita quòd omni vestra potentia, & cuiuscunque al-
ius vobis fauentis sit ligata deinceps, vt sicut ipse est
us omnium, à quo omnia, per quem omnia, cui o-
is decor, & gloria, quem omnes tam cœlestes, quàm
ea, & infernales potestates adorant, & contremis-
t, ita statim, & immediatè omni mora postposita,
nomen, & in nomine Domini nostri Iesu Christi
zareni crucifixi recedatis ab hac creatura Dei. N.
ipsam sanam, vt inuenistis relinquatis, nunquàm ad
amplius redeuntes, et ad locum vbi deinceps nul-
creaturam Dei lædere possitis, protinus ire festine-
per illam virtutem, et potentiam, qua Lucifer, et
ui alij rebelles Angeli de cœlo Empyræo ad ima eie-
sunt alioquin in virtutem Domini nostri Iesu Chri-
Nazareni crucifixi, et per virtutem sanctorum Dei
ominum in stagnum ignis, et sulphuris vos præ-
cipito, et æternaliter conde-
mno, Amen.

CON-

CONIVRATIO.

COniuro ✠ vos suprascriptos nefandissimos, & abominabiles spiritus, qui hanc creaturam Dei N. occupare, & molestare vestra obstinata rebellione non cessatis, per Pa✠trem, Fi✠lium, & Spiritum ✠ sanctum: & per sanctam Mariam genitricem Dei, & per omnia, quibus in nomine Iesu Christi cogi, & constringi potestis, vt statim exeatis, & fugiatis de vase isto, & plasmate Dei, & nec istam creaturam, nec me, nec aliquam personam offendatis. Contradicat vobis ✠ filius Dei viui, qui est initium omnium creaturarum. Contradicat vobis ✠ sanctus Michaël. Contradicat vobis ✠ sanctus Gabriël. Contradicat vobis ✠ sanctus Raphaël. Contradicāt vobis ✠ omnes virtutes cœlorum. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen. Alioquin in virtute Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, per omnia supradicta, sit Lucifer nefandissimus Spiritus ille, cum omnibus furijs, & pœnis infernalibus, contra quos omni sua indignatione, & furia indignatus, insurgat, & irruat: & vos statim affligat, & vsque ad diem iudicij tanquam crudelis minister Dei, omnibus pœnis infernalib. cruciet, per omnia supradicta per me, Amen.

Lucifer affligit suos Condæmones.

CONIVRATIO.

ITem districtius, & fortius auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi vos supradictos nefandissimos, & abominabiles spiritus, qui hanc Dei creaturam. N. occupare, & molestare obstinata rebellione non cessatis, coniuro, ✠ & constringo vos per o

ia supradicta, et per omnia illa quibus in nomine Iesu onstringi, et cogi potestis, maximè coniuro vos per inarnationem, natiuitatem, baptismum, et sanctum ieiunium Christi, per passionem, mortem, crucem, resurectionem et ascensionem Domini nostri Iesu Christi, et er omnem vitam eius benedictam, et per aduentum piritus sancti Paracliti, et per sanctum Ioannem Baistam, et per omnes Patriarchas, et Prophetas, et anctos Patres veteris testamenti, et omnē fidem, spem, aritatem, et iustitiam eorum, et per omnem vitam, omnia bona opera ipsorum, et per totum vetus testamentum, et omnia mysteria in ipso contenta.

CONIVRATIO.

Iterum coniuro ✠ vos nefandissimos, et abominabiles spiritus, per potentissimum, et corroboratissimum eum, per fortem, admirabilem, per excelsum, ineffalem, et inuisibilem Deum, et per hæc sanctissima noina Dei omnipotentis, et per virtutem ipsorum vobis pero, scilicet Tetragramaton ✠ Heloyn ✠ Adonay ✠ anuel ✠ Messias ✠ Agios ✠ Otheos ✠ Ischiros ✠ Aanatos ✠ Sabaoth ✠ Rex ✠ Iudex ✠ Dux ✠ Lux ✠ gifer ✠ Pater ✠ Magister ✠ Principium ✠ Verbum Homousion ✠ Alpha et Omega ✠ Imago ✠ Sapien- ✠ Ianua ✠ Via ✠ Vita ✠ Propheta ✠ Petra ✠ Vi- ✠ Clauis ✠ Virtus ✠ Primogenitus ✠ Altissimus Agnus ✠ Ouis ✠ Sponsus ✠ Primus ✠ Nouissi- s ✠ Creator ✠ Redemptor ✠ Pastor ✠ Splendor ✠ aceptor ✠ Sol ✠ Flos ✠ Sacerdos ✠ Pontifex ✠ itas ✠ Charitas ✠ Vnigenitus ✠ Fons ✠ Origo

✠ *Paracletus* ✠ *Mediator* ✠ *Iesus* ✠ *Dominus* ✠ *Deus* ✠ *Omnipotens* ✠ *Aeternus*, ✠ *Et in virtute, & per virtutem illius sanctissimi nominis* Dei Iehoua, & *omnium aliorum nominum eius, & omnium coniurationum, alligationum, vinculorum, et mandatorum cuiuscunque conditionis, et virtutis existant, quibus aliquo modo in nomine Iesu Christi possitis coniurari, constringi, ligari, vel fugari, vel de loco ad locum mitti, vel cruciari, torqueri, vel ad pœnas aliquas damnari, sit vobis ipso facto omnis locus, & omnis situs interdictus, præter centrum mundi, et ego, vt minister* Christi *in stagnum ignis, et sulphuris præcipito, æternaliter condemno, et ibidem virtute omnium supradictorum vos maledico, et vsq; in profundum abyssi, vsque in diem iudicij proijcio, et relego, vt sitis subiecti omnibus pœnis infernalibus acrius, et durius Lucifero, quia fuistis rebelles tantis, et tam sacratissimis nominibus, et mysterijs* Dei, *et vobis in virtute, et per virtutem omnium supradictorum præcipio, vt recedatis immediatè ab hac creatura* Dei. N. *eo modo, et ea conditione, vt vobis superius dixi, et iniunxi, et ab isto instanti in posterum semper virtute omnium supradictorum, et in nomine, et virtute* Domini *nostri* Iesu Christi *sit ligata omnis vestra potentia, et cuiuslibet alterius vobis fauentis, resistendi mandatis meis, imò mandatis* Christi, *cuius auctoritate, et officio nunc fungor (licet immeritus) sicut ipse ad columnam ligatus, et cruci clauibus affixus fuit, Amen.*

Omnis locus interdicitur Sathanæ, præterquam centrum mundi.

Sicut Christus ligabatur ad columnam, sic Diabolus ligatur in æternum.

tſi nec audire, nec obedire voluerit, accipe ignem,& ſulphur,& Dæmoniacũ velit, nolit, diu ſuper dictum ſulphur, & ignem facias fumigari, donec de omnibus, quæ tibi placuerint dixerit veritatem.

CONIVRATIO.

Iterum coniuro ✠ vos ſupradictos ſpiritus Dei rebelles, quibus data eſt poteſtas ſuper iſtud corpus, & ſu- omnia corpora humana per Pa✠trem, & Filium, & Spiritum ✠ Sanctum, vt ſubito recedatis. Con- o ✠ vos, & impero vobis per omnes ſanctas virgines, Continentes. Cõiuro ✠ vos, & impero vobis per ſan- m Mariam Magdalenam, Catherinam, Agnetem, cam, Agatham, Margaritam, Dorotheam, Vrſulam ſocietatem ſuam Annam, Eliſabeth, & cæteras Dei gines, viduarum, continentes, vt exeatis.

CONIVRATIO.

erum coniuro ✠ vos ſupradictos ſpiritus Dei rebel- s per Virginem matrem eius, videlicet domini noſtri Chriſti ✠ per Natiuitatem ſuam ✠ per Virgini- m ſuam ✠ per Conceptionem ſuam ✠ per ſan- imum lac ſuum, quod proprio ore ſuſcepit, qui voca- eſt Alpha, & Omega ✠ Ya ✠ Saday ✠ Emanuel Tetragramaton ✠ per merita ſua, & per omnia , quæ dici, & cogitare poſſunt de beatiſſima Virgi- Maria, & per omnia nomina beatiſſimæ Virginis riæ, ſcilicet Virgo ✠ Flos ✠ Nubes ✠ Regina ✠ othocos ✠ Imperatrix ✠ Domina ✠ Aurora ✠ illa ✠ Ortus ✠ Fons ✠ Puteus ✠ Luna ✠ Sol ✠ Nomina beatiſſimæ virginis Mariæ.

Porta ✠ Domus ✠ Beata ✠ Gloriosa ✠ Benignissim
✠ Pia ✠ Aula ✠ Rubus ✠ Schala ✠ Stella ✠ Turris ✠
Auxiliatrix ✠ Archa ✠ Thalamus ✠ Margarita ✠ Ta-
bernaculum ✠ Amica ✠ Velum ✠ Pulchra ✠ Mate
✠ Alma ✠ Speciosissima ✠ Formosa ✠ Benedicta ✠
Rosa ✠ Sponsa ✠ Maria, ✠ et per omnia supradicta
vobis impero, et in stagnum ignis, et sulphuris praecipi-
to, et aeternaliter condemno: Et sicut beata virgo Ma-
ria, et supradictae Dei virgines, viduae, et cōtinentes gau-
dent cum Christo gloria aeterna, ita vos immediatè, in
nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi
et per virtutem suae passionis recedatis subito ab ha
creatura Dei. N. eo modo, et ea conditione, vt superi
vobis iniunxi, alioquin per omnia supradicta sitis ip
facto lapsi indissolubiliter in omnem damnationem,
poenam superius dictam, et expressam tanquam D
rebelles. Amen.

CONIVRATIO.

ITerum ad haec fortius, et districtus vos coniuro
per omnia supradicta, et per omnia, quibus fuga
potestis, auctoritate domini nostri Iesu Christi Naz
reni crucifixi, vos supradictos nefandissimos, et ab
minabiles spiritus, qui hanc creaturam Dei. N. occup
re, et molestare vestra rebellione obstinata non cessa
coniuro, contestor, exorcizo, ac viriliter impero, cogo,
constringo per omnes Angelos, Archangelos, Thron
Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Ch
rubin, et Seraphin, quorum gloria, et societate, vest
sceleribus iustissimè perenniter priuati estis, et per h

sancti

ctißima nomina Angelorum Dei, Michael, Gabriel, aphael, & per omnia alia nomina Angelorum, quòd atim, & sine mora, sicut vos, & cæteri probati, meri- o, societate, & gloria præfatorum sanctorum Angelo- um perenniter priuati estis, & pœnis infernalibus de- utati, et sicut prædestinati cum supradictis sanctis An- elis gloria æterna gaudebunt, & Deo fruentur, & vos erenni infernali igne meritò cruciabimini cum Luci- ro, & alijs sibi subiectis in pœnis infernalibus arden- bus, ita vos nunc statim, & sine mora immediatè, nquam deuicti, & fugati auctoritate, & potestate omini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, ab hac eatura Dei. N. recedatis, et ad locum desertum eatis, i nullam creaturam deinceps molestare poßitis, omni ora, & occasione postposita, & hanc creaturam Dei. uam tanto tempore molestastis, amodo relinquatis m, et in sua pristina sanitate dimittatis, et nun- uam ad ipsam deinceps redire, nec molestare valeatis, oquin in virtute Dei Pa✠tris, et Fi✠lij, et Spiri- s ✠ sancti, auctoritate domini nostri Iesu Christi azareni per omnia supradicta, sit Lucifer nefandißi- us spiritus ille cum omnibus suis subditis, & cum o- nibus furijs, et pœnis infernalibus nunc contra vos o- ni sua indignatione, et furia indignatus, surgat, et ir- at, et vos statim per omnia supradicta in stagnum i- is, & sulphuris, & in profundum abyßi trahat, & q; ad diem iudicij, tanquam crudelis minister Dei ibi s omnibus pœnis infernalibus acriter cruciet per o- nia supradicta. Amen.

CONIVRATIO.

ITerum coniuro ✠ vos supradictos spiritus Dei rebel- les nominibus, et mysterijs Dei, et auctoritate domi- ni nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi vobis strictissi- mè impero, per omnes sanctos eius Pontifices, Doctores, Confessores, Monachos, et Eremitas, Sacerdotes, et Le- uitas, scilicet Gregorium, Ambrosium, Cyprianum, Geminianum, Bernardinum, Franciscum, Domini- cum, Paulum primum Eremitam, Antonium, et bea- tum Nicolaum de Tolentino, et per omnem eorum be- nedictam vitam, et per omnia merita, orationes, et operationes eorum. Et sicut sanctus Bernardus liga- uit serpentem tortuosum, ita omnis vestra potentia, et cuiuslibet alterius vobis fauentis sit ligata, per hec sanctissima filij Dei nomina, et virtutem ipsorum sci- licet, ✠ Primogenitus ✠ Sapientia ✠ Virtus ✠ S ✠ Splendor ✠ Lux ✠ Gloria ✠ Panis ✠ Fons Salus ✠ Mons ✠ Ianua ✠ Petra ✠ Verbum Sponsus ✠ Pastor ✠ Propheta ✠ Agnus ✠ Ouis Vitis ✠ Veritas ✠ Via ✠ Vita ✠ Leo ✠ Lum de lumine ✠ quòd immediatè, sicut ipsi supradicti sa- cti gaudent cum Christo, et cæteri beati in gloria ate- na, ita vos recedatis ab hac creatura Dei. N. eo modo, ea conditione, vt superius vobis sæpe mandaui, alioqu per omnia supradicta strictissimè, et potentissimè, a- ctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni cruc- fixi ex nunc mando, et impero Lucifero, et omnib furijs infernalibus, vt statim, et sine mora contra insurgant, et irruant, ac in stagnum ignis, et sulph

Coniuratio per Pontifices, Doctores, Monachos, Eremitas, &c.

Nicolaus de Tolentino.

S. Bernardus ligauit serpentem.

is, & in profundum abyßi indiſpenſabiliter ducant, & ligent vos omnibus pœnis ſimul nulla deficiente, & vos Dei, & ſanctorum nominum eius rebelles crucient, & affligant vſq; ad diem iudicij. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠ſancti, Amen.

Explicit tertius Exorciſmus.

EXORCISMVS QVARTVS.

Terribilis, & maximæ efficaciæ aduerſus Dæmones opprimentes corpora humana.

Exorciſta acceſſurus ad exorcizandum, peracta prius ſacramentali confeſsione, corde puro, & deuoto genuflectens ante imaginem Crucifixi dicat Pſalmum.

M*Iſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, &c.* totum. *℣. Ab occultis meis munda me Domine. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.*

Oratio.

D*Eus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationẽ noſtrã, vt me, & hunc famulum tuum, quos delictorũ catena conſtringit, miſeratio*

tuæ pietatis clementer absoluat. Per Christum Domi-num nostrum, Amen.

Oratio.

DEus qui sanctis Apostolis tuis dedisti virtutem ex-pellendi Dæmones de quocunq; loco. præsta quæsu-mus, vt per eorum merita, & intercessionem mihi præ-beas virtutem, vt hos Dæmones, qui hunc famulũ tuum N. vexant expellere valeam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in secula seculorum, Amen.

Oratio.

DEus cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Arch-angelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophe-tarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Con-fessorum, Deus Virginum, Deus omnium benè viuen-tium, Deus quem omnis lingua cõfitetur, & omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, Deus qui potestatem habes donare vitam post mortem, & re-quiem post laborem, & non est alius Deus præter te, nec esse potest verè Deus vbi tu es auctor, & regni tui non erit finis, te humiliter inuoco Domine Deus meus, & misericorditer Maiestati tuæ gloriosissimæ supplico, vt non respicias peccata mea innumerabilia, neque peccata istius creaturæ, sed secundum tuam misericor-diam, hunc famulum tuum. N. de immundis spiritibus liberare digneris, & eum ad gratiam veræ liberationis misericorditer perducere digneris, verè æterne Deus qui es Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus Moysis, Deus Aaron, Deus Thobiæ, Deus Eliæ: te humi-liter deprecor omnipotens æterne Deus, vt famulum tuum

um de tentationibus Spirituum immũdorum libera-
iubeas, & permittas, quia ipſi immundi Spiritus ab
itio fuerunt fallaces, & nunquàm ſteterunt in veri-
te, ſed ſemper in malitia iniquitatis, ſuperbiæ, vani-
tis, & cupiditatis aſsiſtunt, qui famulũ tuum. N. in-
rijs, perturbationibusq; fatigant. Iube etiam Domine
eius Angelis tuis benignis, vt ipſi deſtruant, & præcipi-
nt in profundum abyſsi inimicos tuos malignos, &
antiqui ſerpentes crudeliſsimi deuoratores langue-
nt, & ſubitò diſsipentur, & omnes ſocij eorum, ſicut
rcuſsiſti in ira tua Domine, & in furore tuo Sodomam
Gomorram, ſic iubeas omnes inimicos tuos malignos
aduerſarios percutere, qui hunc famulum tuum.
fatigant, occupant, & decipere cupiunt, non in eius
rpore latere poſsint, quin ſe manifeſtent, nec in vllo in
imento veſtium, nec compagine membrorum ſui cor-
ris malignitatis viam obtinere, nec occupare valeant,
od tu Domine de terra formaſti: oſſa, neruos, & ſpiri-
m dediſti, vt per gloriam tui nominis Domine, & Filij
i Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per virtutem ſuæ ſan-
ſsimæ crucis diſsipentur, ſicut ſtipula ante faciem vẽ-
ſicut deficit fumus, ita deficiant, & pereant, & diſ-
entur omnes Dæmones ab anima, & corpore famuli
i. N. & pergant ad loca deſerta, & arida, vbi ſancti,
iuſti non habitant. Quia tu Domine nos nõ auro, nec
gento, neq; gemmis precioſis comparaſti, ſed tuo ſan-
ine precioſo & ſanctiſsimo corpore per paſsionẽ tuam
s redemiſti Ieſu Chriſte Saluator mundi, quem lau-
nt Angeli, tibi laus, tibi gloria per æterna ſeculorum
culi, Amen.

Dæmones latentes in veſtibus.

Hic Exorcista surgens ab oratione dicat.

¶ *Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.*

*IN illo tempore. Venit Iesus trans fretum maris in re-
gione Gerasenorum, & exeunti ei de naui, stati
occurrit de monumentis homo in Spiritu immund
qui domicilium habebat in monumentis, & neque ca-
tenis iam quisquam poterat eum ligare, quoniam sæp
compedibus, & catenis vinctus dirumpisset catenas, &
compedes comminuisset, & nemo poterat eum domar
& semper die, ac nocte in monumentis, & in montib
erat clamans, & concidens se lapidibus. Videns aute
Iesum à longe cucurrit, & adorauit eum, & clama
voce magna dixit. Quid mihi, & tibi Iesu filij Dei a
tissimi? adiuro te per Deum, ne me torqueas. Diceb
illi Iesus. Exi Spiritus immunde ab homine isto. Et i
terrogabat eum, quod tibi nomen est? Et dicit ei. Leg
nomē est mihi, quia multi sumus. Et deprecabatur eu
multum, ne se expelleret extra regionem. Erat aute
ibi circa montem grex porcorum magnus pascens in a
gris. Et deprecabantur eum spiritus dicentes. Mitte n
in porcos, vt in eos introeamus. Et concessit eis Iesus st
tim. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in po
cos, & magno impetu grex præcipitatus est in mari
duo milia, & suffocati sunt in mari. Qui autem pasc
bant eos fugierunt, & nunciauerūt in ciuitatem, &
agros. Et egreßi sunt videre quid esset factum, & ve
runt ad Iesum, & viderunt illū qui à Dæmonio vexab
tur sedentem, vestitū, & sanæ mentis, & timuerunt.
narrauerunt illis, qui viderant qualiter factum esset*

i Dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare eum
perunt, vt discederet de finibus eorum. Cumque a-
nderet nauim, cœpit illum deprecari, qui à Dæmonio
xatus fuerat, vt esset cum illo, & non admisit illum.
d ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & nuncia il-
quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Et
jit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta sibi fecis-
Iesus, & omnes mirabantur. Laus tibi Christe.

is expletis, Exorcista accedat ad obsessum, & signando ipsum in fronte dicat.

HEl ✠ Heloym ✠ Heloa ✠ Heheye ✠ Thetragramaton ✠ Adonay ✠ Saday ✠ Sabaoth ✠ Sother ✠ nanuel ✠ Alpha & Omega ✠ Primus & nouissimus Principiũ et Finis ✠ Agyos ✠ Yschiros ✠ Otheos ✠ hanatos ✠ Agla ✠ Iehoua ✠ Homousiõ ✠ Ya ✠ Christus vincit ✠ Xp̃s regnat ✠ Christus imperat ✠ Increatus Pater ✠ Increatus filius ✠ Increatus Spiritus S. ✠ sus ✠ Xp̃s ✠ p̃ signũ ✠ crucis de inimicis nostris, etc.

CONIVRATIO.

EGo vos coniuro ✠ et adiuro, contestor, et exorcizo per diuinitatem, increationem, immensitatẽ, æternitatem, gloriam, maiestatem, immortalitatem, imsibilitatem, immutabilitatem, incomprehẽsibilitam, potentiã, iustitiam, clementiam, sapientiam, pulitudinẽ, humilitatem, misericordiã, benignitatem, nitatem, sanctitatẽ, gratiam, influentiam, et humaatẽ potentissimi, et corroboratissimi Dei viui omnientis, cui oẽs obediũt creaturæ, et per admirabilem nderationem Dei, quam habuit ab æterno, vt suum mitte- Epitheta Dei.

mitteret filium Iesum Christum, per quem seculũ saluabitur. Iterum coniuro ✠ & adiuro vos, contestor, & exorcizo per vnum patrem, per vnum filium, per vnum Spiritum sanctum, per vnam Trinitatẽ, per vnam vnitatem in Trinitate, per vnum incarnationis verbi mysterium, per vnum omnipotentem, per vnum æternum, per vnum immortalem, per vnum impaßibilem, per vnum incomprehensibilem, per vnum incorruptibilem, per vnum omnium conditorem, per vnam Christi natiuitatem, per vnam Christi circumcisionem, per vnum baptisma, per vnam Christi mortem, per vnum Christi descensum ad inferos, per vnam Christi resurrectionẽ, per vnam Christi Ascensionem in cœlum, per vnam orthodoxam Ecclesiam, per vnã fidem Catholicam, per vnum diem nouißimum, per vnam Christi Crucem, vt sine mora recedatis ab hac creatura Dei. N. eo modo, & conditione, vt superius vobis sæpè mandaui, sine nocumento sui, & omnium Christianorum: & faciatis taliter, vt poßim scire quæ quæram, alioquin per omnia supradicta strictißimè, & potentißimè, auctoritate domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, ex nunc mando, & impero Lucifero, & omnibus furijs infernalibus, vt statim, & sine mora contra vos insurgant, & irruant, et in stagnum ignis, et sulphuris, et in profundum abyßi indispensabiliter præcipitent, ligent, et affligant. Amen.

Per vnã Christi mortẽ, &c.

CONIVRATIO.

ITerum coniuro ✠ et adiuro vos spiritus per omnia supradicta, et per omnia, quibus fugari poteßis, au-

ctori

pritate domini nostri Iesu Christi NaZareni cruci-
ci, vos supradictos nefandissimos, et abominabiles
piritus, qui hanc creaturam Dei occupare, et mole-
re vestra obstinata rebellione non cessatis, et indisso-
biliter vos constringo per maiestatē ipsius, cuius pul-
critudinem sol, et luna admirantur, ira domini super
s descendat. Coniuro vos ✠ per sanctissimam Trini-
tem Patrem, Fi✠lium, et Spiritum ✠ Sanctum, et
r potestatem eorum ✠ et per sapientiam eorum ✠ et
r imperium eorum ✠ et per vnitatem Dei viui, et
mini nostri Iesu Christi ✠ et per annūciationem su-
n ✠ et per circumcisionem suam ✠ et per sacrum
ptismum suum ✠ et per prædicationem suam, ✠
per doctrinam suam ✠ et per pœnas suas ✠ et per
ucem ✠ in qua crucifixus fuit ✠ et per clauos cum
ibus affixus fuit in cruce ✠ et per coronam spineam,
am in capite suo portauit ✠ et per lanceam. Qua la-
s eius apertum fuit ✠ et per sanguinem, et aquam
æ de latere eius exiuit ✠ et p sanctissima verba scri-
a in cruce, scilicet Iesus NaZarenus Rex Iudæorum.

Coniuratio per clauos, coronam, lanceam.

CONIVRATIO.

COniuro ✠ vos per mortem Christi, et per resur-
rectionem eius, et per apparitionem eius, et per sa-
um corpus eius, et per sacrā animam eius et per sacrū
piritum eius, et omnia bona opera eius, et per oīa quæ
i, et cogitari possunt de Creatore omnium creatura-
m, et per tremendū diem Iudicij, ꝙ statim recedatis
hac creatura Dei. N. sine nocumento sui, et omnium
hristianorū. In nomine Pa✠tris, et Fi✠lij, et Spiri-
s ✠ sancti. Amen.

Hic

De vsu Rutæ benedictæ.

Hic Exorcista accipiat Rutam benedictam benedictione propria, posita infra, & illam supponens naribus obsessi, dicat.

CONIVRATIO.

PEr ipsum te exorcizo,† adiuro & contestor quem in monte tentasti, & dixisti. Si filius Dei es, mitte te deorsum, & dic vt lapides isti panes fiant. Per ipsum te exorcizo † & adiuro, qui locutus est ad te, dicens. Vade Satana, non tentabis dominũ Deũ tuũ, sed ipsum adorabis & illi soli seruies. Adiuro te † per omnes Apostolos Christi. Adiuro te † per omnes Martyres Christi, † per omnes Cõfessores Christi † per omnes Virgines Christi, † per omnes ministros Christi. Adiuro te † per crucifixũ Saluatorẽ † per Michaelẽ, Gabrielẽ, & Raphaelẽ Adiuro te per tremẽdũ diẽ iudicij † per resurrectionẽ Saluatoris per Patriarchas, & Prophetas † per principẽ Apostolorum sanctorũ Petrũ. Adiuro te † per Deum Abrahã, Isaac & Iacob, per crucem † domini, per Pa † trẽ, per Fi † liũ & Spiritum † sanctũ. Spiritus immũde, miserrime tẽtator, fallax, pater mendacij, haretice, fatue, bestialis, furiose, tui creatoris inimice, luxuriose, insipiens, crudelis, iniq; prodo, bestia, serpens, & sus macra, famelica, & immũdissima, bestia aeruginosa, bestia scabiosa, bestia truculẽtissima, bestia oĩm bestiarum bestialissima, eiecte de Paradiso, de gratia Dei, de loco inenarrabili, de consortio, & societete Angelorum, creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum ob superbiam, & nequitiam tuam scelerate, & nefande, maledicte, & excommunicate, blaspheme, damnate, atque damnande, vt amplius non habites in hac creatura Dei. N. Amen.

Coniuratio per principẽ Apostolorum.

Diabolus sus macra, famelica, eruginosa, bestia scabiosa.

CONIVRATIO.

COniuro † te Spiritus maligne ex parte Sanctæ Dei genitricis semperq; virginis Mariæ, & sui filij christi.

ßimi, & per benedictū lac, quo ipsum nutriuit, & per nedictū velū, in quo inuoluit eum, quatenus Spiritus ligne, cum socijs tuis recedas ab hac creatura Dei. N. iuro † vos per Patrē, & Filiū, & Spiritū sanctum, & r sanctā Trinitatē, & per genitricē Dei inuiolatā Maam, et per nomē Alpha, & Omega, Primum, & nouißiū, principiū, & finem, Emanuel, Adonay per Sabaoth gnum nomen Dei. Coniuro † vos per incarnationem, natiuitatem Dei. Coniuro † vos per Angelos, & Archgelos Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, tutes, Cherubin, & Seraphin, Apostolos, & Euangeas, per omnes Sanctos innocentes, per Martyres & nfessores, Virgines, & viduas, & per omnes Sanctos, Sanctas Dei. Coniuro † vos per Filium Dei viui, in cruce suspensus fuit pro nobis peccatoribus, per illum, qui venturus est iudicare viuos & mors, & seculum per ignem. Coniuro † vos per Matum, Marcum, Lucam, & Ioannem, per vndecim mil. Virginum, quia Christus vincit, Christus regnat, ristus imperat, Amen. Coniuro † vos per bonitas Christi † per annunciationem Christi. † Per circisionem † Per apparitionem † Per Baptismum † eius mirabilia † Per tentationem Christi † Per huitatē eius, qua pedes suorum discipulorum lauit † Per ionem Christi † Per coronam spineam Christi † Per um, quo potatus fuit † Per lanceam, qua perforafuit † Per sanguinem & aquam, quæ de latere Chrixiuit † Per inuocationem, qua Christus in cruce pens clamauit dicens. Hely, Hely Lamazabatani † Per lchrum Christi: per sudarium, quod fuit circa coreius, † Per potentiam Christi, qua resurrexit à mor. † Per totā curiam cœlestem, & per virtutem omnisanctorum vos coniuro, † quòd immediatè sine moecedatis ab hac creatura Dei. N. sine nocumen, & faciatis taliter, vt poßim scire veritatem. In

nomine

Coniuratio per lac & velū S. Mariæ.

Coniuratio per vndecim millia virginum.

Per humilitatem Christi.

Per sudarium Christi.

nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus sancti, Amen

Hic interroga de nomine, de socijs, de exitu, & de omnibus alijs concernentibus ad liberationem obsessi, postea sic sequere.

CONIVRATIO.

ITerum fortius, & districtius coniuro ✠ adiuro, exorcizo, cogo, & constringo vos omnes, & nefandissimos & Dei rebelles spiritus immundissimos dignos vestrorum immensorum, nefandissimorum scelerum, aeternique, & infernalis ignis, & vobis plenis omni superbia rebellione, falsitate, abusione, spurcitia, & dolo strictissimè impero, & mando per potentissimum, et corroboratissimum nomen Dei El, forte et admirabile, atque impero per eum qui dixit, et facta sunt, et per omnia ipsius nomina. Per ipsum te coniuro, ✠ per quem N liberatus fuit cum tota sua familia ab aquis diluuij. per eum te coniuro ✠ per quem Isaac liberatus fuit occisione patris sui Abrahæ. Coniuro ✠ vos supradictos Dei rebelles, ac viriliter impero per illum, quem Iacob audiuit secum luctantem, et liberatus fuit de manu Esau fratris sui. Coniuro ✠ atque viriliter impero vobis supradictis spiritibus Dei rebellibus per Deum sanctum quem Moyses in monte Oreb audiuit, et meruit loqui cum ipso, et eum audire in flamma loquentē. Per ipsum te exorcizo ✠ quem Moyses nominauit, et omnes aquæ fluminum, et paludum in terra Aegypti versæ sunt in sanguinem, et computruerunt. Et per illum te ✠ adiuro, quem Moyses nominauit, et omnes fluuij ebullierunt ran

Per eum qui dixit, & facta sunt.

Coniuratio per miracula Moysis.

anæq; ascenderunt in domos AEgyptiorum omnia de-
ruentes. Per eum te adiuro ✠ quem Moyses nomina-
it percutiens pulverem terræ, et factæ sunt cimices in
mnibus iumentis AEgypti, ipsos grauando, et mole-
ando, per ipsum te coniuro ✠ quem Moyses nomina-
it, et grauis pestis percußit omnes asinos, boues et ca-
elos, et mortui sunt. Coniuro ✠ vos per Deum, per
uem Moyses tulit cinerem, et illum sparsit in aërem,
factæ sunt vulnera versicarum in hominibus, et iu-
entis in omni terra AEgypti. Per ipsum te exorcizo ✠
uem Moyses nominauit, et fuit grando talis, qualis nō
it ab initio mundi vsque ad præsens tempus, ita quòd
mines, et iumenta quæ erant in agris ceciderunt,
mortua sunt. Per ipsum te adiuro ✠ quem Moyses
minauit, et fuerunt locustæ, et apparuerunt super
ciē terræ, et deuorauerunt quæ residua fuerunt gran-
i. Coniuro vos ✠ per illum, quem Moyses nominauit,
tenebræ factæ fuerunt horribiles tribus diebus, et
bus noctibus. Et per eum, quem Moyses nominauit, et
nia primogenita AEgypti perierunt. Per ipsum te
iuro ✠ quem Moyses nominauit, et totum populum
aëliticum de captiuitate potenter liberauit.

CONIVRATIO.

Coniuro ✠ vos, adiuro, contestor, exorcizo, atque
viriliter impero supradictis spiritibus Dei rebelli-
per Deū, quē Moyses nominauit, et mare obediuit,
iuisum est, et interierunt omnes currus Pharaonis.
illam potentiam coniuro ✠ vos, per quam percussæ
petræ, et innumerabiles aquæ emanuerunt, per

quam etiā interierunt omnes exercitus Pharaonis. Pe
ipsum te adiuro ✠ quem Moyses in monte Sinay audi
uit, & meruit tabulas manu ipsius scriptas de manib
eius accipere. Coniuro ✠ vos, adiuro, atq; viriliter im
pero vobis supradictis spiritibus Dei rebellibus per eum
per quem Iosue pugnauit cum inimicis suis, & habu
victoriam. Et per illum quem sanctus Dauid nominaui
& liberatus fuit de manibus Goliæ. Coniuro ✠ vos pe
eum, quem Elias exorauit, vt non plueret super facie
terræ, & non pluit per annos tres, & menses sex, & it
rum orauit, vt plueret, & cœlū dedit pluuiam, & ter
dedit fructum suum. Adiuro vos ✠ per illū, quem Elise
nominauit, & suscitauit filium Sunamitis. Et per ill
per quem Hieremias præsciuit captiuitatem Ciuita
Hierusalem. Et per illū, per quem Daniel destruxit B
& draconem interfecit. Coniuro vos ✠ per illum, qu
tres pueri in camino ignis stantes nominarunt, & li
rati sunt illæsi, & per omnia nomina omnipotentis D
viui, & veri, qui vos de cœlo, & excelso throno ves
culpa eiecit vos vsque ad infernale locum ex parte
præcipito, & condemno, Amen.

CONIVRATIO.

Coniuro vos ✠ contestor, & exorcizo, adiu
atque viriliter mando, & impero supradictis sp
tibus Dei rebellibus per eum, qui dixit, et facta s
Per visionem Ezechielis. *cui obediunt omnes creaturæ, et per tremendum d*
iudicij summi Dei, et per quatuor animalia circa se
maiestatis Dei gradientia, oculos ante, et retro ha
tia: et per illum sanctam æternitatem quam Deu

...et, & per nomina, quæ dicuntur de filio Dei, & per ineffabilem ipsius Creatoris virtutem, & omnipotentiam, & per summam sapientiam ipsius omnipotentis Dei, & per sanctißimum nomen eius, per quod timet, & tremit omne seculum, quod est Iesus. Et per nomen chorosAngelorum, vt incontinenti sine aliqua simulatione, fallacia, sine stridore mecum loquamini nil mentiendo, nil lædendo, sed potius iußionibus meis obediendo, quæ præcipiam diligenter adimplendo, & sicut per nomen Dei quod Moyses nominauit, absorpti fuerunt auernis abyßi Dathan, & Abyron; sic in virtute illius sanctißimi nominis maledico vos, & vsque in profundum abyßi vsque ad diem iudicij proijcio, & relego. Amen.

Per nouem choros.

...c Exorcista habeat incēsum benedictum propria benedictione, & proijciendo ipsum in ignem similiter benedictum dicat.

Vsus incensi benedicti.

Oratio.

Adonay, Saday, Eloym, per inuocationem sanctißimi nominis tui domine sancte pater omnipotens æterne Deus, dona nobis auxilium tuum super fumum ...us incensi, vt sit in nostro adiutorio ad expellen... spiritus istos maledictos, qui hanc imaginem, & similitudinem tuam detinent. Sicut ascendit fumus ...atum in conspectu tuo domine IESV Christe, ...mus huius incensi torqueat, inflammet, & expel... supradictos nefandißimos, & abominabiles spiri... & per omnes virtutes cœlorum dona nobis, ne ipsi ...gni spiritus amplius vllam habeant potestatē super

creaturam istam. N. precioso sanguine tuo redemptam Qui viuis, & regnas in secula seculorum, Amen.

EXORCISMVS.

ITerum *exorcizo ✠ vos per potentissimum, & corroboratissimum Deum, atque impero vobis supradicti spiritibus Dei rebellibus per eum, quem Enoch, & Helas nominabunt ad pugnandum contra Antichristum*

Per futuram pugnam cum Antichristo.

& per eum, qui præcipitabit vitium vniuersæ terræ i monte sancto, & per illum per quem angeli ad hoc co stituti (corporibus, & tubis assumptis) terribile iudici sonitu tubæ mundo insonabunt. Per eum vos coniuro per quem angeli clamabunt dicentes. Surgite mortu venite ad iudicium, ad quorum vocem omnes mort boni, & mali in momento oculi resurgent. Et per illum per quē iusti resurgent, & mox ab angelis in aëre rap entur, semper cum domino regnaturi. Et per eum, p quem omnes, qui vitales spiritus receperunt, resuscitabuntur ætate plenitudinis Christi. Et per illum, q

Omnes resuscitabuntur ætate plenitudinis Christi.

de eadem materia reformabit idem corpus, cui omn integritas aderit, & decor, quamuis vnumquodq corpus, vel membrum Deus in suum locum decente restaurabit. Per ipsum te coniuro ✠ per quem omn montes humiliabuntur, & colles, & valles omnes im plebuntur, & erit omnis mundus æqualis. Et per illu in quo sol, & luna obscurabuntur, & stellæ cadent cœlo. Coniuro ✠ vos per illum, qui venturus est ad iu dicium, sicut Imperator ingressurus ciuitatem coro coronatus, & omnia insignia proferuntur, per quæ a uētus ipsius cognoscitur, ita dominus cum omnibus su

Mundus post aduentū Christi sine montibus.

ordi

dinibus Angelorum veniet ad iudicium, & angeli præ-
unt: & tunc omnia simul turbabuntur in tempestate Tuba vltima, turba vltima,
nis, & fulguris maximis vndique ferientibus, vt dici-
r in Psalmo. Ignis ante ipsum præcedet, & in circuitu
us tempestas valida, & tunc pugnabit pro eo orbis ter-
rum contra insensatos, & peracto iudicio, Diabolum
m omnibus impijs suis viriliter, & potenter, in carce-
m, & in stagnum ignis, & sulphuris præcipitabit,
se verò cum electis suis omnibus cum triumphali glo-
a in cœlestem patriam reuertetur.

CONIVRATIO.

Coniuro ✠ vos spiritus supradictos Dei rebelles per
potentiam Dei, qua sicut ipse fecit olim aquas di-
uij mundo præualere, & super omnes montes per
uindecim cubitos inundare, ita faciet ignem mundo
æualere ardentem. Coniuro, ✠ contestor, exorcizo,
viriliter vobis impero supradictis spiritibus Dei re-
llibus per nomen Dei viui, veri, & sancti, & per o-
nipotentiam eius, per quam ipse secula purgata faci- Per purgationem seculi.
permanere, vt dicitur in Psalmo. Mutabis eos, & mu-
buntur. Coniuro ✠ vos, & vobis impero, ac potenter
nstringo per omnia nomina Dei terribilia, & opera
æ supra dixi, & facturus est, & per sanctißimam
dem suam, atque beatitudinem in qua gloriosè viuit, Per sedē Dei.
gnat, & imperat, atque regnaturus est in secula se-
lorum. Amen.

CONIVRATIO.

Iterum coniuro vos supradictos spiritus Dei rebelles
per nomina Dei Heloym ✠ & Heloa ✠ vt statim re-

spondeatis, & obedientiam porrigatis mihi, & sin
dilatione aliqua recedatis, alioquin in virtute, & pe
virtutem sanctorum Dei nominũ, in stagnum ignis, &
sulphuris vos præcipito. & æternaliter condemno. Amẽ
Coniuro ✠ vos supradictos spiritus Dei rebelles per po
tentissimum, & corroboratissimum Deum, per fortem
& admirabilem, & inuisibilem Deum, & per hæc san
cta Dei nomina Tetragramaton ✠ Alpha ✠ & Ome
ga ✠ Iehoua ✠ Agla ✠ vt mihi respondeatis, et obedien
tiam porrigatis, & sine dilatione aliqua recedatis, alio
quin in virtute, & per virtutem sanctorum Dei nomi
num in stagnum ignis, & sulphuris vos æternaliter con
cremandos præcipito, atque condemno vsq; in diem iu
dicij. Amen. Coniuro ✠ vos, & vobis præcipio per do
minum Deum nostrum, qui dixit per Prophetas, Eg
occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sana
bo, & non est, qui possit de manu mea eruere, vt reced
tis statim eo modo, & ea conditione, vt sæpè superius v
bis iniunxi, alioquin in virtute, & per virtutem sanct
rum Dei nominum vos condemno, vt supra sæpè sente
tiatũ est. Coniuro vos ✠ per gratiã Spiritus sancti p
racleti, & per obedientiam Isaac, qui patri suo fuit ob
diens vsque ad mortem, vt statim mihi respondeatis,
obedientiam porrigatis, et sine dilatione aliqua faci
tis quæ vobis præcipio, alioquin in virtute, et per virt
tem sanctorum Dei nominum vos in stagnum ignis,
sulphuris æternaliter concremandos præcipito, atq
condemno vsque in diem Iudicij. Amen. Coniuro ✠
per tres pueros existẽtes in camino ignis, scilicet Sidr

Mis

isac, & Abdenago, per nomina Christi, per tremendũ iem iudicij, per ineffabilem Deum, qui est Creator omnium rerum, per septem candelabra, quæ in dextera ei sunt, per quinque vulnera Christi, per clauos Chri-
i, per sudorem, & sanguinẽ Christi, per Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, per mortem, et pulturam Christi, vt statim recedatis ab hac creatu- Dei. N. Coniuro vos spiritus Dei rebelles per suffragia rophetarum, per merita Apostolorum: per victoriam artyrum, per fidem confessorum, per castitatem Virnum, per intercessionem omnium sanctorum, & santarum, atq; electorum Dei, vt statim recedatis ab hac eatura Dei. N. Coniuro ✠ vos spiritus, & vobis præcio, potenter adiuro, & constanter exorcizo ac viriliter pero per circumcisionem, & sanctũ ieiunium Chri-, per baptismum, & passionem Christi, per resurreionem, & admirabilem ascensionẽ Domini nostri Iesu hristi, per sepulturam Christi, per panem quem fre-, & dedit discipulis suis in cœna dicens. Accipite, & anducate. Hoc est enim corpus meum. Et per vinum od posuit in calicem dicens. Accipite, & bibite ex hoc nes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui vobis effundetur in remissionem peccatorum. Et per um amorem, quo ardebat Virgo Maria in amore Iesu Christi, & per dilectionem, quæ est inter Christum, & Ecclesiam, vt statim ab hac creatura Dei. N. recedatis.

Per septem candelabra.

Per amorem Mariæ.

CONIVRATIO.

Coniuro ✠ vos spiritus Dei rebelles, quibus data est potestas super istud corpus, & super omnia alia corpora per Pa✠trem, & Fi✠lium, & Spiritum ✠ sanctum, ✠ & omnes sanctos Apostolos Dei, Cardinales, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Exorcistas, Ostiarios, & Lectores, & per magnum nomen Dei Hel✠ vt mihi respondeatis, & obediatis, & quæ præcipio diligenter adimpleatis, vt statim recedatis ab hac creatura Dei. N. alioquin in virtute, & per virtutem sanctorum Dei nominum in stagnum ignis, & sulphuris vos æternaliter concremandos præcipito, & condemno vsq; in diem iudicij, & statim, & sine mora tanquam deuicti, & fugati, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, & potestate ipsius recedatis ab hac creatura Dei. N. sine nocumento sui, & omnium Christianorum, & faciatis taliter, vt possim scire veritatem, & eatis ad locum desertum, vbi nullam creaturam deinceps molestare possitis, omni mora postposita, & hanc creaturam Dei, quam tanto tempore molestastis, amodo relinquatis in sua pristina sanitate, & nunquam ipsam deinceps molestare valeatis. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti, Amen.

Per Cardinales, Episcopos.

Explicit Exorcismus quartus.

EXORCISMVS QVINTVS.

Aduersus Spiritus immundos.

xorcista indutus vestibus sacris pergat ad alta-, vel ante aliquam imaginem, præmissa (vt sæpius dictum est) sacramentali confessione, corde humiliato, & firmo, flexis genibus, se ipsum signando, dicat.

Ante imaginē exorcisandum.

IN *nomine sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitatis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti, Amen. Adiutorium nostrum in nomine Domini.* ℟ *Qui fecit cœlum & terram.* ℣. *Ostende nobis do-ne misericordiam tuam.* ℟. *Et salutare tuum da no-* ℣. *Adiuua nos Deus salutaris noster.* ℟. *Et ꝓpter glo- nominis tui domine libera nos.* ℣. *Nihil ꝓficiet ini-cus in nobis.* ℟. *Et filius iniquitatis non apponat no-e nobis.* ℣. *Fiat misericordia tua domine super nos. Quēadmodū sperauimus in te.* ℣. *Exurge Christe ad-anos.* ℟. *Et libera nos propter nomen tuum.* ℣. *Do-ne exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te iat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

DOmine Iesu Christe, qui dedisti Apostolis tuis virtutem, & potestatem super infirmos, & languo- vt infirmos curarent, mortuos suscitarent, leprosos

mundarent, Dæmones eijcerent, confirma in me hanc gratiam, quamuis indignus, & miser peccator sim, & non respicias ad innumerabilia peccata mea, sed sicut consueuisti peccatorum misereri, & preces humilium exaudire, propter magnam misericordiam tuam ita me nunc exaudire digneris, & sicut exaudisti latronem in cruce, ita me nunc exaudire digneris clamantem ad te contra istum spiritum vexantem hunc famulum tuum, N. vt in nomine sancto tuo terribili, ipsum expellere valeam. Qui cum patre, & spiritu sancto viuis & regnas in secula seculorum, Amen.

Hic Exorcista surgens ab oratione dicat sequentia Euangelia.

¶ *In principio erat Verbum, &c.* Quære sup. fol. 133.
In illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis, &c. Quære sup. fol. *156.*
In illo tempore. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Quære sup. fol. 158.

Postea dic infrascripta verba signando obsessum in fronte.

HEl ✠ Heloym ✠ Heloa ✠ Eheye ✠ Thetragramator ✠ Adonay ✠ Sabaoth ✠ Messias ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Agyos ✠ Yschiros ✠ Otheos ✠ Athanatos ✠ Agla ✠ Iehoua ✠ Ya ✠ Christus vincit ✠ Christus regnat ✠ Christus ✠ imperat ✠ Increatus pater ✠ Increatus filius ✠ Intreatus Spiritus ✠ Sanctus.

Ecce crucem ✠ Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda radix Dauid.

CON

CONIVRATIO.

Coniuro vos ✠ *spiritus* Dei *rebelles, qui hanc* Dei creaturam. N. *occupare, & molestare vestra obstina rebellione non cessatis per omnia supradicta, & omnia quibus in nomine* Iesu *cogi, vel constringi possis, maximè per Pa*✠*trem, per* Fi✠*lium, & per spiritum* ✠ *sanctum, qui residet in sublimi solio, & cuncta gubernat, & sua virtute, & sapientia disponit.* Coniuro ✠ vos per *potentissimum, & fulgentissimum nomen* Dei Hel, *& per ipsum* Deum, *qui in excelso throno sedet: vnus in essentia, & trinus in personis, à quo omnia tam in esse, quàm in cõseruari primordialiter dependent tãquam à vero creatore, & conseruatore cunctorum.* Coniuro ✠ *vos per omnem gloriam, & omnipotentiam* Diuinæ *maiestatis eius, & per quatuor animalia, quæ in circuitu eius existunt, & per sedem diuinæ maiestatis, & per septem candelabra aurea ante thronum* Dei *existentia, & per vigintiquatuor Seniores in conspectu* Dei *sedentes, qui quotidie non cessant clamare dicentes:* Sanctus, Sanctus, Sanctus *dominus* Deus Sabaoth, *quòd statim sine mora, sicut fluit cera à facie ignis, ita nunc fugiatis ab hac creatura* Dei *alioquin in virtute* Dei *patris, &* Filij, *&* Spiritus *sancti, auctoritate* Domini *nostri* Iesu Christi *Nazareni crucifixi per omnia supradicta, sit* Lucifer *ille spiritus nefandissimus cum omnibus subditis suis, & cum omnibus furijs, & pœnis infernalibus contra vos omni sua indignatione, & furia indignatus, & vos statim per omnia supradicta in stagnum ignis, & sulphuris, & in profun-*

Per 24. Seniores.

profundum abyßi vsq; in diem iudicij, tanquam crude-
lis minister Dei omnibus infernalibus pœnis excrucie
in secula seculorum. Amen.

CONIVRATIO.

ITerum coniuro ✠ vos spiritus supradictos Dei rebel-
les per hæc sanctißima nomina Dei Hel ✠ Heloym ✠
Heloa ✠ Adonay ✠ Saday ✠ Lux ✠ Tetragramaton ✠
Alpha, & Omega ✠ Meßias ✠ Sother ✠ Emanuel ✠
Sabaoth ✠ Sapientia ✠ Virtus ✠ Via ✠ Veritas ✠ Vi-
ta ✠ Agyos ✠ Otheos ✠ Yschiros ✠ Athanatos ✠ Prin-
cipium, & finis ✠ & per omnia alia nomina Deita-
nota, quàm ignota tam mortalibus creaturis, quà
immortalibus vos constringo, vt amodo non comprima-
tis, nec comprimere poßitis, nec lædatis, nec lædere poß-
tis, nec molestare, neq; vexare valeatis in aliquo etia
minimo hunc famulum Dei. N. sed protinus per omn-
supradicta ab eo fugiatis, sicut fugit fumus à facie ve-
ti, & sicut fluit cera à facie ignis, sic subitò, & imm-
diatè eo modo, & conditione, vt superius iniunxi rec-
datis. Et sicut per manus beati Iacob Zebedæi, Philet-
liberatus fuit à maleficiorum ligationibus Hermoge-
ita auctoritate dñi nostri Iesu Christi Nazareni cruci-
xi, vos supradictos nefandißimos, & abominabiles spi-
tus, qui hanc creaturam Dei. N. vexatis, & occupa-
& molestare vestra obstinata rebellione nõ cessatis co-
iuro, ✠ contestor, & potenter exorcizo, ac vobis vir-
ter impero, cogo, constringo, fugo, & expello vos oẽs
ritus supradictos Dei rebelles per omnem potẽtiam
Pa ✠ tris, per omnem sapientiam Dei Fi ✠ lij, & pe-
mi

Per ignota nomina Dei.

Per miracula Zebedæi.

nem virtutem Dei Spiritus ✠ sancti, quia Christus
ncit ✠ Christus regnat ✠ Christus imperat ✠ &
bis præcipio, quòd immediatè, tanquam deuicti, &
gati auctoritate, & potestate domini nostri Iesu
risti Nazareni crucifixi ab hoc famulo Dei. N. rece-
tis, eo modo, & conditione, vt superius iniunxi, & ad
um desertum vbi nullam creaturam Dei deinceps
lestare poßitis pergatis: omni mora, et occasione post-
sita, & hunc Dei famulum. N. quem tanto molesta-
amodo relinquatis in sua pristina sanitate, & nun-
am ad ipsum deinceps redeatis, nec molestare valea-
Alioquin per omnia supradicta strictißimè, & po-
tißimè, auctoritate, & potestate domini nostri Iesu
risti Nazareni crucifixi ex nunc mando, & impero
cifero, Beelzebub, Satanæ, & omnibus furijs infer-
libus, vt statim, & sine mora contra vos insurgant,
in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum a-
i æternaliter vos concremandos præcipitent, atq; in-
pensabiliter ligent, vos omnibus pœnis simul nulla
iciente, & vos Dei, & sanctorum nominum eius re-
es crucient, & affligant vsq; in diem iudicij. Amen.

CONIVRATIO.

Coniuro ✠ te Dæmon per illam venerandam an-
nunciationem, quam fecit Angelus Gabriel virgi-
Mariæ dicens: Aue Maria gratia plena dominus te-
. Et per illam humilem, atque prudentem respon-
em dicentem Angelo: Ecce ancilla domini, fiat mihi
ndum verbum tuum. Et per illam reuerentiam,
m fecit sanctus Ioannes Baptista domino nostro Iesu
Christo,

Christo, dum amboessent in corpore matrum. Et per
tiuitatem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, &
pannos, quibus fuit inuolutus, & per aquam in qua
mo baptizatus fuit, & per miracula, quæ apparuer
quando Christus natus fuit, & per annunciation
quam fecit Angelus Dei, pastoribus dicens: Annu
vobis gaudium magnum, quia natus est hodie Salu
mundi. Per circumcisionem Christi, per oblatio
virginis Mariæ, quando obtulit eum in templo, &
reuerentiam, quam fecit ei Simeon quando dixit: N
dimittis seruum tuum domine. totum: & per disp
tionem Iesu Christi, & per sanctum Baptismum
quando Ioannes eum baptizauit in Iordano flumin
per columbam, quæ tulit spiritum sanctum super c
eius, & per vocem mirabilem Dei viui dicentem:
est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacu
statim recedatis ab hac creatura Dei. N. & per hæ
mina Christi Agyos ✠ Sother ✠ Meßias ✠ Sab
✠ Emanuel ✠ Adonay ✠ Otheos ✠ Athanatos ✠ T
tragramaton ✠ Iesus ✠ Christus ✠ Heloym ✠
mousion ✠ Saluator ✠ Alpha, & ✠ Omega ✠
mogenitus ✠ Principium, & finis ✠ Via ✠ Ver
✠ Vita ✠ Virtus ✠ Paracletus ✠ Sapientia ✠ M
tor ✠ Agnus ✠ Ouis ✠ Leo ✠ Os ✠ Verbum ✠ Im
✠ Lux ✠ Gloria ✠ Sol ✠ Splendor ✠ Panis ✠ Fo
Ianua ✠ Sponsus ✠ Pastor ✠ Sacerdos ✠ Prop
✠ Sanctus ✠ Omnipotens ✠ Misericors ✠ Deus
mortalis ✠ Rex Pacificus ✠ Oriens ✠ Charita
Mons ✠ Aeternus ✠ Creator ✠ Redemptor ✠ V
✠ S

substantia ✠ Bonitas ✠ Summum bonum ✠ Spes Fides ✠ Honor ✠ Spiritus ✠ Ischiros ✠ Flos ✠ Fi-s ✠ Primus, ✠ et nouissimus. Defende ergo Domine ...us famulum tuum. N. à Diabolo, et à spiritibus ...nibus eum vexantibus die, noctuqúe, et omni hora ...i, et noctis per tua sanctissima nomina, et per tuam ...sericordiam præsta quæso. Fili Dei viui miserere no-...et famulo tuo. N. vexato à Diabolo, et à spiritibus ...mundis, qui dixisti: Petite, et dabitur vobis, pulsate, ...perietur, quærite, et inuenietis, nunc peto, pulso, et ...ro. Et sicut promisisti in tuo nomine, ita fiat tua ...plissima potentia, virtute, et misericordia, Amen.

CONIVRATIO.

Coniuro ✠ vos omnes spiritus, qui infestatis hanc creaturam Dei. N. cuiuscunque nominis sitis, et ...nes vobis fauentes cuiuscunque præsidentiæ sint, vt ...ister Domini nostri Iesu Christi habens plenam au-...itatem, libertatem, et potentiam, et vobis omni-... nunc strictissimè iniungo, mando, et impero per Dei nomina sanctissima Hel ✠ Heloym ✠ Adonay Saday ✠ Ya ✠ Iehoua ✠ Agla ✠ Emanuel ✠ Agyos Otheos ✠ Yschiros ✠ Athanatos ✠ Alpha, et ...ega ✠ Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sa-...th, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, Sanctissima ...itas, vnus Deus Creator omnium, quòd statim im-...diate, remota omni causa, vos omnes spiritus hanc imaginè infestantes, et vexantes, et in ea habitan-... de quocunque loco vbicunque latitatis, recedatis, et

superius

Mandatum vt Dæmones ad linguã ascendant.

superius ad linguam ascendatis, non recessuri sine me licentia, & loquamini mecum veritatem de omni illo quod vos interrogare voluero apertè, & clarè, sic quod vos intelligam benè, & ex nunc vobis impero per omnia, quæ vos cogere, ligare, & affligere possunt, vt narretis mihi causam, quare super hanc creaturam Dei. N. venistis, & quare eam infestatis, deinceps obediendo mandatis meis omnibus. Alioquin per omnia supradicta, vos omnes spiritus, qui hanc Dei creaturam. N. inuasistis, in profundum abyssi proijcio, & ibidem vos potenter ligo, & religo indissolubiliter vsque ad vltimum diem iudicij indispensabiliter, auctoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi dicentis: Signa autem eos, qui in me credunt hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Et sicut ipsemet Deus verbum caro factum est, homo natus ex virgine Maria, & habitauit in mundo, verus Deus, & verus homo, vna persona, prædicans Euangelium salutis æternæ, sanans infirmos, & dimittens peccata, suscitans mortuos, ita per omnia supradicta ego, vt minister Dei Patris, & ✠ Filij, & Spiritus sancti vos coniuro ✠ adiuro, cogo, & viriliter constringo, vobis omnibus strictissimè impero, & mando, quòd in omnibus mihi obediatis verè & sine mora nunc & semper, Amen.

Exorcismus ligat Dæmones in abysso.

Hinc interroga de omnibus concernentibus ad Dæmonis expulsionem, & liberationem obsessi.

CON

CONIVRATIO.

Coniuro te ✠ Dæmon per illum, cuius natiuitatem Angelus Mariæ virgini annũciauit, quiq; pro nobis eccatoribus descendit de cœlis, et incarnatus est de Spiritu sancto, nascens ex Maria virgine, et homo factus st. Coniuro te ✠ Dæmon per eundem, qui vilibus indumentis indutus in præsepio iacere voluit: qui infantiles ecessitates sustinens vberibus virgineis lactatus fuit, astoribusq; nunciatus fuit, quique vt legem impleret rcumcidi voluit. Coniuro te ✠ Dæmon per eundem et, qui Magis (stella præuia) manifestum se fecit, in mploq; præsentatus in vlnis Simeonis excipi voluit, et Ægyptum fugit. Coniuro te ✠ Dæmon per eundem, i inuentus in templo in medio Doctorum fuit, et qui Ioanne baptizari voluit, in deserto quadraginta dieis, et quadraginta noctibus ieiunauit, et a Diabolo ntari voluit. Coniuro te ✠ Dæmon per eundem, qui catus ad nuptias aquam conuertit in vinum, quiq́ue cos illuminauit, surdos fecit audire, claudos ambula-, et qui infirmos propria virtute, & potestate sanat. Coniuro te ✠ Dæmon per illum, qui Dæmones è rporibus obsessi expulit: qui leprosos mundauit, mortuos suscitauit, cæco nato lumen restituit, super aquas cis pedibus ambulauit. Cõiuro te ✠ Dæmon per eundem, qui in monte Thabor coram discipulis suis transfiguratus est: et qui Cananæam pro filia sua rogantem audiuit: mulieremq; deprehensam in adulterio lacrymantem non despexit. Coniuro te ✠ Dæmon per eundem, qui publicanum ad pœnitentiam vocauit: Pe-

*trum lachrymantem suscepit, quiq; ex itinere fatiga-
tus corpus suum fame, & siti afflixit, & compatien
nostris calamitatibus lachrymatus est. Coniuro te ✠
Dæmon per eundem, qui Dæmoniacus, & potator vi
appellari voluit, qui indigentiam paupertatis sustinuit
quiq; cum Maria, & Martha ad monumentum Laza
ri defuncti plorauit, Lazarumq; ipsum quatriduanu
fœtentem è monumento excitauit: quiq; præuidens de
solationem Hierusalem fleuit. Coniuro te ✠ Dæmo
per eundem, qui dignatus est pedes discipulorum suo
rum lauare: & qui in cœna panem, & vinum suis sa
ctißimis verbis in corpus, & sanguinem suum conue
tit: & appropinquante termino suæ paßionis, vsque a
sudorem sanguineum ad patrem orauit: & à Iuda s
discipulo tradi, & osculari voluit. Coniuro te ✠ Dæ
mon per eundemmet, qui ab impijs derisus, & vincu
ligatus: & ad pontifices ductus: in concilio Iudæoru
accusatus, pugnis, & alapis in faciem demum cædi v
luit. Coniuro te ✠ Dæmon per eundem, qui sputis,
opprobrijs affectus, facie velari, colaphis cædi, pal
percuti, & varijs iniurijs blasphemari, ad column
nudus ligari, & pro nobis vsque ad sanguinem verb
rari voluit. Coniuro te ✠ Dæmon per eundem, qu
Pilato traditus fuit militibus: & ab eis veste purpur
indutus, spinis coronatus, arundine percussus, & ge
flexionibus subsannatus fuit. Coniuro te ✠ Dæmon p
eundem, qui Rex Iudæorum iustè nominatus, à Pila
iniustè iudicatus, & eius iussu flagellatus fuit: ve
purpurea exutus: ligno crucis oneratus, & cum latr*

Indigens vocatur potator.

ni

ibus deputatus. Coniuro te ✠ Dæmon per eundem, i vestibus proprijs coram omnibus exutus in cruce euatus: brachijs extẽsis, durissimis clauis in ea affixus, prætereuntibus ab ipsis summis Pontificibus blasphe-atus fuit. Coniuro te ✠ Dæmon per eundem, cuius la-a dulcissima, & melliflua aruerunt: faciemq́ illam am speciosam verberibus affectam, vt leprosam osten-, quiq́ pro suis crucifixoribus patrem exorauit, la-onem in cruce exaudiuit, Matrem propriam Ioanni mmendauit. Coniuro te ✠ Dæmon per eundem, qui iens felle, & aceto potatus fuit, quiq́ ad patrẽ suum gna voce clamans. In manus tuas commendo Spiri-m meum, dixit, qui venerandum illud caput suum linans, Spiritum emisit. Coniuro te ✠ Dæmon per ndemmet, qui precioso sanguine suo totum mundum lemit, quiq́ lancea in latere suo perfossus fuerat, quo sanguis, & aqua exiuit. Coniuro te ✠ Dæmon eundem, qui de cruce vespere fuit depositus, quiq́ in numento nouo sepultus, maxima cum virtute ad eros descendens portas æreas confregit, & potentia Diabolum vicit, & infernum expoliauit. Con-te ✠ Dæmon per eundem qui tertia die resurgens nortuis, Mariæ Magdalenæ, & discipulis suis ap-uit, & eis Spiritum sanctum infudit, die verò qua-gesima, illis videntibus, in cœlum ascendit, & post nquagesimum diem Spiritum sanctum Paracle-n in linguis igneis super illos misit, & per eundem, venturus est iudicare viuos, & mortuos, & te ma-cte Diabole, & seculum per ignem, vt statim

Faciem suam Christus vt leprosam ostendit.

exeas, et recedas ab hoc famulo Dei. N. cum omnib[us] iniquitatibus, maleficijs, incantationibus, ligaturis, facturis tuis, nunquam ad eum rediturus. Nec te lateat maledicte Satana, nec te lateat creatura damnata, reprobata, et maledicta à Deo in æternum propter nequitiam tuam, nec te lateat spiritus immunde vbicu[n]q[ue] latitas in corpore istius creaturæ Dei. N. imminere tibi diem iudicij sempiterni, diemq́ue qui venturus est vel[ut] clibanus ardens, in quo tibi, et omnibus Angelis tuis apostaticis æternus superueniet interius. Et ideo p[ro] tua nequitia damnate, atq; damnande da honorem D[eo] ✠ viuo, et vero, da honorem Iesu ✠ Christo Deo, et s[al]uatori nostro, da honorem Spiritui ✠ sancto paracl[eto] in cuius nomine, atq; virtute ego præcipio tibi imm[un]de spiritus, vbicunq; latitas in corpore istius. N. vt exe[as] et recedas ab eo, et nunquam de cætero ad ipsum [ac]cedas, quia istum DEVS, et dominus noster Ie[sus] Christus ad suam sanctam gratiam, et benedictione[m] fontemq́; baptismatis, dono suæ gratiæ vocare digna[tus] est, vt fieret eius templum per aquam regeneratio[nis] et remißionem omnium peccatorum, et per nomen [et] virtutem eiusdem Dei, et domini nostri Iesu Chr[isti] Qui venturus est iudicare viuos, et mortuos, etc.

CONIVRATIO.

Vrgeat ergo te dominus noster Iesus Christus filius, vrgeant te Angeli Dei, vrgeant te Arch[an]geli, vrgeant te Patriarchæ, et Prophetæ, vrgeant te [A]postoli, et Euangelistæ, vrgeant te Martyres, vrgea[nt te] Confessores, vrgeāt te virgines, vrgeant te omnes s[ancti]

et e[...]

electi Dei, deficiant ergo omnes artes, & insidiæ tuæ dies, & omnibus horis. Reddide ergo ô rebelles Dei fortitudinem, reddite animæ sanitatem, non tentetis, nec morti tradatis: non in esca, non in potu, non in locis vbi habitat, non superueniatis vigilanti, nec dormienti, nec noceatis, neque vocem suffocetis, nec impediatis quærentem vitam æternam. Recedite ergo per nomen æterni Dei à capite, à capillis, à vertice, à fronte, ab oculis, à lingua, à sublingua, ab auribus, à naribus, à collo, à maxillis, à dentibus, à gutture, à gingiuis, ab ore, à palato, à cerebro, à paniculis cerebri, à ciliјs, à supercilijs, à pupillis, à pedibus, à tibijs, à genibus, à cruribus, à partibus verecundis, à renibus, à lateribus, ab intestinis superioribus, & inferioribus, à femore, à ventre, à stomacho, à corde, à spatulis, ab humeris, à pectore, ab vberibus, à brachijs, à manibus, ab vnguibus, ab oßibus, à neruis, à venis, à medullis, à pulmone, à cõpaginibus membrorum suorum, de omnibus iuncturis, & à toto corpore ab omnibus partibus corporis, & de vestimentis eius intus, & foris, & de tota carne, de tota pelle, vbicunque latitatis, & latere poßitis, separare vos ab hac creatura Dei N. & sicut separauit dominus Deus cœlum à terra, lucem à tenebris, veritatem à mendacio, bonum à malo, sic sitis separati ab ista creatura Dei. N. immundißimi spiritus nunc, & semper. Per eum qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem.

Amen.

Explicit Exorcismus quintus.

EXORCISMVS SEXTVS.

Potentissimus, terribilis, & mirabilis efficaciæ ad effugandos spiritus immundos de obsessis corporibus cuius practica propriè spectat ad Sacerdotes.

Exorcista pugnaturus aduersus Dęmonem, seruato ordine præscripto in primo Exorcismo, flexis genibus deuotè dicat Psalmum.

M*Iserere mei Deus, secundum magna misericordiam tuam, &c.* Et Antiphonam. *Ne reminiscaris Domi delicta nostra, vel parentū nostroru neque vindictam summas de peccat nostris. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.* totum. *Et ne nos inducas in tentatione* ℟. *Sed libera nos à malo.* ℣. *Domine exaudi oratione meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

O *Altissime conditor, qui omnia simul creasti ex nihilo, qui diuidens cœlum, & terram, etiam m terminum posuisti, quem nemo præterire potest, qui elementis creaturas condidisti, & vnicuique propri*

virt

irtutem dare voluisti. Supplico ergo clementiam tuam
o peccator nomini tuo cōsignatus, & vnda baptisma-
i regeneratus, quòd sicut sanctis Apostolis tuis dedisti
testatem super malignos spiritus, & virtutes eorum,
sosque fugandi à corporibus hominum, ita nunc tua
ncta clementia, mihi licet indigno famulo tuo. N. præ-
are digneris dono tuæ gratiæ, virtutem fugandi istos
alignos spiritus ab hac creatura tua. N. virtute, & in-
catione tui sanctißimi nominis. Per Christum Domi-
um nostrum, Amen.

Oratio.

O Summa maiestas, & ineffabilis essentia, atq; Di-
uina sapientia Deitatis, Alpha, & Omega, carens
rincipio & fine, verbum sine tempore, cui omnia pos-
bilia sunt. O ineffabilis, & admiranda Deitas, ô sum-
a potestas, ô virtus altißima, ô cœlestium rerum mun-
creator, qui sedes in excelso throno, cœlorum altitu-
nem, & abyssos intueris, & omnia ante te præsentia
istunt, illumina nunc & semper, & sana dono tuæ
atiæ, & salutis hanc creaturam tuam. N. quam ad
naginem tuam formasti, & libera eam ab omnibus
queis malignorum spirituum, quibus quotidie alli-
itur, & ab omni infestatione, & molestia ipsorum,
uibus torquetur, sicut liberasti Dauid de gladio ma-
gno, & Ionam de ventre ceti, & Danielem de lacu
onum, & tres pueros de camino ignis ardentis, &
etrum de manu Herodis, & de omni expectatione ple-
is Iudæorum. Sic Domine Iesu Christe vnà cum Pa-
e, & Spiritu sancto, tua clementia immensa, et preci-

bus beatissimæ virginis Mariæ matris tuæ, et omnium sanctorum, et sanctarũ tuarum liberare digneris han creaturam tuam. N. sanguine tuo redemptam, et vnda baptismatis regeneratam ab omni vexatione malorum spirituum, libera nunc eam tua sancta virtute, et inuocatione, et da ei nunc, et semper perfectam fidem spiritus liberationis, et timorem tui, et amorem, quibus tibi semper seruiat, et abrenunciet Satanæ, et omnibus malignis spiritibus, et tua sancta medicina reducatur ad pristinum sanitatis statum. Per te qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas in secula seculorũ, Amẽ

Oratio.

DOmine Deus sancte Pater omnipotens, qui es Alpha, & Omega, hoc est principium, & finis, absq; principio, & fine, & quo viuens homo cognoscit: Rex summe & imperator excellẽs, q Deus es, Rex regum, & dominus dominantiũ, qui etiam es pius, & misericors clemens, benignus, gloriosus, & mirabilis in tuis sanctis mundum tenens manu tua, & omne, quod creatum est potestate tua conseruans, qui cœlorum contines firmamentum, qui thronos, & abyssos intueris, qui montes ponderas, terramqúe palmo concludis, qui fecisti spiritus Angelos tuos, & ministros tuos flammam ignis qui producis ventos de Thesauris tuis, qui percussisti primogenita AEgypti ab homine vsque ad pecus qui diuisisti lucem à tenebris: qui fecisti luminaria magna, Solem & Lunam Deus totius misericordiæ. Ego quidem. N. creatura tua sanguine filij tui redempta & vnda baptismatis regenerata, & seruus tuus quam

u

is indignus, & peccator miser sim, & insufficiens mei fragilitate, & defectu virtutis ad te recurro confidenter, velut ad tutum portum, & refugium singulare, Deum meum, & Dominum reuerenter, & misericorditer peto, & te humiliter supplico quantum scio, & valeo, vt nunc digneris me esse in tuo sancto seruitio, & mysterio huius artis, virtute omnium tuorum verborũ, nec tribuas mihi peccatori secundum peccata mea, secundum quod sum aggrauatus, & inuolutus mei temeritate, sed tu clemens, pius, & misericors, propitius, & benignus adesto mihi miserrimo peccatori, & miserere mei. Miserere mei Domine, cum plus sit tua misericordia, quàm omnia peccata, & scelera mea, quæ commisi à die, & hora natiuitatis meæ, vsque in diem, & horam præsentem, quam exprimere non possum, quare digneris me exaudire nunc, & semper, sicut dignatus es exaudire tres pueros in camino ignis ardentis, & sicut dignatus es exaudire Ionam Prophetam in ventre ceti, Petrum Apostolum ligatũ in carcere: & Mariam Magdalenam tibi veniam petentem de suis peccatis: & sicut dignatus es exaudire publicanum in templo, & sicut exaudisti preces matris tuæ ad nuptias: Latronem in cruce: Catharinam in tormento rotarum: sic tu dulcissime pater me exaudire digneris, & ostende nunc potentiam, & misericordiam tuam, quam confidenter imploro: & misericorditer concede mihi indigno peccatori seruo tuo donum gratiæ tuæ hoc, quod nunc à te posco cum cordis desiderio, qui dixisti, Petite, & accipietis, &c. Et alibi. Qui venit ad me non eijciam foras. Vnde

nunc à te quæro, vt in virtute tua, & dono gratiæ tuæ mihi peccatori seruo tuo indigno virtutem, & gratiam hanc misericorditer præbeas: & vt hos spiritus nefandissimos existentes in hac creatura tua. N. exeant ab omnibus partibus intus, & foris, audito nomine, & verbis tuis sanctissimis: expellereq́; valeam eos sine vlla contradictione, & rebellione in profundum abyssi, non rediturus amplius, sine læsione huius corporis, & nocumento omnium Christianorum, relinquentes ipsam in sua pristina sanitate: & exeant cum signo euidenti. Quod donum gratiæ tuæ concedatur mihi à te benignissime Iesu, qui solus cum Patre, & Spiritu sancto verus Deus, & Creator es. Et ego ne vitium ingratitudinis incurrere videar, te laudo, te adoro, te benedico, teq́; glorifico, nec non deuotissimè nunc, & in perpetuum seruiam. Per infinita secula seculorum, Amen.

Hic Exorcista surgat ab oratione, & dicat sequens Euangelium.

¶ Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Conuocatis Iesus duodecim Apostolis dedit illis potestatem, & virtutem super omnia Dæmonia, & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neq; virgam, neq; peram, neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis. Et in quacunq; domũ intraueritis ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunq; non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedũ vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi aũt circũibãt per castella euãgelizantes, & curantes vbiq;. Laus tibi Christe.

Oratio

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui in principio ex nihilo cuncta creasti, cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui nihil odisti eorum quæ fecisti, qui inquiris virtutes, & vitia fugas: ita fugare digneris hunc malignum spiritum circa hanc creaturam tuam N. existentem, quia verè credit in te, & in filium tuum verum liberatorem dominum nostrū Iesum Christum, & in spiritum sanctum à patre, & filio procedentem, & ego etiam pro ipsa credo in te, et in filium tuū verum liberatorem dominum nostrum Iesum Christum, et in Spiritum sanctum à patre, et filio procedentem. Amen. Pro alio credere in Christū.

Hic Exorcista alta voce, forti animo, & cum magna audacia inuehendo contra spiritum obsidentem, dicat.

CONIVRATIO.

AVdi immūdissime spiritus intellectualiter, exorcizo te per Deum Pa✠trem, per Deum Fi✠lium, per Deum Spiritum ✠ sanctū. Admoneo te, et tibi præcipio nefandissime spiritus, qui stas, et habitas in isto corpore, vel circa hoc corpus, per Deum omnipotentem creatorem cœli, et terræ, et per illam potentiam, quæ te de cœlo præcipitauit ob superbiam tuam, et per virtutem, et in virtute sanctorum nominum Dei, vt diuinis verbis, et nominibus sanctis, et omnibus verbis à me ꝓlatis, et alijs hic existentibus: necnon mādatis omnibus sine rebellione, et contradictione festinanter obedias cū effectu. Exurgat Deus, et dissipētur inimici eius, et fugiant, qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus

deficias Spiritus maligne, qui habitas in hac creatura Dei. N. vel circa, declina te ab hoc famulo Dei. N spiritus nequißime, & ipse scrutabitur mandata Dei sui. Irruat super te formido, & pauor in magnitudine brachij nominis Dei. Fiant viæ tuæ tenebræ, & lubricum, & Angeli Dei scilicet Michael, Gabriel, Raphael, & omnes alij Angeli Dei persequantur, & expellant te spiritus maledicte de hoc famulo Dei. N. sic quod ad eum nunquam redire valeas, & sit tibi interdictus deinceps, & omnibus spiritibus immundis. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen. Deus Pater tibi imperet, Deus filius te cogat, Deus spiritus sanctus, & tota Trinitas simul tibi præcipiat, qui habitas in hac creatura Dei. N. vel circa. Et ego tibi præcipio spiritus nequißime per hæc eius gloriosißima nomina scilicet Alpha, & Omega, Agla, Saday, Adonay, Agyos, Otheos, Yschiros, Athanatos, Sabaoth, Deus, Increatus Pater, Filius, & spiritus Sãctus, q; protinus absque læsione alicuius creaturæ viuentis, ab hoc famulo Dei. N. recedas tu maledicte Diabole, & eum sanum, vt prius inuenisti sine mora ipsum dimittas, & ad eum redire non valeas, nec aliter. Christus regnat ✠ Christus vincit ✠ Christus imperat ✠ tibi spiritui immundo, qui in corpore istius viri habitas. Et ego tibi impero nequißime Diabole per eius sanctißima nomina Tetragrammaton. Hel, Emanuel, Heloym, Paracletus, Deus, Immensus Pater, & Filius, & spiritus sanctus, quod festinanter audito verbo de hoc Famulo Dei. N. recedas, non obstantibus quibuscunque ligaminibus, quibus teneris

bi

hic, & nullam sibi læsionem inferas: sed eum sanum dimittas, vt quando ad eum tu nequißime perexisti. Nec ad eum redire valeas, vel alter. Et auctoritate domini nostri Iesu Christi te. N. ab isto spiritu immundo absoluo: & omnia vincula, & ligamina cuiuscunque conditionis, potentiæ, & virtutis existant, quibus spiritus iste tenetur in isto corpore dissoluantur, & confringantur per virtutẽ domini nostri Iesu Christi. Amen. Et sit deinceps tibi maledicte spiritus interdicta omnis via à Deo patre omnipotenti, & à domino meo Iesu Christo, necnon omnibus malignis spiritibus, cuiuscunq; virtutis, potentiæ, & conditionis existant. Per ipsum ✠ & cum ipso ✠ & in ipso ✠ Deo, & ꝑ hæc eius veneranda nomina Athanatos, Soter, Deus AEternus, Pater, & Filius, & Spiritus sãctus, auctoritate domini nostri Iesu Christi per oĩa quæ dixi, et sum dicturus tibi ꝑcipio vilißime, rebelle, nequißime, nefandißime, spurcißime, & immũdißime spiritus, à Deo maledicte, & à Virgine purißima Maria, & ab omnib. sanctis Angelis, et Archangelis, Thronis, & Dominationibus, Principatibus, & Potestatibus, & Virtutibus, Cherubin & Seraphin, à Patriarchis, et Prophetis, à Martyribus, Confessoribus, et Virginibus, et ab omnibus sanctis, et à cœlorum virtutibus gloriosis, vt in profundißimo inferni loco sis deiectus, relegatus, et submersus, et ab omnibus Dæmonibus acrius cruciatus nunc, et in æternũ diuino imperio. Amẽ. Et maledictio Dei patris omnipotentis, et Filij, et spiritus sancti, et ira, et indignatio omnium Angelorum, Archangelorum, Thronorum, etc. et omnium sancto-

sanctorum, & sanctarum Dei, *& totius curiæ cœlestis, et omniũ creaturarũ, statim sine mora cum furore maximo descẽdat super Luciferũ*, Beelzebub, Sathan, *et super oẽs principes Dæmoniorum, & non sit qui eis obediat, nec illos timeat, nec veneretur, sed omnes Dæmones contra illos statim irruat per virtutem, & in virtute omnium nominum omnipotentis* Dei, *si tibi nequissime spiritus in subsidium venerint deinceps, & sit omnis potentia tua, & virtus confracta per virtutem magni, & omnipotentis domini* Dei, *sic, & taliter, quòd non valeas deinceps habitare in isto corpore, non sit, qui tibi subsidium aliquod præbeat, sed omnes spiritus in quocunque loco existentes, sint deinceps contra te maledicte Spiritus, verbis, & nominibus diuinis rebelles, descendantque magni Angeli Dei in prælio petentes, sanctus Michael, sanctus Gabriel, & sanctus Raphael, & omnes superius nominati, qui, sicut diuino iussu omnes Dei rebelles de cœlorum sedibus gloriosis viriliter vsque ad exula loca deiecerunt, ita te expellant statim ab hac creatura Dei N. sine læsione ipsius, & omnium Christianorum nocumento, & terrore, & vsque ad inferni inferiorem locum potentissimè te prosternant, inde nullatenus exiturum, omnium Dæmoniorum superiorem coniurantes contra te, æternaliter in centuplo acrius solito te cruciaturum, per eum, qui diem statuit, & per omnia sanctissima eius opera, & omnes virtutes, & nomina. Amen.*

Incitantur Dęmones contra Dæmones.

CON-

CONIVRATIO AERIS.

Coniuro te ✠ aër per Deum patrem omnipotentem et filium eius vnicũ Dominũ nostrum, et spiritum sanctum Paracletũ, et per virginem Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi intemeratã, et incorruptam, et per illũ, cui obedisti, quãdo imperauit ventis et mari, et facta fuit tranquillitas magna, et per Angelos, et Archangelos, Thronos, et Dominationes, Principatus, Potestates, et Virtutes, Cherubin, et Seraphin, qui volarunt per te cantantes nato Christo. Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis: et per õẽs sanctos, et sanctas Dei, et per totam curiam cœlestem, et per oĩa merita et orationes omnium sanctorum Dei, et totius curiæ cœlestis, quæ quotidie fiunt ad Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei natum ex Maria Virgine: vt tu aër non habeas potestatem continendi aliquo loco istum spiritum maledictum, nequissimum, et nefandissimum, nec omnes fauentes sibi, sed ipsum à te reijcias, et omnes sibi fauentes, sicut beata Virgo Maria respuit omnem peccati labem, Amen.

Coniuratur aër, ne recipiat malignum spiritum.

Iterum coniuro te ✠ et oĩa, quæ in te, et de te viuunt, et in te manẽt per Deum patrem omnipotentẽ Creatorem cœli et terræ, et per sanctam Mariam matrẽ domini nostri Iesu Christi ✠ ✠ Et per sanctum Ioannem Baptistam, et per omnes Angelos, et Archangelos, Thronos, &c. et per omnes Patriarchas, et Prophetas per omnes Apostolos, et Euangelistas Dei, et per omnes discipulos Domini nostri Iesu Christi, et per omnes sanctos Martyres, Pontifices, et Confessores, Doctoresq;

resq; Dei, Monachos, & Eremitas, & per omnes sanctos Sacerdotes, & Leuitas Dei, & per omnes sanctas virgines Dei, & per totam cœlestem curiam, & omnes sanctas orationes, & deprecationes, quæ in ipsa fiunt quotidie, & per sanctum sacrificium, quod quotidie celebratur per totum orbem ad Dominum nostrum Iesum Christum, & per omnia illa, quibus in nomine Iesu Christi coniurari, & constringi potestis, vt hunc spiritum nequissimum, & rebellem Dei retinere non valeatis, nec fauentes sibi: Per eum qui venturus est iudicare viuos, & cætera.

CONIVRATIO TERRAE.

Coniuro te ✠ terra per Deum trinum, & vnum, & Iesum Christum Dominum nostrum, qui cõceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, & homo factus est, & pro nobis crucifixus, & in te sepultus, quem cognouisti, & cognoscendo tremuisti, & per sepulchrum eius gloriosum, quod in te aditum est, & per totam cœlestem curiam Dei altissimi, magni, & terribilis, et per omnes orationes, & deprecationes, quæ ibi quotidie fiunt, quòd retinere nullo modo valeas istum malignum spiritum, nec fauentes sibi, sed statim, & sine mora, non obstantibus quibuscunque ligationibus, quibus tenetur in isto vase, à te recedat sine molestia, et nocumẽto istius creaturæ Dei. N. et omnium Christianorum: O terra absorbe Diabolum istum Dei rebellem statim, et festinanter audito verbo, sicut absorbuisti Datham, et Abiron: et per potentiam omnipotentis DEI Creatoris tui, qui in te humanè habitare non dedignatus est,

Coniuratur terra per sepulchrum Christi.

Terra cõiuratur vt absorbat Diabolum.

ſicut cete eiecit Ionam de ventre ſuo, et non retinuit, itanon retineas, nec retinere valeas hunc malignum ſpiritum, nec fauentes ſibi cuiuſcunque conditionis, et virtutis exiſtant, niſi in loco turpiſsimo tui, id eſt in inferno inferiori, et ibi ſine fine permaneat cum omnibus ſibi fauentibus, Amen. O terra ſicut belua marina deglutiuit Ionam Prophetam, et retinere non valuit, ita tu per nomen, virtutem, et auctoritatem Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, et per hoc ſignũ ſanctæ crucis ✠ retinere non valeas hunc nequiſsimum ſpiritum, ſed ipſum deglutias, et abſorbeas ſtatim audito verbo, vt potenter mittatur in infernũ inferiorem, ibi perpetuò cruciandus in centuplo, et acrius ſolito vſq; ad diem iudicij extremi, nunquam exiturus, Amen. Iterum coniuro omnia, quæ in te ſunt, et ſtant, et in te, et in te viuunt terra per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Dei filium, et per glorioſam Virginem eius matrem, per ſanctum Ioannem Baptiſtam, &c.

Infernus eſt locus turpiſſimus terræ.

Vt ſup. ad hoc ſignũ, ✠ ✠ Poſtea ſic ſequere.

per ſepulchra, et omnia corpora omnium ſanctorum, et ſanctarum Dei, quæ te locata ſunt, et erunt. per veſtigia pedum Chriſti, et omnium ſanctorum diſcipulorum, quòd protinus dimittatis hunc nequiſsimum ſpiritum, et omnes fauentes ſibi, vt in infernum inferiorem redigatur, et nullatenus eam retinere valeatis, nec ipſe vobiſcum, nec in vobis morari poſsit, ſed fugiat ſicut puluis ante faciem venti, cum omnibus ſibi fauentibus, Amen.

Terra coniurãda per ſepulchra omnium ſanctorum & per veſtigia pedũ Apoſtolorum.

CONIVRATIO AQVAE.

Coniuro te ✠ aqua vbicunque sis magna, vel parua, per Iesum Christum Dei filium, cui te calcabilis suis pedibus præbuisti, verbisq; eius semper obedisti, et per virgam Moysis, ad cuius ictum populo Dei cessisti, et per sanctissimum sudorem Christi, et per aquam, quæ exiuit de eius latere à Longino percusso, et per sanctum Baptisma, quod de te fecit, et per sanctam Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi, et per omnes Angelos, et Archangelos, Thronos, &c. Et per omnes sanctos Patriarchas, et Prophetas, Apostolos, Euangelistas, et omnes sanctos Innocentes, Martyres, Confessores, Doctores, et Eremitas Dei, et per totam cœlestem curiam, et per omnes orationes, et deprecationes, quæ quotidie fiunt in cœlesti curia ad Dominum Deum, quòd retinere non valeas hunc nequissimum Spiritum, nec fauentes ei, sed ipse, et omnes sibi fauentes, de te festinanter expellantur cum furore, et impetu magno, sicut Christus expulit septem Dæmonia de corpore Mariæ Magdalenæ, vt ad infernum dirigatur in locum inferiorem, vbi maneat in perpetuum, et sit cruciatus acrius solito, Amen. Iterum coniuro ✠ te, et omnia, quæ in te sunt, et in te, et de te viuunt per Deum viuum ✠ per Deum verum ✠ per Deum altissimum ✠ per Sanctum nomen Agla, per Sanctum nomen Adonay, et per Sanctam Mariam Virginem gloriosam, et per Sanctos Angelos, Archangelos, Thronos, etc. quòd nullatenus retinere, nec continere valeatis hunc nequissimum Spiritum, nec ei fauentes, sed ipse festinanter

expel-

xpellatur, sicut Christus expulit septem Dæmonia de orpore Mariæ Magdalenæ, vt ipse, & omnes fauentes ibi dirigantur in locum inferiorem, vbi ipse cum omni- us fauentibus sibi maneat in perpetuum, & sit crucia- us acrius solito. Amen.

CONIVRATIO IGNIS.

Coniuro te ✠ ignis vbicunque sis, & permanes per dominum Deum patrem omnipotentem, qui ap- aruit Moysi in specie ignis, & qui liberauit tres pueros camino ignis ardentis, & per omnia sancta holocau- a, quæ in te facta fuerunt in laudem Dei omnipoten- , & per omnes Angelos, & Archãgelos, &c. quòd nul- tenus hunc spiritum retinere valeas, nec ei fauentes; d ad ignem immensæ flammæ, & diræ, id est, in infer- inferiori, audito verbo festinãter dirigatur sine mo- , & omnes ei fauentes, & exinde nullatenus exeat vs- e in diem iudicij, & in perpetuum crutietur acrius lito, & omnes fauentes sibi. Amen. Iterum coniuro ✠ nia quæ in te sunt, & permanent, & in te, & de te unt per dominum Deum patrem omnipotẽtem, qui paruit Moysi in specie ignis, & per illum, qui libera- tres pueros de camino ignis ardentis, & per sanctam ariam matrẽ domini nostri Iesu Christi, & per san- um Ioannem Baptistam, &c.

t supra vsq; ad finem illius coniurationis, i est istud signum. ✠ ✠

Coniuratio in genere omniũ quæ ex Elemẽtis constant rerum.

Coniuro ✠ omnia, quæ de quatuor elementis com- posita sunt, & quæ de ipsis viuunt, & quæ in ipsis t, & permanent, & in eis habitant in quocunque

loco, & in quacunque parte mundi ſint, per virtutem, et omnipotentiam magni Dei, omnipotentisq́; Filij eius, & Spiritus Sancti, & per ſanctum ieiunium, & vitam ſanctam, quam fecit Chriſtus in deſerto, & per abſtinentiam, & orationes, & omnia bona opera, quæ fecerunt oēs Sancti, & Sanctæ Dei, & per omnes Angelos, & Archangelos, &c. Et per omnia alia, quibus in nomine Ieſu poteſtis cōiurari, & ligari, vt protinus hūc nequiſſimum Spiritum Dei rebellem audito verbo à vobis expellatis, & potenter ducatur ad infernum inferiorem, ibi in perpetuum cruciandus acrius ſolito: exinde nunquam exiturus vſque in diem iudicij, cum omnibus ſeruentibus ſibi. Amen.

CONIVRATIO INFERNI.

O *Inferne, & ignis infernalis, & vos omnes pœnæ infernales, & principes, vos omnes Dæmones infernales audite, audite, & intelligite verba oris mei. Per illum te coniuro ✠ qui Lazarum quadriduanum mortuum fœtentē reſtituit ad vitam, cuius pauore perterritus contremuiſti, et omnia officia tua ſimul tecum ô inferne, conturbata ſunt, nec eundem Lazarum tenere potuiſti. O inferne, ét ignis infernalis, et vos pœnæ infernales, et vos Dæmones infernales, præcipio vobis potenter per illum, qui vos ſuo ſubiugauit imperio, et per eius potentiam, et virtutem, vt nobis obediatis auctoritate domini noſtri Ieſu Chriſti, et adimpleatis omnia noſtra mandata ſecundum omnem voluntatem noſtram audito verbo. Imperat tibi, ô inferne, ſancta Trinitas, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus,*

Infernus reſtituit Lazarum.

nobis obedias festinanter. Imperat tibi exercitus Angelorum, Archangelorum, &c. Imperat tibi Patriarcharum chorus. Imperat tibi Prophetarum numerus, vt audito, & intellecto verbo obedias omnibus præceptis meis cum effectu sine mora. Coniuro te ✠ inferne, & ignis infernalis, & vos pœnæ infernales, & vos omnes Dæmones cuiuscunque virtutis, & conditionis sitis, per illum, qui contriuit portas tuas, & vectes tuos cõfregit, & qui abstulit tibi omnes Sanctos Patres, & in te ligauit magnos Dæmones, & eos in te cruciari perenniter iussit: qui brachio diuinitatis, & potentiæ suæ omnium Dæmoniorum potentiam religauit, per Sanctam Mariam matrem domini nostri Iesu Christi, & per Sanctum Ioannem Baptistam &c. Vt supra. Et per tremendum diem iudicij, & per omnipotentiam totius Curiæ cœlestis, & per omnia verba, quibus tu inferne, & ignis infernalis, & vos omnes Dæmones infernales, & vos pœnæ infernales coniurari, ligari, & constringi potestis in nomine Iesu Christi, per illa omnia coniuro te principẽ inferni Luciferum, vt hunc nequissimum spiritum nullo relinquas, sed eũ trahere ad te, & venire facias festinanter, cum omni furia tua, et indignatione, et omnes fauentes sibi, non obstantibus quibuscunque liminibus, quibus in isto vase tenetur, sed omnia frangantur, et ad nihilum statim deueniant, et deficiant sicut deficit fumus cuiuscunque conditionis, & virtutis existant, per omnia, quæ superius nominaui. Et vos omnes Dæmones infernales, & pœnæ ignis infernalis, tu inferne irruite festinanter contra eum, et omnes

Lucifero mãdatur vt reuocet socium.

sibi fauentes, & eum durißimè mille millies magis soli-to cruciatibus cruciate, & vires, & pœnas tuas, ô infer-ne contra eum Dei rebellem potenter extende, statim nunc & semper, & eum festinãter ad te voca per illum, qui tuas portas contriuit. Amen.

Coniuratio omnium spirituum.

C*Oniuro vos ✠ omnes Spiritus maligni, & Dæmo-nes infernales, cœlestes terrestres, igneos aëreos, & aqueos, & omnes Spiritus omnibus orbibus, & sphæ-ris seruientes, & in ipsis, & in quocunq; loco habitan-tes, & omnes Spiritus maligni, vbicunque sitis, & habi-tatis ad vos, & contra vos perueniãt, & veniant poten-ter, & fortißimè omnes, meæ coniurationes, & vos o-mnes ambiant verba mea, & potenter affligant, & co-gant, per omnipotentiam magni Dei omnipotentis vel-le meum facere ad honorem, laudem, & gloriam ipsius Dei mei omnipotentis, & per ista Sancta nomina domi-ni nostri Iesu Christi, Thetragrãmaton, Adonay, Saba-oth, Heloym, Heloa, Meßias, Sother, Emanuel, Agios, Ischiros, Otheos, Athanatos, Sanctus, Immortalis, Ag-la, Iesus, Christus, Alpha, & Omega, Imago, Lux, Glo-ria, Sanctus, Omnipotens, Misericors, Deus, & per o-mnia ipsius Dei nomina, vt hunc spiritum ad vos tra-hatis festinanter, & eum in locum inferiorem inferni ire constringatis, & omnes sibi fauentes, vt nullus sit, qui sibi obediat, per tremendum diem iudicij, & per il-lum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & vos omnes Diabolos, & seculum per ignem. Et sicut Chri-stus fuit astrictus ad columnam, quando pro nobis mi-*

ris peccatoribus verberatus fuit acriter: & sicut fuit
oronatus, & crucifixus, ita tu nefandiss. me Spiritus sis
erberatus, tortus & flagellatus acriter, omnibus pœnis
nfernalibus subitò: & sicut velum templi scissum est in
uas partes à summo usq; deorsum, et petræ scissæ sunt,
monumenta aperta sunt, et multa corpora Sancto-
um, qui dormierant surrexerunt, et sicut terra tre-
uit, et mota est, ita tu Spiritus nefandissime contre-
iscas: et moueas te, et recedas, ab isto vase, et plasma-
Dei statim, et festinanter, non rediturus amplius nec
u, nec alij Spiritus ad hunc Dei famulum. N. et omnes
uentes sibi contremiscite, et mouete vos omnes, et re-
dite ab hac creatura Dei. N. audito verbo, per omnia,
uæ dixi, et nullo modo tu maledicte Spiritus valeas in-
rre pauorem, timorem, vel tremorem, nec nocumen-
um aliquod mihi, nec alicui creaturæ Dei hîc astanti,
l commoranti, nec alicui homini viuenti, nec alicui
eaturæ Dei viui habenti spiritum viuentem, sed dein-
ps recede, non obstantibus quibuscunq; ligaminibus,
ibus teneris in isto vase, et si aliquis obediat, vel faue-
tibi, vel plures sint, maledictio Dei Patris, et Filij, et
iritus sancti, et ira, et indignatio sanctæ Trinitatis, et
nnium Angelorum, Archangelorum, et totius Curiæ
cœlestis descendant super vos omnes fauentes, et obe-
dientes huic Spiritui Dei rebelli, et non sit,
qui ei obediat per Deum altis-
simi, Amen.

Hic interroga, vt supra dictum est, in aliĳs exorcismis, postea sic sequere.

CONIVRATIO.

S. Maria flagellum Dæmonum.

Coniuratio per lac S. Mariæ.

CONIVRO vos ✠ omnes Spiritus maligni ma-gni, & parui in potentia, & virtute vbicunque s-tis, & habitatis, & vobis potenter præcipio, & stri-ctissimè mando, & impero per eum Dominum Deu- meum omnipotentem, quem timetis, & quem vi-dere non potestis, & per Iesum Christum Dei filiu- & per Spiritum Sanctum Paracletum, & per virgi-nem Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi inte-meratam, & incorruptam, vestrum flagellum, & no-um adiutorium, & per suum corpus preciosissimum atque illæsum, & per eius purissimam virginitatem, & per omnia preciosissima eius membra, cum quib- gestauit Dominum nostrum Iesum Christum, & ani-mam eius omnibus virtutibus plenam, atq; perfectam & per suam potentiam magnam, quam habet sup- vos, & per lac preciosissimum, quo lactauit Domin- nostrum Iesum Christum DEI Filium, & per omn- Dei Angelos, & Archangelos, & beatorum Spiritu- ordines: & per omnes Apostolos, & Euangelistas, & per Sanctum Ioannem Baptistam, per omnes Sanct- Patriarchas, & Prophetas, Martyres, Confessores Virgines, & Viduas, & omnia magna nomina Dei me- omnipotentis, & Matris Filĳ eius Domini nostri Ies- Christi. Et per potentiam, & virtutem omnium coniu-rationum, ligationum, vinculorum, & mandatoru-

cuius-

uiuſcunque conditionis, & virtutis exiſtant, quibus liquo modo in nomine Ieſu Chriſti poteſtis coniurari, nſtringi, ligari, et fugari, cruciari, torqueri, vel ad œnas aliquas damnari, vt protinus abſque læſione ali- uius creaturæ, et abſque terrore, et nocumento huius eaturæ Dei. N. et omnium circumſtantium, ſtatim unc nequiſsimum Spiritum vbicunque latet, inſenſa- um, principium omnium malorum, qui inuaſit, et quo- idie vexat hanc DEI creaturam. N. et deuiare eam upit à mandatis DEI mei, ad vos trahatis, et capiatis otenter ſtatim, et ad locum duriorem inferni ſub Lu- ifero deducatis, necnon omnes fauentes ſibi latentes, ræſentes, et abſentes, qui cupiunt eam vexare, ibidem rictiſsimè, et potentiſsimè ligetis, dantes ei omnes pœ- as infernales duriores, et fortiores per omnia, quæ di- i, et dici poteſt, auctoritate Domini noſtri Ieſu Chri- i, et exinde nunquam exire eum, nec ei fauentes per- ittatis, vſquequò DEVS meus omnipotens impe- et ipſos exire, quòd ſi protinus non feceritis quicquid ixi, et dicturus ſum, contra vos Dæmones ſit, et con- ra eum, et omnes ſibi fauentes ira DEI, et cruciati ſi- tis omnibus cruciatibus, et pœnis infernalibus, et ibi relegati, et detruſi ſitis, nunc, et in perpetuum auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi, et to- tius curiæ cœleſtis, Amen.

Coniuratio ignis, ad comburendam imaginem Dæmonis, pictam in charta.

Hic Exorcista habeat imaginem pictam illius Dęmonis, qui opprimit obsessum, cum eius nomine scripto super caput ipsius imaginis præparatam, & coniurando ignem, similiter præparatum dicat, sequentem coniurationem.

De picta Diaboli imagine comburenda.

CONIVRATIO.

Coniuro te ✠ ignis per Deum patrem omnipotentem, qui apparuit Moysi in specie ignis & per illum qui liberauit tres pueros de camino ignis ardentis, & per omnia sancta holocausta, quæ in te & de te facta sunt in laudem Dei omnipotentis magni Creatoris mei, & tui, & per illum cuius sedes est ignis, & eius habitatio est ignis, & ipse est ignis, & eius circuitus est ignis, & ante eum ignis habitat, & à latere suo flamma ignis, qui omnes ignes creauit, & ignis ante eum deuorans exiet, & percutiet, & comburet quicunque contra eum dixerit, & verbis suis non obedierit, ac protinus voluntatem suam non fecerit. Coniuro te ✠ ignis per sanctam Mariam gloriosam matrem Domini nostri IESV Christi, & per sanctum Ioannem Baptistam, & per omnes sanctos Angelos, & Archangelos, per Thronos, & Dominationes, Principatus, & Potestates, & per virtutes, Cherubin, & Seraphin per Patriarchas, & Prophetas, & per omnes Apostolos, & Euangelistas, & per omnes sanctos discipulos, & innocentes Domini, & per omnes Martyres, & Confessores, & per omnes sanctas

Coniuratur ignis per holocausta sancta Deus ignis est & sedes eius ignis.

virgines

irgines, & viduas, & per omnes sanctos, & sanctas
ei, & per totam cœlestem curiam, & per hæc nomina
ei Agla, Tetragrammaton, Iehoua, & per hoc nomen
sus, & per nomen Dei, qui potenter super omnem i-
nem dominatur. Iterum, & nouissimè coniuro ✠ te
nis per illum, qui contremiscere facit orbem, vt sta-
m & cum furore maximo, adiuratus per tot, & tam
nctissima verba tui Creatoris, hanc schedulam in qua
cta est imago diabolica, quæ pro nunc appropriatur
guræ, et imagini huius spiritus nequissimi, in qua sche-
la nomen suum etiam est scriptum supra caput ipsi-
figuræ potenter calefacias, et tu ignis adiuratus, hor-
biliter comburas, & festinanter cùm in te illam mit-
m, & ponam, & eam schedulam cum tali imagine
propriatam huic Spiritui nequissimo terribiliter
mburas, ita vt sicut tu ignis successiuè calefacies, &
mbures istam schedulam cum imagine, & nomine
ius, sic in millecuplo de die in diem plusquam tu ignis
lefacies, & combures hanc schedulam cum tali ima-
ne, & figura picta cum nomine eius, cui imagini ap-
opriatur ipse Spiritus, existens indebitè in isto vase,
sua tota substantia, & in semetipsum sentiat sem-
rque, & horribiliter calefaciat vsque ad diem iudicij,
mper augmentando pœnam istam, & dolorem in
ntuplo plus de hora in horam, quam pœnam, &
lorem non sit ausus Spiritus aliquis, cuiuscunque
nditionis, potentiæ, & virtutis existat, ei auferre, nec
bedire, nec aliquod subsidium dare, in virtute Dei, et
rborum, quæ nominaui, & per eorum potentiam, cui

Coniuratus ignis vt comburat imaginem Diaboli.

pœna

pœnæ Spiritus iste. N. non posit aliquo modo resistere quin recedat ab isto corpore, propter quam pœnam victus exeat, et strictißimè coactus recedat de hac creatura Dei. N. statim non rediturus ad eam, sine læsione ipsius corporis, et omnium nocumento, vt superius ei iniunxi, quæ pœna non auferat, nisi prius exeat, et vadat in profundum abyßi, et inde non habeat potestatem exeundi vsq; in diem iudicij, et non sit, qui hæc, quæ dixi, dicam, et faciam, soluere valeat, per virtutem eius, qui venturus est iudicare viuos, et mortuos, et seculum per ignem Amen.

BENEDICTIO IGNIS.

℣. Adiutorium nostrum nomine domini.

℟. Qui fecit cœlum, et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Fugandi & fumigandi Dæmones.

BEnedic ✠ domine Deus omnipotens hãc creaturam ignis, tua benedictione ✠ cœlesti ad fugandum, et ad fumigandum hunc Spiritum habitantem circa hanc imaginem tuam, vel in hac imagine tua, et omnes ei fauentes, et ad effugandum, et repellendum prædictũ spiritũ ab hac creatura tua. N. et ad illum mittendum in locum, vbi ignis non morietur, cum omnibus fauentibus sibi, sine læsione huius creaturæ, et omnium aliorum creaturam: Quam creaturam ignis tu Domine, qui omnia potes sanctificando sancti ✠ fices, benedicendo bene ✠ dicas, fiatque pœna de hora in horam Spiritui prædicto horribilis, et magna, atque potentis-

fi-

ſima ad effugandum, et ad ſubiugandum, ſiue velit, ſiue nolit prædictum Spiritum nequiſſimum de hac imagine tua. N. vbicunque latet in profundum abyſſi cum omnibus fauentibus ei, et ſine læſione alicuius creaturæ, et ab ea exeat non rediturus nec ipſe, nec alter ad eum, quæ pœna in ſua ſubſtantia, et in ſe totum crudeliter incipiat tunc fieri, et eam potenter ſentire, cùm hanc imaginem pictam in hanc creaturam ignis ponam, et mittam ad comburendum, et creſcat, et augmentetur ſemper atrociſſima de hora in horam in millecuplo, poſtquam prædictam imaginem ponam ad comburendum, et combuſta fuerit, cui pœna prædictus Spiritus non poſſit reſiſtere, quin recedat, non rediturus, vt prædixi, quæ non auferatur, niſi prius recedat cum omnibus prædictis, in nomine tuo Ieſu Chriſte Nazarene crucifixe, qui venturus es iudicare viuos, et mortuos, et ſeculum per ignem, et eum Spiritum damnatum. Amen. ſicut cera deficit à facie ignis, et puluis ante faciem venti, ſic omnis ſua potentia, et virtus deficiat ad vlterius morandum, et permanēdum in iſta imagine tua, in laudem, et gloriam tuam domine Ieſu Chriſte. Qui venturus es iudicare viuos, et mortuos, et ſeculum per ignem. Amen.

Oratio.

O Glorioſe, et ſanctiſſime Adonay per quem omnia creata reguntur, et conſiſtunt, adeſto propitius inuocationibus meis, et clementer præſta, et concede, vt in virtute tua, et dono gratiæ tuæ præſens ignis ſit creatura benedicta nunc, et ſemper, et omnem virtutem,

tem, & efficaciam prædictam in se potẽter obtineat su-
per Spiritum prædictum dißipantem, & vilipendentem
verba sancta tanto tempore, & ad omne id, quod valere
opto valeat efficaciter, per te pijßime Adonay. Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta.

Hac benedictione cõpleta, accipiatur Sulphur, Galbanus, Assa fœtida, Aristolochia, Ypericon, & Ruta, omnia simul benedicta propria benedictione, & proijciantur in ignem. Deinde Exorcista tenens imaginem pictam Dæmonis cum suo nomine super ignem, legat sequentem adiurationem.

ADIVRATIO.

AVdi, audi, audi. N. spiritus à Deo maledicte, & præcipitate perpetualiter in pœna æternali, nefandissime, nequißime Dei rebellis, mendacij, pater omnium proditor, radix omnium malorum, origo discordiæ, vitiorum fomes, insipiẽs, insensate, sussurator hæretice, apostata, spurcißime, sceleratißime, fœtidißime, omni bono vacue, & omni malo plene, homicida, reprobe, fili perditionis, maledictionis æternæ, hostis humani generis, vitæ raptor, iusticiæ declinator, origo auaritiæ, serpens vilißime, lupe rapacißime, derisio totius Angelicæ naturæ, ignorasti, vt insipiens, & dixisti in corde tuo, vt stolidus, non est Deus, recognosce sententiam tuam horribilem, & pœnam terribilem, amaram, fortem & multis flagellis, & angustijs plenam: quoniam nominibus, et verbis diuinis rebellis fuisti, et tantorum nominum honore, reuerentia, timoreq́ue, et obedien-

Diabolus origo auaritiæ, & derisio Angelicæ naturæ.

ti-

tia dignorum, quam ſtatim volo dare, & dabo tibi ſpiritus nouiſſime potenter, & horribiliter auctorita-te, virtute, & potentia magni Dei omnipotentis, qui creauit cœlum & terram, & omnia, quæ in eis ſunt, & permanent. Qui venturus eſt iudicare viuos & mor-tuos, & te, & omnes alios Dæmones iterum, & ſecu-lum per ignem, Amen.

O Spiritus. N. nequiſſime, & nefandiſſime, auctori-tate, virtute, potentia magni DEI mei, & totius uriæ cœleſtis maledictus, et blaſphematus ſis perpetua-ter in pœna æternali, & nulla requies in te ſit, ſi ſta-im audito verbo non recedas feſtinanter confuſus, & ictus ab hac creatura Dei. N. & de ſua perſona vbi-unque latitas, eo modo, & ea conditione, vt ſuperius ibi ſæpius iniunxi, & dixi, & per omnia nomina, & in irtute omnium nominum, & verborum, quibus o-nes creaturæ obediunt, & timore & pauore eorum mnis creatura contremiſcit, timet & adorat, & per eum per quem tonitrua & fulgura fiunt, quæ te piritum nequiſſimum, & ſubditos tuos horribiliter ſtruent, potenter expellant, et cum impetu magno udeliter fulminabunt, per illum te potenter maledi- Spiritus nequiſſime, te anathematizo, te priuo o-ni tua virtute & potentia, te præcipito, & proijcio in aiorem cruciatum, qui ſit in inferno, et per virtutem us in ſtagnum ignis et ſulphuris indiſſolubiliter te re-go, et æternaliter cōdemno vſque in diem iudicij con mandum horribiliter, & deinceps omnis ſitus, et lo- ſit tibi interdictus præter centrum mundi infimum, vbi

Per Anathe-matiſmum priuatur Sa-than omni ſua potentia.

Relegantur Dæmones obſidentes in infimum centrum mundi.

vbi ſit deinceps locus, et habitatio tua vſque in diem iudicij, vbi ſis ſubditus omnibus, et ſingulis pœnis infernalibus acrius, et durius Lucifero, et nullus ſit, qui tibi obediat per hæc Dei nomina, et in virtute, et potentia ipſorum Adonay, Agla, Ieſus, Tetragramaton, Sabaoth, Meßias, Sother, Emanuel, Agyos, Otheos, Yſchiros, Athanatos, et per omnia alia nomina DEI terribilia, et ineffabilia: quoniam tu fuiſti rebellis tantis, et tam ſacratiſsimis nominibus, et myſterijs Dei, et maledictio Dei omnipotentis Patris, et Filij, et Spiritus ſancti, et ira, et indignatio beatæ Virginis Mariæ, et omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Thronorum, &c. et ſancti Ioannis Baptiſtæ, et totius curiæ cœleſtis, et omnium creaturarum Dei ſigno ſanctæ crucis conſignatarum veniat, et deſcendat feſtinanter ſuper te, et ſuper Luciferum, Beelzebub, Sathan, Aſtarot, Behemoth, Beherit, et omnes Principes Dæmoniorum, et Dæmones cuiuſcunque conditionis, et virtutis exiſtant ſi tibi nequiſsime Spiritus aliquod ſubſidium dederint et non ſit, qui tibi, nec eis obediat, per omnia, quæ dixi et dicturus ſum, et deinceps ſemper in virtute, et potentia omnium, quæ ſuperius nominaui, et in nomine, et virtute, atq; potentia magni Domini noſtri omnipotentis, fortis, et terribilis Ieſu Chriſti Nazareni pro nobis miſeris peccatoribus crucifixi ſit confracta, et ligata indiſſolubiliter omnis tua potentia, et cuiuſlibet alterius tibi fauentis, et verbis diuinis reſiſtentis, et mandatis meis, imò Ieſu Chriſti Filij Dei omnipotentis, cuius auctoritate, et officio nunc fungor, licet immeritus, et in-

er peccator ſim, & inſufficiens mei fragilitate, & de-
fectu virtutis. Et ſicut Chriſtus ad colum nam ligatus
fuit, & acriter à Iudæis flagellatus, & cruci clauis affi-
xus, & coronatus ab ipſis abſq; vlla miſericordia, & ter-
ra mota eſt, velum templi ſciſſum eſt in duas partes à
ſummo vſq; deorſum, & multa corpora Sanctorum, qui
dormierant ſurrexerunt, ſic omnia quæ dixi, & dicam,
& facturus ſum, veniat ſuper te cum effectu, Amen.

Oratio.

Domine Deus meus, qui es Rex regum, & Dominus dominantium te ſuppliciter exoramus, vt feſtinanter ſine mora aliqua hæc adimpleas in furore, & ira tua grata miſericordia, in virtute, et potentia tua, et ſicut dixiſti fiat lux, et facta eſt, ſic omnis maledictio, pœna dicta, et dicenda, et facienda fiat, et facta ſit, et non ſit illi adiutor, Domine nomen eius deleatur, quoniam dilexit maledictionem, et noluit benedictionem, da nobis auxilium, et fortitudinem cõtra hunc nequiſſimum ſpiritum ſtare. Adiuua me Domine Deus meus, fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te. Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, omnemque maledictionem, et pœnam quam ei auctoritate tua, in virtute, et potentia tua potenter, et viriliter tribui, et impendam, tu Domine Deus meus potenter confirma tua benigna miſericordia, extende manum tuam, et fulmina eum, et deuorabit eum terra, reuertaturque in terram ſuam, Amen.

Hic Exorcista proijciat imaginem pictam in ignem, & conuersus ad Dæmonem obsidentem dicat.

Insultatio facienda Diabolo, comburendo.

PEreant ergo omnes cogitationes tuæ in tuum de-
trimentum, & confusionem, ô Spiritus maledicte,
ad laudem Dei, et pœnam tuam terribilem, et male-
dictionem æternalem, et expulsionem tuam subita-
neam ab hac creatura Dei. N. vbicunque latitas, nomen
tuum, et imaginem tuam Diabolicam, ô spiritus ne-
quam, nomine tuo fabricatam viriliter, et potenter in
ignem posui huc vsque suffumigatam odore horribilissi-
mo, vt nomen, imago tua Diabolica, quæ pro nunc tib
appropriatur festinanter, et horribiliter comburatur,
ita vt sicut successiuè comburitur nomen tuum, et ima-
go, sic statim sine mora vlla, in tua substantia, in temet
ipso spiritus maledicte æternaliter sentias, et horribili-
ter comburaris acrius, et durius plus in millecuplo
quàm ignis iste hanc schedulam, et imaginem combu-
rit, quæ pœna semper augmentetur vsque ad diem iu-
dicij, sic et taliter, quod festinanter victus potenter ex-
re coarcteris de hac, et ab hac creatura DEI. N. vbi-
cunque latitas, eo modo, et ea conditione, vt superi
tibi iniunxi, cui pœnæ non possis resistere aliquo mod
quin recedas victus, et confusus, quam pœnam non s
aliquis spiritus magnus, vel paruus cuiuscunque co
ditionis, virtutis, et potentiæ existat ita ausus, nec i
præsuntuosus, qui eam tibi auferre, nec resistere ei po
sit, nec aliquod subsidium tibi dare, nec obedire per p
tentiam, et virtutem Domini mei fortis, et terribil

fi

fiat statim indissolubiliter quicquid dixi. Et tu domi-ne, Deus meus confirma hæc tua virtute, & potentia nunc, & vsque in æternum, sicut confirmasti omnes Angelos, Archangelos, Thronos, & Dominationes, &c. In gratiam qui tecum remanserunt, & steterunt, sic nunc confirma omnia, quæ dixi cum effectu in nomine tuo. Amen. Exurge domine in ira tua, & mitte iram tuam, quæ deuoret eum. Egrediatur Diabolus iste ante pedes nostros, & corruat in terrã, in furore tuo domine exeat spiritus iste. Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cæcos. Dominus erigit elisos, dominus dirigit iustos. Dominus custodiat aduenam, pupillũ, et viduam suscipiet, & viam peccatorum disperdet. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me. In te domine confido non confundar in æternum. Etenim vniuersi, qui te expectant non confundentur, da mihi auxilium, et adiuua me domine Deus meus. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Fiant aures tuæ intendẽtes, in vocem deprecationis meæ, esto domine turris fortitudinis, à facie omnium malignorum spirituum. Pone eum domine, vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Amen.

CONIVRATIO.

Iterum, atque iterum nouissime coniuro te ✠ adiuro ✠ & contestor ✠ in nomine, & in virtute, atque potentia Agni Diuini immaculati, qui potenter ambulat super aspidem, & basiliscum, qui conculcauit æternaliter leonem, et draconẽ, et potenter, atque strictissi-

ſime exorcizo te ✠ viliſsimum, & perpetualiter dam-natum Diabolum nequiſsimum antiquũ per virtutem illius, qui cunctos ſpiritus creauit ex nihilo, & per vir-tutem Ieſu Chriſti Nazareni crucifixi Iudæorum re-gis. Et per virtutem omnium ſanctorum ineffabiliu[m] potentiſsimorum nominum, ſcilicet Hel ✠ Heloym ✠ Adonay ✠ Saday ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Sabaoth ✠ Tetragrammaton ✠ Alpha, & Omega ✠ Principium, & Finis ✠ Agyos ✠ Yſchiros ✠ Otheos ✠ Athanatos ✠ Agla ✠ Iehoua ✠ Homouſion ✠ Ya ✠ Ieſus ✠ Chriſt[us] ✠ Meſsias ✠ Eloa ✠ Eheye ✠ & per potẽtiam omniu[m] iſtorum nominum ſimul ineffabilium, & per virtute[m] omnipotentis ſummi, & excelſi Dei cœli, & terræ, & vniuerſi conditoris orbis, per quem cuncta creantur, & reguntur, & per ineffabilem, & mirabilem eius po-tentiam, & per virtutem illius, qui potenter penetrat & ſuper omnem ignem dominatur, per virtutem, & in virtute illius, cuius ſedes eſt ignis, & ignis ante eum ex-iet, & percutiet, & comburet quemcunque, qui contra eum dixerit, & verbis ſuis non obedierit, ac protin[us] ſua præcepta non adimpleuerit, & per virtutem beat[æ] & glorioſæ virginis Mariæ. Et per ſummam potenti[am] Dei, & per virtutem omnium operationum, quæ ab ip[ſo] factæ fuerunt, & in virtute omnium ſanctorum, q[uos] ſuperius nominaui, cuiuſcunq; conditionis, & virtut[is] exiſtant, & quibus tu nefandiſsime ſpiritus aliquo mo-do poſsis in virtute Dei coniurari, & conſtringi obedir[e] & facere quod ego volo, & quibus poſſes ligari, vel f[u]-gari, vel cruciari, vel ad pœnas aliquas damnari, tu n[e]-

quiſsi[me]

uiſsime ſerpens feſtinanter coniuratus, & cõfuſus diſcedas, & victus ſine terrore omnium hic exiſtentium ſine mora recedas ab hac creatura Dei. N. vbicunq; latitas de omnibus capillis eius, & de omnibus partibus huius corporis, & de toto corpore, & perſona vbicunque latitas tu ſpiritus maledicte, Lupe rapaciſsime, & de omnibus pannis lineis, & laneis eius, nullumqúe locum habeas in ea, nec poſſe aliquod ſuper eam deinceps non obſtantibus quibuſcunque incantationibus, cuiuſcunq; conditionis, virtutis exiſtant, aut in verbis, aut in imagine, aut in herbis, aut in pluribus imaginibus, aut in ſchedula aliqua, aut in quibuſcunq; aliјs ligaminibus, cuiuſcunq; virtutis, & conditionis exiſtant, quibus huc veniſti, & miſſus fuiſti, & teneris maledicte Diabole, & quibus poſſes habitare, & ſtare circa iſtud vas, & plaſma Dei quocunque modo, & quacunque alia cauſa factum ſit, & quotidie fieret in fauorem tui, & ſubſidium Diabole, vt tenearis huc, non rediturus deinceps, nec tu, nec alter ſpiritus diabolicus cuiuſcunque conditionis, & virtutis exiſtat ad eam creaturam Dei. N. & in profundum abyſsi vadas ſtatim audito verbo, ibi perpetuo cruciandus, & acrius ſolito, ſine læſione huius corporis, & omnium aſtantium, & eum ſanum dimittas, vt quando ad eum veniſti, & exinde nunquam exiturus vſq; in diem iudicij cum omnibus tibi fauentibus, auctoritate domini noſtri Ieſu Chriſti, per omnia quæ dixi, dicturus, & facturus ſum in tuum detrimentum, & expulſionem tuam, ad laudem omnipotentis Dei. Et ego auctoritate domini noſtri Ieſu Chriſti, per totam curiam

riam cœlestem, eiusque potentiam, & per omnia, quæ superius nominaui, absoluo hunc famulum Dei. N. *ab omnibus maleficijs facturarum, & ab omnibus incantationibus, quæ factæ sunt, et quæ quotidie fient, cuiuscunque conditionis, & virtutis existant aduersus eum à Diabolo, & ab omnibus alijs spiritibus malignis, in nomine domini nostri Iesu Christi, & per virtutem omnium verborum, quæ nominaui, sit amodo confracta, & lacerata omnis tua potentia, sicut Christus per mortem suam fregit portas inferni, & amodo sit ligata per omnia, quæ dixi, omnis tua potentia, & virtus ô nequissime spiritus, qui indebitè habitas in isto corpore, sicut Sathanas ab Angelo fuit ligatus, & sicut per orationes beati Petri Apostoli defecerunt, & ad nihilum redactæ fuerunt incantationes Simonis in conspectu populi Romani, sic per potentiam, quæ te de cœlo præcipitauit omnia vincula, ligamina, & incantationes cuiuscunque conditionis, et virtutis existant, subitò, et statim deficiant, et ad nihilum deueniant.* Et sicut sancta Maria *virgo beatissima, et omnes virgines Dei gaudent cum Christo gloria æterna, ita tu immediatè per nomen domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, et in virtute suæ passionis recedas subitò ab hac creatura Dei N. et vadas in profundum abyssi cum signo euidenti absque læsione ipsius, et omnium astantium, eo modo et ea conditione, vt superius tibi iniunxi, fractis omnibus tuis vinculis, ligaminibus, et incantationibus non obstantibus illis tuo recessui, et audi spiritus nequissime nunc, et deinceps non audeas stare, nec* ...

ma

manere in isto vase, & plasmate Dei vbicunque latitas, siue intus, siue extra per virtutem omnium, quæ nominaui tibi potenter præcipio, & strictissimè mando authoritate Domini nostri Iesu Christi, fuge, fuge, fuge vilissime, & rebellis Dei, & suorum nominum, & omnium verborum sanctorum. Da locum durissime, da locum impijssime, da locum Iesu Christo, recede subitò vilissime spiritus, & non sit, qui tibi obediat, nec faueat, alioquin omnia huc vsque nominata repetam, ad laudem Dei, & ad confusionem tuam, & in stagnum ignis, & sulphuris te præcipitabo æternaliter concremandum, & condemnabo te strictissimè vsque in diem iudicij, & te maledicam potenter, & terribiliter, & anathematizabo, & te strictissimè ligabo in infernum inferiorem, vbi nulla erit tibi requies in æternum, ô serpens crudelissime, & deuorator nequissime, venit de sancta sede sua verbum Dei Patris, cuius nomen est Adonay, & descendit de cœlo, vt genus humanum saluaret, & te Diabole Spiritus vilissime, & nequissime à Deo maledicte, et à tota cœlesti curia, etiam per nos ministros suos (licet indignos) excruciet, & horribiliter in profundum abyssi fulminet: quoniam omnia verba sua me prolata, sunt ignes feruentissimi, qui te, & omnes fauentes tibi comburent potenter, & horribiliter, & sunt verba, per quæ totus mundus cõtremit, et oẽs genus creaturarum cœlestium, terrestrium, & infernorũ timet, obedit, adorat, & contremiscit, & vt spiritus maledicte credis, et vis esse rebellis semper tuo creatori? Væ tibi maledicte, & vilissime spiritus, recede nequissime

adiuratus per tot, & tam sanctissima verba, durum est tibi contra stimulum calcitrare, & Christo velle resistere, quia quantò tardius exis, tantò maius tibi supplicium crescit, quoniam non hominem cõtemnis, sed eum, qui est Rex regum, & Dominus dominantium, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & te proditor gentium, Sancta Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vera maiestas te Diabolum statim fulminet vsque in inferiorem locum inferni, nunquam ad hunc famulum suum rediturus; Exurge Domine Deus meus, exurge Domine in ira tua, exurge, & intende iudicio meo, Deus meus excita potentiam tuam, & supplanta eum, dissipa, & potenter sine mora horribiliter fulmina illum. Adiuua me Deus meus, da mihi auxilium tuum, Exurge Domine, exurge gloria mea. Inclina cœlos tuos, & descende, tange eum, & dissipabis. Emitte sagittas tuas, & illum acriter fulminabis, fulmina eum statim horribiliter Deus meus, qui sedes super Cherubin & Seraphin, peccaui domine Deus meus miserere mei. Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te, Domine Deus salutis spes mea, et refugium meum es tu, Amen.

Explicit Exorcismus sextus.

EXOR-

EXORCISMVS SEPTIMVS.

Terribilis aduersus Dæmones opprimentes corpora humana.

Exorcista accedens ad coniurandum, præmisso ordine posito supra in primo Exorcismo, signet seipsum, & dicat.



In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠sancti, Amen.

Deinde vadat ad obsessum, & aspergat eum aqua benedicta, dicendo.

Per aspersionem huius aquæ, cum Dei adiutorio, exeat de te. N. spiritus malignus, & ingrediatur in te virtus Spiritus sancti, & maneat semper tecum, quia nunc est iudicium mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠sancti, Amen.

Deinde ostendendo digito corpus Christi in calice, vel tabernaculo, dicat hæc verba.

Dæmoni obsidenti ostendēdum corpus Christi in tabernaculo.

ADest, ô nequissime spiritus, summa pietas, adest ille, qui pro nostra salute passus est. Nunc (inquit) princeps mundi huius eijcietur foras. Hoc est illud corpus, quod de corpore virginis sumptum est, quod in stipite crucis extensum est, quod in tumulo latuit quod de morte surrexit, quod videntibus discipulis in cœlum

ascendit. In huius ergo maiestatis terribili potestate tibi spiritus maligne præcipio, vt ab hac forma Dei egrediaris, confugias istam, nec eam deinceps præsumas molestare, Amen.

Hic Exorcista genuflexus dicat.

A*Diutorium nostrum in nomine Domini* ℟. *Qui fecit cœlum & terram.* ℣. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam.* ℟. *Et salutare tuum da nobis.* ℣. *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

O*Mnipotens sempiterne Deus, qui cœlum, & terrã, mare, & omnia quæ in eis sunt creasti, & qui hominem de limo terræ formasti, salua, & libera famulum tuum. N. ab istis spiritibus malignis, & ab omni potestate Diabolica, ita vt omnes homines cognoscant, quanta est misericordia tua, & potentia infinita. Qui viuis & regnas in secula seculorum, Amen.*

Oratio.

D*Omine Iesu Christe fili Dei viui, libera famulum tuum. N. ab omnibus languoribus, & motibus vmbrarum, ac malorum spirituum per tuam sanctam clementiam, & misericordiam tuam sanctissimam, Deus Sabaoth, Deus Emanuel, Deus Eloym, & Deus Agla, libera eum precibus, meritis, & intercessione beatæ Mariæ virginis Matris tuæ, & omnium sanctorum, & intercessione beati Michaëlis Archangeli, & omnium Angelorum, sancti Ioannis Baptistæ, & sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ,*

Iacobi,

Iacobi, Philippi, Bartholomæi, & Matthæi, Simonis, & Thadæi, Barnabæ, et omnium sanctorum, & sanctarum tuarum. Per virtutem cœlorum Cherubin, et Seraphin, qui quotidie laudant tuam clementiam dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus Sabaoth. Domine Deus pater omnipotens, qui omnes homines vis saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, propitius esto mihi peccatori, & suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum clementiæ tuæ pro famulo tuo. N. qui à Dæmonio vexatur, & ad misericordiam tuam confugit. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

Oratio.

DOmine Deus Abraham, Isaac, & Iacob ostende hodie, quia tu es Deus Israel, & ego seruus tuus licet indignus, & iuxta præceptum tuum feci omnia hæc, exaudi me domine exaudi me, vt discat populus iste, quia tu es Deus omnipotẽs, qui conuertisti corda eorum. Exaudi me quæso per tuam misericordiam conditor dulcissime, & altissime. Amen.

Hic Exorcista surgat ab oratione, & ponens manum super caput vexati, dicat.

EXtinguatur in te. N. omnis virtus Diaboli per impositionem manuũ nostrarum, quinimo per inuocationem omnium sanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Phrophetarum, Apostolorum, Martyrum, & Cõfessorum, atq; virginum, & omnium simul sanctorum. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen.

¶ Sequen-

¶ *Sequentia sancti Euangelij secundum Mattbæum. In illo tempore. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, etc.* Quære sup.fol.158.

Deinde. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Visita quæsumus domine habitationem, et creaturam istam, et omnes insidias inimici ab ea longè repelle, et Angeli tui Michael, Gabriel, et Raphael habitent in ea, qui illam in pace, et à spiritibus immundis custodiant, et bene✠dictio tua sit super nos semper, Per dominum nostrum, etc.

Hic Exorcista incipiat adiurare Dæmones existentes in corpore, vt exeant. Sed cauere debet, ne sine necessitate verbis eorũ respondeat, quia cùm illi sint spiritus astuti, & deceptores, verbis suis quærunt decipere, ac impedire huius artis coniuratores, & sæpè turpiter ministris minantur, & imperant, vt dimittant eos, sed potenter, & audacter dicat.

CONIVRATIO.

Coniuro vos ✠ Dæmones maledictos existentes in hoc corpore, de quacunque parte mũdi sitis, quibus data est potestas à Deo, et Angelis sanctis super hanc creaturam. Dei. N. et vos aëreas potestates, et principes infernales, et vos omnes spiritus speciales, ac generales Dæmoniorum, de quocunque genere sitis missos ab oriente, et ab omnibus plagis terræ per potentiã Dei Pa✠tris, et sapientiam Fi✠lij eius, et per virtutem Spiritus ✠ sancti, auctoritate qua fungor domini nostri

Dæmones missi ab oriente.

Iesu

Iesu Christi Nazareni crucifixi filij Dei potentissimi Creatoris, qui vos, & me, & omnes creaturas ex nihilo creauit, & fecit, quòd non habeatis potestatem tacendi, standi, nec morādi in hac creatura Dei. N. sed constringo vos, & vobis præcipio, vt velitis, nolitis omni dolo, fallacia fraudeq; remota, manifestetis mihi nomina vestra, & per eandem auctoritatem, & per merita beatissimæ virginis Mariæ, & omnium sanctorum dissoluo vos omnes prædictos spiritus ab ista creatura Dei. N. & mitto vos ad profundum inferni, & Abyssi. Ideò ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est vobis, & omnibus socijs vestris. Et si fueritis rebelles, contumaces, & mihi inobedientes, eadem auctoritate coniuro, voco, constringo, ac potenter impero, & mando omnibus Dæmonibus inimicis vestris, omnibus principibus inferni, & furijs infernalibus, vt venientes, affligant, et excrucient vos, ac deniq; ducāt in nomine Iesu ad pœnam supradictam Abyssi, et ibi ligent vos per hæc sanctissima nomina Dei Hel ✠ Helyon ✠ Heloa ✠ Sabaoth ✠ Helym ✠ Esereheye ✠ Adonay ✠ Iehoua ✠ Ya ✠ Tetragrammaton ✠ Saday ✠ Messias ✠ Agyos ✠ Yschiros ✠ Otheos ✠ Athanatos ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Agla ✠ Iesus, qui est Alpha, et Omega ✠ Principium, et finis ✠ mittat vos in profundum abyssi in ignem infernalem, vt deinceps nullam habeatis potestatem standi, morandi, nec habitandi in hac creatura Dei, et imagine Christi, nec locum istum, neq; alium locum habeatis per virtutem, et in virtute supradictorum nominum. Et Angelus Michael liget vos in profundo abyssi. In nomine

mine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

¶ Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam. In illo tempore. Erat Iesus eijciens Dæmonium, &c. Quære suprà fol. 157.

Oratio.

DOmine Deus pater omnipotens, qui verbo tuo cuncta creasti, qui prius quàm fierent imagines, & preces, & ante secula iustus fuisti, es, & eris, nec desines post secula esse vnus Deus summus, sub cuius voluntate cœlum, & terra, mare, & omnia, quæ in eis sunt subijciuntur, custodi nos, & confirma hoc, quod operatus es in nobis, porrige dexteram, & nos famulos tuos indignos ab omni aduersitate custodi, & mitte sanctos Angelos tuos de cœlis, qui nos, & creaturam istam custodiant, confirment, & adiuuent, corroborent, & audaces nos efficiát, & deniq; reddant per virtutem tuorum nominũ Iehoua, Agla, Hel, Adonay, Saday, Tetragrammaton, Eloym. Adsis nobis pijssime, ac misericors Deus, protector, & verè auxiliator, & clypeus salutis, quia tu es Deus solus in Deitate, & nullus alius præter te. Qui viuis, & regnas in secula seculorum. Amen.

CONIVRATIO.

COniuro vos ✠ Dæmones, & Spiritus immundos ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus datus est potestas nocendi huic creaturæ Dei. N. & vos aëreas potestates, & infernales Principes, & vos omnes Spiritus speciales & generales Dæmoniorum de quocunque genere sitis à meridie missos, à quocunque Dæmone

et a

et ab omnibus partibus totius terræ, et mundi per Pa-✠trem, per Fi✠lium, et per Spiritum ✠ sanctum, auctoritate qua fungor domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, filij Dei viui potentißimi Creatoris, qui me, et vos ex nihilo creauit, et fecit omnes creaturas, vt non habeatis potestatem, nec facultatem standi, morandi, nec quiescendi in hac creatura Dei. N. amplius, sed sententio vos per sententiam latam per altißimum Creatorem, et constringo vos, ac vobis præcipio, vt velitis, nolitis, omni dolo, fallacia, et fraude postposita, dicatis mihi nomina vestra, ita vt amoto omni impedimento, sine dubio, atque deceptione aliqua, interueniente gratia, et potentia altißimi Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, inuenire, et scire nomina vestra poßimus. Et per eandem auctoritatem, et sententiam dissoluo✠vos de isto corpore, et mitto vos omnes supradictos spiritus ad profundum abyßi in ignē æternalem: adeo ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est vobis, et seruis vestris, et per hæc sanctißima nomina Dei magna, et in virtute istorum nominum relego vos ad profundum abyßi Hel✠Heloym✠Heloa✠Sabaoth ✠Helyon✠Esereheie✠Adonay✠Iehoua✠Ya ✠Tetragrāmaton ✠ Saday ✠ Meßias ✠ Hagyos✠Yschiros✠Otheos✠Athanatos✠Sother✠Emanuel ✠ Agla✠Iesus✠Alpha & Omega✠Principiū et Finis ✠ mittat vos ad profundum abyßi in ignem æternum, et deinceps nullā habeatis potestatem stādi, nec morandi nec amplius habitandi in hac creatura Dei, et imagine Christi, nec in loco isto, neq; in aliquo alio, neque in alia creatu-

creatura per virtutem, & in virtute supradictorum nominum. Et Angelus Gabriel religet vos in profundo abyßi, in igne æternali per sanctam fidem Adonay ✠ & per Alpha, & Omega vsque ad diem iudicij, & virtute altißimi triumphatoris Domini nostri Iesu Christi vos affligat. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

¶ *Initium Sancti Euangelij secundum Ioannem. In principio erat verbum, &c.* Quære sup. fol. 133.

Oratio.

Domine Iesu Christe fili Dei viui, Deus meus miserere mei, & ne perdas cum impijs animam meam. Heloym fortis, Heloym clemens, Dominus timoris, Dominus exercituum, Dominus misericordiæ, Domine æterne, Adonay, Dominus mirabilis, Dominus ineffabilis, Amor omnipotens, Saday virtus indeficiens, cuncta prospiciens, benignitas Saluatoris, seu Creatoris, Alpha, & Omega fortißime, Deus altißime, & clementißime. Dominus qui à peccatoribus exorari voluisti hostia laudis, & precibus, suppliciter exoramus, exaudi nos, miserere nostri, libera nos, salua nos indignos Creator, & Redemptor noster per gloriam, magnificentiam, & pietatem tuam, propter nomen sanctum tuum gloriosum, quod est super omne nomen. Redemptor qui in hunc mundum venisti, nascens ex Maria virgine sine peccato, iniquitatem si aspexeris, non exaudies. Te ergo quæsumus tuo famulo subueni, quem pretioso sanguine redemisti, salua nos clementißime pater. In manus tuas commendo spiritum meum, & corpus

Christus peccatoribus est hostia laudis.

um hodie, nunc et semper, omnibus horis, ac momentis, et conserua me famulum tuum inanem et peccatorem, et istam creaturam tuam, vt in tua Ecclesia tibi gratias referamus, et actiones. Qui viuis, et regnas, etc.

CONIVRATIO.

COniuro vos ✠ omnes spiritus immundos ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data est potestas nocendi huic creaturæ Dei. N. et vos aëreas potestates et infernales principes, et vos omnes spiritus speciales, et generales Dæmonum, de quocunque genere sitis, missos à parte occidentis, et ab omnibus plagis totius mundi. Iterum coniuro ✠ et exorcizo vos omnes Dæmones spiritus supra nominatos, et quoscunque alios existentes in quacunque parte mundi, et constringo vos de terra, ligo vos de aëre, constringo vos de vento, ligo vos de igne, et coarcto vos de aqua, et de cauernis petrarum, ego vobis præcipio de cauernis montium, vobis de summis, vobis de abyssis, de inferno, vobis de omnibus locis sub cœlo per Pa✠trem, et Fi✠lium, et Spiritum ✠ sanctum auctoritate qua fungor Domini nostri IESV Christi Nazareni crucifixi filij Dei viui, et veri, ac potentissimi Creatoris, qui me, et vos creauit, et fecit omnes creaturas, quòd non habeatis potestatem iacendi, ... cendi, nocendi, morandi, ac standi in hac creatura Dei. N. sed sententio vos per sententiam latam per altissimum Creatorem, et constringo vos, et præcipio vobis vt velitis, nolitis, omni dolo, fraude, fallaciaque remota manifestetis, ac nobis aperiatis nomina vestra, ac per eandem sententiam relego vos in profundo abyssi in

Spiritus generales & speciales Dæmonũ.

Ex cauernis petrarum & montium constringuntur Dæmones.

igne æternali, dic nobis, ô inique Diabole, quod est nomen tuum, & magistri tui?

Hic Exorcista poterit interrogare Dæmonem de nomine, socijs, & de omnibus concernentibus ad liberationem obsessi, postea sequatur inceptam coniurationem.

IDeo ite maledicti in ignem æternum, qui præparatum est vobis, ac seruis vestris, & per hæc sanctissima nomina magna Dei dissoluo vos de isto corpore, & in virtute istorum verborum, & sanctissimorum nominũ, lego vos ad profundum abyssi in ignem æternalem, Hel ✠ Heloym ✠ Heloa ✠ Sabaoth ✠ Helyon ✠ Eserchei ✠ Adonay ✠ Iehoua ✠ Ya ✠ Tetragrãmaton ✠ Sadaj ✠ Messias ✠ Hagyos ✠ Yschiros ✠ Otheos ✠ Athanatos ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Agla ✠ Iesus ✠ Alpha & Omega ✠ Principium et Finis ✠ Radix Iesse, leo de tribu Iuda mittat vos in profundum abyssi, vt deinceps nullam habeatis potestatem iacendi, morandi, nec standi aut habitandi in hac creatura Dei. N. et imagine Christi, nec in loco isto, nec in aliquo alio, per virtutem & in virtute dictorum nominum, et Angelus Raphaël ligit vos in profundum abyssi, et ibi sitis ligati, et afflicti vsque ad diem iudicij. In nomine Pa✠tris, et Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti, Amen.

¶ *Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum. In illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis, &c.* Quære sup. fol. 156.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui in principio cuncta creasti ex nihilo, & cui omnes creaturæ, quas creasti, obediunt, & omne genu flectitur cœlestium, terrestrium, & infernorum, Angeli, Archangeli, Throni, Principatus, Potestates, & Dominationes, & qui in manu tua omnia claudis, & Adam, & Euam ad tuam similitudinem fecisti, & Angelos Sathanæ per suam superbiam in profundum Tartari deiecisti. Te ergo omnipotens clementissime Deus pater quæso, & obsecro per Iesum Christum filium tuum, in cuius potestate sunt omnia, qui sedet ad dexteram tuam, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. & qui est Alpha & Omega, primus & nouissimus, Rex regum, & dominus dominantium, Hel, Yschiros, Messias, & per hæc nomina sanctissima, & per hæc omnia alia inuoco, & obsecro te per natiuitatem Iesu Christi filij tui, & per ipsum crucem baiulantem, per baptismum, & passionem, per resurrectionem, ascensionem suam, & per vulnera in corpore suo, per mortem, & sepulturam suam, per omnipotentem, ac ineffabilem virtutem suam, per sanctum sacramentum, quod dedit Apostolis suis, pridie quàm passus fuit, & per sanctam, & indiuiduam Trinitatem, & per beatam & gloriosam virginem Mariam, per Angelos, & Archangelos, Thronos, & Dominationes, Principatus, ac Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, per Patriarchas, & Prophetas, & per omnes sanctos, ac sanctas tuas, per omnia mysteria, et sacrificia, quæ fiunt in honore tuo, et per sanctissima tua nomina te inuoco, et adoro, te obsecro, te benedico,

et rogo, vt acceptas habeas has orationes, coniurationes, et omnia verba oris mei, quibus vti potero, et vt mihi des virtutem super Sathanæ Angelos, qui de cœlo deiecti sunt, et decipiunt humanum genus, ad eorum loquelam attrahendam, constringendum, ligandum et expellendum eos, vt incontinenti iussa mea humiliter coram me exequantur, et quotiescunque, et vbicunque voluero, et verba, et vocem meam nullo modo contemnant, sed dictis meis, et mihi hodie nunc, et semper, et vbicunque voluero obediant, et me timeant per humilitatem, et misericordiam tuam, per quam te deprecor, et peto Emanuel, per omnia nomina tua, et per omnes sanctos, et sanctas, et per omnes Angelos, et Archangelos, Potestates, et Thronos, et per Adonay, Hel, Iehoua, Agla, Saday, Thetragrammaton, et omnia sacra nomina, quæ scripta sunt in libro hoc, quatenus des mihi potestatem constringendi omnes spiritus malignos, qui sunt super istam creaturam tuam. N. ad respondendum quæ quæram, permittasqúe constringere benignè, ac humiliter sine læsione, timore, et grauamine corporis, et animæ meæ: Pater de cœlis, vnus in substantia, trinus in personis, qui Adam, et Euam, et multos alios peccare permisisti, et etiam pro eorum peccatis filium tuum crucifigi, et mori voluisti, Clementissime te rogo, peto, et obsecro, ac supplico modis omnibus quibus possum per Alpha, et Omega, qui est Christus filius tuus, vt me adiuues constringere, et expellere istos spiritus, et omnes Angelos Satanæ, qui de cœlo deiecti sunt ex hac creatura tua, N. et vt hanc potestatem mihi præbeas.

Per omnia sacra nomina in libro scripta coniurãdum.

beas. Ecce Domine laudo te, magnifico, & adoro, quod inimici tui isti scelestissimi facere recusant, tibi me spõte, lætanterq; subijcio, quicquid meum, imò tuum in me est, tibi Deo omnipotenti humiliter offerens, cui isti superbissimi spiritus sunt rebelles, benedicoq; tibi in secula seculorum. Amen.

CONIVRATIO.

Coniuro vos ✠ Dæmones, & spiritus immundos, ex omnibus quatuor partibus mundi, quibus data est potestas à Deo nocendi huic creaturæ suæ. N. & vos äëreas potestates, et infernales principes, & vos de quocunque genere sitis missos à parte Australi, et ab omnibus plagis totius mundi, et quoscunque alios existentes in hac creatura Dei, constringo vos de terra, ligo vos de igne, de ventis, de aqua, vos de cauernis petrarum, impero vobis de montibus, vobis de abyssis, de inferno, et de omnibus locis sub cœlo per Pa✠trem, per Fi✠lium, et per Spiritum ✠ sanctum, auctoritate qua fungor Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi filij Dei potentissimi Creatoris, qui me, et vos, et omnes creaturas ex nihilo creauit, vt non habeatis potestatem iacendi, standi, morandi, vel habitandi in hac creatura Dei N. sed sententio vos per sententiam latam per altissimum Creatorem, et præcipio vobis, vt omni dolo, fraude, et fallacia remota, debeatis manifestare nomina vestra nobis, ac per eandem sententiam dissoluo vos ab isto corpore, et mitto vos ad ignem infernalem. Ideo ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est vobis, ac socijs vestris, et per hæc sanctissima nomina Dei,

et in virtute istorum sanctissimorum nominum relego vos in profundum abyssi. Hel ✠ Heloym ✠ Heloa ✠ Sabaoth ✠ Helyon ✠ Esereheye ✠ Adonay ✠ Iehoua ✠ Ya ✠ Tetragrammaton ✠ Saday ✠ Messias ✠ Hagyos ✠ Yschiros ✠ Obeos ✠ Athanatos ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Agia ✠ Iesus ✠ Christus ✠ Alpha, et Omega ✠ Principium et Finis ✠ et mitto vos ad profundum abyssi, et vos constringo, vt deinceps nullam habeatis potestatem standi, vel occupandi hanc creaturam Dei. N. et nec locum istum, neq; aliquem alium habeatis in virtute supradictorum nominum, et per illum, qui sedet in Throno, et cui licet iudicare viuos, et mortuos, et seculum per ignem, et in virtute illius cõdemno vos ad æternam combustionem ad ignem æternum, et ibi ligo vos vsque ad diem iudicij. In nomine Pa✠tris, et Fi✠lij, et Spiritus ✠ sancti. Amen.

¶ *Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.*

IN illo tempore, Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatẽ Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, et nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero: et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, et regnabit in domo Iacob in æternum:

& re-

& regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. ℟. Laus tibi Christe.

Oratio.

DEus inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij Rex, ac semper magnificus triumphator, qui tuos inimicos non solùm gloriæ tuæ, sed & bonorum omnium aduersarios potenter expugnas, quiq; ad reparationem lapsi hominis, quem Diabolus, inuidia stimulante deiecerat verbum tuum de intemerata virgine Maria carnem suscipere voluisti, obsecramus humiliter tuam omnipotentem pietatem, vt famulum tuum. N. qui te timet, te colit, teq; veneratur à Diabolica tyrannide, & vexatione hac pessima liberare digneris. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, &c.

CONIVRATIO.

COniuro te ✠ & exorcizo vos spiritus Angelos percussores Christianorum per Pa✠trem, & Fi✠lium, & Spiritum ✠ sanctum, & per indiuiduam Trinitatẽ, & per beatissimæ virginis Mariæ virginitatẽ, adiuro vos ✠ & coniuro per Angelũ Michaëlem, Gabriëlẽ,

Per Angelorũ virtutes coniurandum.

Raphaëlem, & per eorum virtutes, & per Thronum Diuinæ Maiestatis, & per agnum immaculatum de altißimis progenitum, et ex Maria virgine natum, quam Angelus annunciauit, & per sanctißima nomina omnipotentis Dei Hel ✠ Heloym ✠ Heloa ✠ Sabaoth ✠ Esereheie ✠ Adonay ✠ Ya ✠ Tetragrãmaton ✠ Saday ✠ Meßias ✠ Agyos ✠ Yschyros ✠ Otheos ✠ Athanatos ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Agla ✠ Iesus ✠ Alpha & Omega ✠ Principium, & Finis, ✠ & per hæc, & alia nomina virtuosißima Domini nostri Iesu Christi filij Dei omnipotentis viui, & veri vobis contradico, qui vestra culpa de cœlo eiecti fuistis, & de excelso throno expulsi. Vos iterum exorcizo ✠ ac vobis impero per ineffabilẽ Creatoris potentiam, & per quatuor animalia summi Creatoris: & Sanctam sedem diuinæ maiestatis, et per Angelicas potestates cœlorum, & per Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, qui quotidie non cessant clamare dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, vt sine mora aliqua recedatis de creatura Dei, & imagine Christi, nec poßitis nocere alicui creaturæ Dei, & imagini Christi, vt præceptum est vobis. In nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lij, et Spiritus ✠ sancti, Amen.

Per quatuor animalia Creatoris coniuratio.

Exprobatio in Sathanam excerpta ex Prierio.

O Miserrime, et iniquisißime spiritus: ecce contra te tuum factorem, ac punitorem inuoco: cuius longanimitatem, temerè contemnere non consueuisti impunè. Reminisci debuisses: quemadmodũ in te quàm iuste,

statim

ſtatim ab initio tuæ conditionis animaduertit. Audi miſerrime opprobrium tuum. Deus omnipotens Adonay magnus, et mirabilis, imò incomprehenſibilis, cùm eſſet bonitas, et charitas infinita, nulli indigens, ſed in ſeipſo feliciſſimus, ex ſua tamen infinita bonitate producere voluit vniuerſum ad ſuam quidem gloriam, ſed ad vtilitatem aliorum: imò ipſam ſuæ gloriæ manifeſtationē in bonum ſuæ creaturæ ordinauit: quippè, qui eſt bonitas infinita, atque puriſſima: in quo quidem vniuerſo voluit eſſe creaturas rationales, cum quibus haberet ſanctæ charitatis amicitiam, et quibus tandem ſuæ felicitatis communionem largiretur. Inter has autem tuus dominus Acheruntinus Lucifer ſupremus creditur extitiſſe. Vos autem Spiritus nunc quidem brutales, olim verò glorioſi, omnes à Deo omnipotente producti fuiſtis donis naturalibus ſublimes, ſed gratuitis ſublimiores. Qui in ipſo mox veſtræ conditionis exordio: conditori veſtro non ſolùm ingrati, verùm etiam et rebelles extitiſtis: in ſuperbiam, in liuorem, et in odium maximum prorumpentes. O ingratitudinem maximam. O inauditam temeritatem. O flammis æternis exurendum ſcelus. Audiatis, quid de veſtro principe, et ſingulis veſtrum ſuo modo ſub figura Nabuchodonoſor ſuperbiſſimi, imò quid de Nabuchodonoſor ad inſtar Sathanæ, dicat per Iſaiam magnus, et admirabilis conditor veſter. Quomodo (inquit) cecidiſti de cœlo Lucifer? id eſt, quomodo in te potuit eſſe tanta ingratitudo, tanta ſuperbia, tanta iniquitas, vt ſubitò de cœlo caderes, omnipotenti virtute præcipitatus. Qui

Nabuchodonoſor imago Sathanæ.

manè oribaris, id est, qui in tuæ conditionis exordio, instar syderis matutini, atque pulcherrimi cœperas in mundo rutilare. Corruisti *in terram, scilicet infernalē, atque sulphuream, qui vulnerabas gentes, id est qui tyrannorum instar gentes vulnerantium ambiebas principatum, & in reliquos spiritus superbam tyrannidem exercere.* Corruisti *inquam tu, qui tua pulchritudine delectatus: dicebas in corde tuo, tuum scilicet blasphemando conditorem, vnde laudare debuisses.* In cœlum *conscendam, id est, supernaturalem felicitatem mea virtute nanciscar: super astra cœli, id est super omnes cœlestes spiritus exaltabo solium meum: volens scilicet reliquis spiritibus* Angelicis *inesse gratuito, atque felici principari.* Sedebo *in monte testamenti, id est in cœlesti* Hierusalem*, in lateribus* Aquilonis*, id est in medio templi, siue* Ecclesiæ *cœlestis: propterea quòd in materiali* Hierusalem *templum esset in lateribus* Aquilonis *montis Sion.* Ascendam *super altitudinem nubium, id est omnes creatos spiritus dignitate, & potestate transcendam.* Similis *ero altissimo,* Deo *scilicet omnipotenti, qui propria, non aliena virtute beatus est, omnes beatos spiritus beatificans.* O *verbum totius temeritatis, & cui merito per magnum, & admirabilem* Adonay *iustissimè respondeatur.* Veruntamen*, ô spiritus ingrate, atque superbissime ad infernum detraheris, in profundum laci, quia nihil æquius, quàm humiliare superbum.* Qui *te viderint post tantam dignitatem obsidentem corpora humana, & infra intestina stercora latitantem, bestiales gestus rugi-*

In Angelis sunt dona naturalia & gratuita.

Mons Testamenti est cœleste Hierusalem.

Aquilo templum significat Hierosolymitanum.

Nihil æquius, quàm humiliare superbum.

tusq;

sq; porcinos cum fœmineis eiulatibus exercentem, te contemplandum præ admiratione inclinabuntur, videant ad quantam profunditatem, de tanta subliitate explosus, ruensq; descenderis: dicentq; Nunquid e est vir, propter naturale scilicet ingenium: uera tem bestia propter perfidam voluntatem, et prædo fernalis, qui conturbauit terram, qui perdita charite, et spe salutis, in suam rebellionem, atq; coniuranem genus humanum attrahere sua fallacia curauit, de infinita mala, et perturbationes cūctæ prouênere, deò, vt orbem vniuersum desertum cognitione Diuina tuerit, dum ista bestia scabiosa vbique adorari voluit ce sui conditoris.

Illud verò miserrime quomodo sufferre iam potes, uod omnipotens Deus de superbißimo Tyro sub tua rsona, qui eum tuo facto docuisti per Ezechielem protetur, et dicit. Et tu Cherub, olim scilicet, nunc autem ædo, bestia, serpens, et sus macra, famelica, et imundißima, adeò turpis, vt semper vincat omnem seronem rei magnitudo. Signaculum expressum scilicet, sq; clarißimum, similitudinis, id est, simillium Deo omipotenti, plenus sapientia, naturali scilicet, atque ratuita, nunc autem plenior stoliditate, et plenißius iniquitate morali, perfectus decore, scilicet gratiæ, delitijs paradisi Dei fuisti, quia beatus eras in spe abituali, et in arra sanctæ charitatis. Omnis lapis reciosus: id est omnis Spiritus Angelicus operimenum tuum, quia nouem Angelorum agminibus orabaris. Sardius, Topatius, Iaspis: ecce vnam Hierar-

Tyrus denotat Sathanam.

Sathan erat olim Cherub. Sathan sus macra.

Decore gratiæ perfecti reddimur.

Lucifer Angelorum agminibus nouem ornabatur.

Triplices Hierarchię per lapides preciosos indicatæ.

rarchiam triplicis ordinis: Crysolitus, Onyx, et Berillus, ecce secundam: Saphyras, Carbunculus, et Smaragdus, ecce tertiam: Aurum quoque decoris tui, id est natura splendens, atque pulcherrima: et foramina tua, id est vires naturales, ingenium scilicet, atque volūtas, in quibus, quasi in foraminibus ānuli aurei, includebātur gemmæ spiritualium habituum, atque donorum, in die qua cōditus es præparata sunt, quia nulla fuit in eis imperfectio, nulla indispositio, macula nulla. Tu Cherub, significatus scilicet per Cherub sancti sanctorū, extensus ala duplici, contemplationis videlicet et amoris, et protegens, id est operiens archam, scilicet domini Sabaoth, id est Ecclesiam cœlestem, vel corpoream creaturam, posui te in monte sancto Dei, id est sublimē in templo cœlesti. In medio lapidum ignitorum, id est sanctorum Angelorum ardentium amore diuino, ambulasti vno duntaxat passu primæ operationis tuæ, perfectus in vijs, id est in operationibus tuis: quia et si vna fuit tua operatio ratione mensuræ, fuit tamen multiplex ratione potentiæ, cognitio videlicet, atque amor, à die conditionis tuæ, id est à primo instanti tui esse, donec inuenta est iniquitas in te in secundo scilicet tui esse instanti. In multitudine, id est propter multitudinem negotiationis tuæ, id est donorum naturalium, et gratuitorum repleta sunt interiora tua iniquitate, et peccati scilicet irreparabiliter, propter Dei forme ingenium quod tibi dedi, et inuiolabilem meam iustitiam, quam institui: et eieci te superbum, tumidum, et bestialem de monte sancto Dei, id est de cœlo Empyræo ad sedes infernales:

Cherubin alæ contemplationis & amoris.

Angeli vocātur lapides igniti.

les: et perdidi te, ô Cherub, protegens olim de me- lapidum ignitorum, quorum consortio te indi- um effecisti. Perdidisti sapientiam (Deo teste) li- tu apud mulierculas, et Necromanticos de sapien- gloriеris: et ex Angelo effectus es bestia teterrima, scabiosa.

Sathan perdidit sapientiã quamuis de ea apud Magos glorietur.

O miserrime, quo nulla creatura miserior, vel im- dentior est, quomodo post tantam gloriam audes mparere, et brutales: imò porcinos moliri rugitus? ubesce misellе, et fuge Dei omnipotentis imperia itus. Nam ego, Iesu Christi Nazareni crucifixi in- gnus Sacerdos, et famulus, auctoritate, et virtute i omnipotentis Patris ✠ et Filij ✠ et Spiritus ✠ ncti præcipio tibi, vt Dei templum desinas occupare, dicas in die iudicij, nemo me adiurauit, nemo mihi ntradixit. Ecce infelix, et flocipendente ego licet in- nus Dei omnipotentis Sacerdos, et famulus Iesu risti Nazareni crucifixi, ex parte Dei omnipoten- , et domini nostri Iesu Christi tibi contradico, et pero fugam, et contra te inuoco testes, ac punitores lum et terram, contra te inuoco Sanctam Trinita- n vltricem contumaciæ tuæ, beatam virginem Ma- m, omnes bonorum spirituum choros, omnes electos i, quos omnes humiliter precor, vt mihi aduersum int in adiutorio. Omnes autem Tartareas legiones, quidem inuoco (absit enim, quia suffragio gratiæ inæ, omnibus virtutibus infernalibus tam diuisim, àm coniunctim simul me existimo fortiorem) sed uoco, cito, coniuro, et ex parte Dei omnipotentis

Diabolus in extremo iudicio accusabit non coniurantes.

præcipiendo adiuro contra te, vt ſint contumaciæ tu punitrices. Fuge miſerrime, fuge latro, quia Iudex ade iratus, adeſt tortor funeſtus, atq; cruentus: qui tãqua latronem, atq; prædonem, in furca infernalis patibu te ſuſpendere feſtinat, adeſt contra te iudicium Ieſ Chriſti Nazareni crucifixi. Qui venturus eſt iudica viuos et mortuos, etc.

Furca infernalis patibuli.

Hic Sacerdos ponat librum ſuper caput obſeſſi & oſtendendo ei crucifixum dicat.

PER *iſtius libri orationes, et per omnes earum vir tutes, et per omnia ſigna, et verba Saluatoris no ſtri, et per omnes orationes, quæ fiunt in cœlo, et inter ra, et per omnes virtutes cœlorum in virtute, et pe virtutem ſanctorum Dei nominum præcipio vobis, v deinceps hîc manere non debeatis, nec poßitis, ſed facia tis quæcunque vobis iuſſerimus, alioquin in ſtagnum i gnis, et ſulphuris vos præcipitabimus æternaliter con cremandos. In quacunque ergo parte huius corporis ſi tis, ſiue intus, ſiue foris, venite et videte ſignum ſanct Crucis à ſummo Creatore domino noſtro Ieſu Chriſ conſecratum, quia per virtutem illius nobis obedire te nemini. Et per ipſum vos ligamus, vt coram nobis cõtr veſtram voluntatem venire debeatis, quoniam verb Dei, quæ de ore noſtro exeunt ſunt ignes feruentißimi qui vos comburent æternaliter, et hoc eſt ſignum pe quod totus mundus tremit, et omnis creatura contre miſcit, et vos rebelles eſtis noſtro, ac veſtro Creatori Maledicti ergo, et excommunicati, atq; blaſphemi ſiti in pœna æternali, et nulla ſit vobis requies in aliqu*

hora,

hora, si statim non eritis obedientes præceptis meis vobis factis in virtute Iesu Christi, et verbis quæ de illo dicuntur, qui orbem contremere facit, in cuius nomine, virtute, ac potestate vobis præcipio, vt statim recedatis. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Sententia ferenda ab Exorcista contra Dæmones obsidentes.

QVIA verò in hoc iudicio tanquam Vicarius illius summi iudicis potestate mihi tradita ab illo quando discipulis suis dixit: Quodcunque ligaueritis super terram, &c. nomine illius inuocato, & beatæ Virginis Mariæ eius matris, necnon beatorum Confessorum Prosperi, Geminiani, & Zenonis, ac Sanctorum Cypriani, & Iustinæ martyrum, ac totius curiæ triumphantis ratificando, & approbando latam superius sententiam per summum Creatorem. Ita ego pronuncio tanquam Vicarius vt suprà, & declaro, ac impero vobis, quòd sine mora, ac omni occasione postposita, hanc creaturam Dei. N. quam tantùm molestastis, amodo relinquatis suæ pristinæ sanitati, & nunquam deinceps molestare valeatis. Item impero, mando, iubeo, & præcipio, authoritate qua supra Lucifero, Beelzebub, Sathanæ, & omnibus furijs infernalibus, quòd statim, & sine mora vos in stagnum ignis, & sulphuris, & in profundum inferni præcipitent, vt suprà sententiatum est, & indispensabiliter vos ligent, & affligãt omnibus pœnis vsq; in diem iudicij. Et quia vestro creatori rebelles fuistis & nobis

his, et præceptis suis, beatæ Virginis, et dictis Apostolorum, et Euangelistarum, Martyrumq́, et Cõfessorum omnium dicta, lectaq́ neglexistis, vos omnes condemno ad infernale supplicium, et ignis qui vos vrat, ex ipsius præsentia Dei exeat, qui vos comburat, ipso iubente, qui vna cum Patre, et Spiritu Sancto viuit, et regnat in secula seculorum, Amen.

Hic Exorcista iterum ostendat Dæmoni crucifixum coniurando, quod per illud signum, & nomina Dei debeat exire. Et si Spiritus diceret, quòd non possit exire, eò quòd per incantationes, vel Exorcismos, & vincula aliqua sit ligatus super dictam creaturam, tunc coniuretur hoc modo.

Quando Spiritus obsidens est per incantationes ligatus, vt nõ possit exire.

EGo coniuro vos ✠ adiuro, et contestor, exorcizo, ✠ atq́ dissoluo ✠ omnes Spiritus maledictos, qui estis ligati super istã creaturã Dei. N. et per oẽs supradictas virtutes, miracula, gratias, et potestates Dei, et istius sanctissimæ imaginis crucifixi, et oĩm nominũ Dei, et per oẽs illas cõiurationes, orationes, vincula, et Exorcismos, quib. in nomine Domini nostri Iesu Christi potestis damnari, cruciari, et constringi, et per potestatẽ et gratiam Dei, et per illud tremendum iudicium Dei, quando omnes vos perpetualiter ligabit in stagno profundo abyssi, et in igne, et sulphure æternali, quòd debeatis rebelles Iesu Christi Nazareni exire, et recedere ab isto corpore humano sine aliquo nocumento, & læsione corporis, et animæ per virtutem Dei viui, et veri. In nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lij, et Spiritus ✠ sancti, Amen.

Iuramentum præbendum Diabolo ad extorquendam veritatem omnium pertinentium ad liberationem obsessi.

Diabolus ad iusiurandum adigendus.

Exorcista præbere poterit sequens iuramentum Dęmoni vexanti corpus in quocunque loco harum coniurationum sibi videbitur expedire, & per illud conetur habere veritatem præceptis, & duris comminationibus.

Forma iuramenti quod iurat Sathan sacerdoti.

Ego iuro, & promitto tibi Sacerdoti, seu ministro Christi obseruare omnia illa, quæ præceperis mihi ex parte Dei, & Domini Iesu Christi Nazareni crucifixi pertinentia ad honorem eius, ad liberationem huius creaturæ, vel ad charitatem proximi tui. Quòd si in illo defecero ex his quæ tibi promitto, ex nunc inuoco ipsum Deum omnipotentem iratum contra me, qui tanquam vltor, & vindex huius mei periurij, mittat sanctos Angelos suos potentes in prælio, qui me eijciant, & appellant ex hoc corpore. Voco similiter Luciferum vna cum omnibus alijs principibus, furijs, & pœnis infernalibus, qui omni sua indignatione, & furore indignati contra me insurgant, & ducant me in profundissimum & pœnosissimum locum inferni, vbi acrius, & durius mille millies magis solito omni pœna, dolore, & cruciatu infernali sim cruciandus à quibus non poßim liberari in secula seculorum, Amen.

Diabolus vocat Diabolum in pœnam.

Præceptum faciendum omnibus Spiritibus immundis egreſsis è corporibus obſeſsis.

Quia ſæpe contingit Energumenos non poſſe liberari à Spiritibus immundis ipſos vexantibus prima, ſecunda, vel tertia vice, ideo Sacerdos volens finem imponere coniurationi, præcipiat Spiritibus egreſsis è corpore hoc modo:

PRæcipio vobis omnibus Spiritibus immundis, qui egreſſi eſtis ex hoc corpore in nomine ſanctiſſimæ trinitatis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti, quòd non habeatis auctoritatem, poteſtatem, ſeu virtutem oſtendendi vos huic creaturæ Dei. N. *nec faciendi illi aliquam illuſionem tam phantaſticam quàm realem, nec poſſitis illam offendere, neque lædere tam in corpore, quam etiam in anima, nec denuò poſſitis regredi ad illam vexandam, nec mittere alios Dæmones loco veſtrorum. Sed ſitis conſtricti ſupradicto præcepto ire ad ſedes infernales, vel ad loca vobis deputata à* Deo, *vbi nullam creaturam tam rationalem, quàm irrationalem lædere valeatis.* Ecce *crucem ✠ Domini, fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.*

Præceptum faciendum omnibus Spiritibus remanentibus in corpore cùm neceſſe fuerit dimittere coniurationem.

Si Energumenus non fuerit liberatus, & tamen (vrgente neceſsitate) dimittenda ſit coniuratio

tio, tunc præcipe omnibus Spiritibus remanentibus in corpore eos cogendo, vt recedãt à capite, à corde, & à stomacho, & descendant ad partes inferiores corporis, puta in vngues mortuos pedum, & caue ne vllo pacto sinas eos remanere sursum: cùm autẽ illuc descenderint, tunc facias illis sequens præceptum.

Diabolus obsidens semper ad inferiora corporis cogẽdus, & in vngues pedum mortuos.

Præcipio vobis omnibus Spiritibus immũdis, qui estis in hoc corpore in nomine sanctissimæ Trinitatis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠sancti, & sub pœna immersionis in stagnum ignis, & sulphuris per annos mille statim ab exitu vestro, quatenus non habeatis auctoritatem, seu potestatem ascendendi superius ad caput, vel ad membra huius creaturæ Dei. N. *& ipsam lædendi, sed cogamini manere deorsum, donec vocati fueritis à me, seu ab aliquo alio* Exorcista, *vel permissi à Deo ascẽdere ad honorem ipsius, ad salutem huius creaturæ Dei, & ad confusionem vestram, vel augmentum pœnarum vestrarum, & sinatis ipsam orare, comedere, bibere, quiescere, & omnia illa agere, quæ spectant ad honorem Dei, & salutem animæ suæ,* Et *sicut* Christus *mortuus est, & descendens ad inferos dixit:* Attollite *portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit* Rex *gloriæ, & ibi ligauit superbissimum Luciferum, ita auctoritate qua fungor, ligo vos in loco vobis assignato. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠sancti. Amen.*

Eleuate portæ infernales, vt intret rex gloriæ.

Explicit Exorcismus septimus.

GRATIARVM ACTIONES, PRO ENERGVMENO liberato.

Cùm liberatus fuerit obsessus, dic.

TEDeum laudamus. totum: Quo finito dic sequentia verba. ℣. *Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.* ℟. *A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.* ℣. *Ostende nobis domine misericordiam tuam.* ℟. *Et salutare tuum da nobis* ℣. *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

GRatias agimus tibi domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, gratias agimus tibi Christe verbum æterni Patris, gratias agimus tibi Spiritus alme, gratias agimus Sanctis omnibus, tum Angelis, tum hominibus, quia omnipotenti virtute Dei per nostras manus elisus est draco. Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob miserere famulo tuo. N. *quem à Diabolica potestate liberasti, & in eius adiutorium sanctum dirige Michaelem, qui eum protegat, visitet, atque defendat ab omnibus inimicis suis. Qui viuis, & regnas in secula seculorum. Amen.*

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui liberare dignatus es hunc famulum tuum. N. *ab omni vexatione satanæ, & ministrorum eius, mitte in eum septiformem Spiritum sanctum tuum paracletum de cœlis.* ℟. *Amen.*

Spiri-

spiritum ſapientiæ, & intellectus. ℟. Amen. Spiritum consilij, & fortitudinis. ℟. Amen. Spiritum ſcientiæ, & pietatis. ℟. Amen. Adimple eum Spiritu timoris tui, & signa eum in vitam propitiatus æternam. ℟. Amen.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

TE Deum Patrem ingenitum, te Filium vnigenitum, te Spiritum ſanctum paracletum, Sanctam & indiuiduam Trinitatem toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus, tibi gratias agentes, quia tua virtute hodie confuſus, turbatus, verberatus, ac denique expulſus eſt Diabolus cum ſocijs ſuis de hac creatura tua. N. quam per filium tuum vnigenitum redimere dignatus es. Quæſo igitur te domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, Sancta Trinitas, virtus vna, atque indiſcreta maieſtas Deus noſter omnipotens, vt hanc creaturam tuam. N. cuſtodire, & defendere digneris per ſanctos Angelos tuos ab omni incurſu Satanæ, & miniſtrorum eius, & infunde ſuper eam benedictionem tuam ſanctam. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Ecce crucem ✠ domini, fugite partes aduerſæ, vicit leo de tribu Iuda radix Dauid. Ieſus Chriſtus beatiſſimæ virginis Mariæ filius, mundi ſalus, & dominus, qui dixit diſcipulis ſuis. In nomine meo Dæmonia eijcient, ipſe impleat verbum ſuum, & ſit tibi propitius, & clemens. Et hoc ſignum ſanctiſſimæ crucis ✠ ſit tibi clypeus, & munimen aduerſus omnes inſidias Diaboli. Amen.

Oratio.

SAnctificet te Deus signaculo sanctæ crucis ✠ suæ, vt recedant à te omnes inimici tui. Defendat te Iesus Christus filius Dei viui per signum sanctæ crucis ✠ Defendat ✠ te Deus ab omnibus malis præsentibus, & futuris, exterioribus, & interioribus. Signo ✠ te signaculo sanctæ crucis, vt à persecutionibus Diaboli liberet te Deus. Signaculo huius crucis ✠ prosternantur ipsi Diaboli aduersarij tui, & fugiant à te. Per istius sanctæ crucis ✠ signaculo liberet te Deus à periculis mundi, & mittat sanctos Angelos suos, qui te custodiant. Benedictio ✠ Dei Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti sit super te, Benedictio ✠ Iesu Christi sit super te. Virtus sanctæ crucis ✠ sit super te, intra te, circa te, ante te, post te, & omnibus partibus tuis. Benedictio ✠ beatæ Mariæ matris Dei sit super te, Benedictio ✠ Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei sit super te. Amen.

Oratio.

SAncte Michael Archãgele defende creaturam istam N. in prælio, vt non pereat in tremendo iudicio, per gratiam quam meruisti te deprecor, vt eruas eam ab omnibus periculis animæ, & corporis, & ab vniuersis insidijs Dæmonum, & custodias eam, vt omnes Spiritus maligni non possint nocere ei in quocunque loco fuerit. Per Iesum Christum saluatorem nostrum. Amen.

Hic Sacerdos, seu Exorcista signando obsessum dicat.

Signaculum Domini nostri Iesu Christi ✠ impono in frontem tuam. Signo ✠ oculos tuos, vt videas claritatem Dei, Signo ✠ aures tuas, vt percipias verba Dei, ac salutis tuæ. Signo ✠ nares tuas, vt percipias odorem suauitatis. Signo ✠ cor tuum, vt confitearis peccata tua. Signaculum Dei Pa✠tris omnipotentis, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti appono, quod te sanum faciat in omni tempore vitæ tuæ, vt nullum habeat Diabolus potestatem in te, nec in aliqua parte tui: sed sancta Trinitas diuina regat te, & perducat in vitam æternam, Amen.

Hic benedicas eum dicens.

Bene✠dicat tibi Dominus noster Iesus Christus, & custodiat te. ℟. Amen. Ostendat tibi faciem suam Dominus, & misereatur tui. ℟. Amen. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. ℟. Amen. Pax, & benedictio Dei omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti descendat super te, & maneat tecum in æternum, Amen.



REMEDIA EFFICACISSIMA IN MALIGNOS Spiritus expellendos, facturasque,

ET MALEFICIA EFFVGANda de obseßis corporibus, cum suis benedictionibus.

Ordo ad faciendum aquam benedictam.

Sacerdos indutus Sacerdotalibus indumentis, vel saltem stola absolutè dicat.

℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini,*

℟. *Qui fecit cœlum & terram,*

EXORCISMVS SALIS.



Xorcizo te creatura salis per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te per Eliseum Prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquæ, vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, & corporis, & effugiat, atque discedat à loco in quo aspersum fuerit omnis phantasia, & nequitia, vel versutia Diabolicæ fraudis, omnisq; spiritus immundus adiuratus per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen,

Oratio

Oratio.

IMmensam clementiam tuam omnipotens æterne Deus humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti bene✠dicere, & sancti✠ficare tua pietate digneris, vt sit omnibus sumentibus salus mentis, & corporis, & quicquid ex eo actum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omniq; impugnatione spiritualis nequitiæ. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

EXORCISMVS AQVAE.

EXorcizo te creatura aquæ in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, & in nomine ✠ Iesu Christi Filij eius Domini nostri, & in virtute Spiritus ✠ sancti, vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, vt ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas cum Angelis suis Apostaticis. Per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Oratio.

DEus, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius inuocationibus nostris & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene✠dictionis infunde, vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos Dæmones, morbosque pellendos diuinæ gratiæ sumat effectum, vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda resperserit, careat omni immunditia, liberetur à noxa, non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant

omnes insidiæ latẽtis inimici, & si quid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti aspersione huius aquæ effugiat, vt salubritas per inuocationẽ sancti tui nominis expedita, ab omnibus sit impugnationibus desensa. Per dominum nostrũ Iesum Christum, &c.

Hic mittat sal in aquam in modum crucis dicendo semel.

Commistio salis, & aquæ pariter fiat, In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠Sancti, Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

DEus inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triumphator, qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sæuitiam superas qui hostiles nequitias potenter expugnas, te domine trementes, & supplices deprecamur, ac petimus, vt hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices, vt vbicunq; fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorquẽ venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, vbique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

S. Cypriani coniuratio olei.

Benedictio olei probatissma ad expellendas omnes facturas, maleficia, ligaturas, & omne opus nefarium Diaboli de humanis corporibus: quæ ab aliquibus ascribitur Sancto Cypriano.

Modus

Modusq; ſumendi dictum oleum.

Sacerdos habeat vas præparatum cum oleo benedicendo, & indutus ſacerdotali ſtola, benedicat ipſum dicens.

IN nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spritus ✠ ſancti. Amen. ℣. *Adiutorium noſtrum in nomine domini.* ℞. *Qui fecit cœlum & terram.* ℣. *Oſtende nobis domine miſericordiam tuam.* ℞. *Et ſalutare tuum da nobis.* ℣. *Adiuua nos Deus ſalutaris noſter.* ℞. *Et propter gloriam nominis tui libera nos.* ℣. *Nihil proficiat inimicus in nobis.* ℞. *Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.* ℣. *Fiat miſericordia tua domine ſuper nos.* ℞. *Quemadmodum ſperauimus in te.* Olei benedictio.

EXORCISMVS.

EXorcizo te immundiſsime ſpiritus, omnis incurſio Satanæ, & phantaſma in nomine Dei Pa✠tris, in nomine Dei Fi✠lij, & in nomine Dei Spiritus ✠ ſancti, vt recedas ab hoc oleo, vt poſsit effici potatio ſpiritualis ad ſanandum infirmos, vt in eis poſsit habitare Spiritus ſanctus, per nomen Dei patris, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti dilectiſsimi filij eius. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

Oratio.

EMitte domine ſeptiformem ſpiritum ſanctum paracletum de cœlis in hãc pinguedinem oliuæ, quam de viridi ligno producere dignatus es ad refectionẽ mentis & corporis, vt tua benedictione ſit ſemp tangenti tutamentũ mentis, & corporis ad euacuãdos oẽs humores

melan-

melancholicos, omnes dolores, omnes infirmitates, omnesq; ægritudines mentis, & corporis, vnde vnxisti Reges, Prophetas, & Martyres vnctione sancta tua perfecta. Domine abs te ostende nobis, vt benedictum permaneat in visceribus famulorum tuorũ, in nomine domini nostri Iesu Christi. Qui tecũ, & cum spiritu Sancto viuit, & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Hic Sacerdos habeat vexatum, seu maleficiatum præsentem si commodè fieri potest, & positis manibus super caput eius, adiuret Dæmonem hoc modo.

ADIVRATIO.

ADiuro te, ô Sathan, & omnes malignos Spiritus per nomen Dei viui, ✠ veri ✠ & sancti ✠ per nomen, & merita Virginis Mariæ, per potestatem omnium Spirituum cœlestium, & per nouem ordines cœlestes in maledictionem, confusionem, & augmentum pœnarum tuarum in centuplum de die in diem, vsque ad vltimum tremendum diem finalis iudicij augmentandam, si nunc non recedas maledicte Sathan ab hoc famulo Dei. N. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Coniuratio per nouem ordines cœlestes.

CONIVRATIO.

ITerum coniuro te, ô ✠ Sathan, quòd non requiescas, neque cesses à labore continuo de loco in quo es, penitus remouere ab officio, & societate damnata cuiuscunque principatus, & tuam, & omnem malignam fascinationem ab hac creatura Dei. N. facturas, infirmitates, & dolores animæ, & corporis per verba coniura-

[iu]rationis prædictæ, maledicte Sathan, sit nomen, & o[p]us tuum confusum, & maledictum in æternum, & vl[t]ra à Deo omnipotente, & à me, per potestatem mihi [t]raditam super te, non solùm in baptismate, & alijs sa[c]ramentis, sed etiam per administrationem veri corpo[r]is & sanguinis domini nostri Iesu Christi, mihi per au[c]toritatem beatorum Apostolorum Petri, & Pauli con[c]essam, & si fueritis rebelles, & contumaces, & mihi [i]nobedientes, coniuro contra te, & contra vos omnes [S]piritus infernales, qui vos nefarios Spiritus cum festi[n]atione, quatenus per virtutem illius nominis, quod [M]oysi nominauit, & tunc abscorpti fuerunt à cauernis [a]byssi Dathan, & Abyron, & in virtute illius nominis, [v]sque in profundum abyssi, vsque ad vltimum diem vos [r]eligent. Amen.

Per nomen quod pronunciauit Sathan cum absorbere faceret terram seditiosos.

¶ Sequentia Sancti Euangelij secundum Marcum. [I]n illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis. &c. Quære suprà fol. 156

ADIVRATIO.

ADiuro etiam vos ✠ omnes immundos Spiritus per eum qui erat, qui est, & qui venturus est, qui crea[u]it, & redemit nos suo sanguine, per crucem, mortem, [s]epulturam, & resurrectionem suam, qui hic præsens, [&] vbique est, qui dixit. Vbi fuerint duo, vel tres in no[m]ine meo congregati, ibi in medio eorum sum, & per [n]omen eiusdem domini nostri Iesu Christi, vt hinc sta[t]im recedatis cum maleficijs, & facturis vestris nun[q]uam redituri. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & [S]piritus ✠ Sancti. Amen. ℣. Adiutorium nostrum in nomine

nomine domini. ℟. *Qui fecit cœlum, & terram.* ℣. Exur-
ge Chriſte adiuua nos. ℟. *Et libera nos propter nomen*
tuum.

Oratio.

O *Poteſtas immenſa, ô Trinitas indiuidua, æterne Spiritus ſancte, te omnes Chriſticolæ exoramus, vt potentiam, & miſericordiam tuam ſuper hanc creaturam tuam.* N. *porrigas: & ab omni Spiritu immundo tua pietate liberare digneris. Qui viuis, & regnas in ſecula ſeculorum. Amen.*

Hic Sacerdos reuertatur ad benedictionem olei, & dicat.

B*Enedicat te creatura olei ✠ Imperialis maieſtas, protegat te ✠ regalis diuinitas, defendat te ✠ immenſa Trinitas, foueat te ✠ glorioſa vnitas, dirigat te ✠ inæſtimabilis bonitas, regat te ✠ potentia Dei Patris, viuificet te ✠ ſapientia Dei Filij, deducat te ✠ virtus Spiritus ſancti, Alpha, & Omega. Deus Sabaoth ſit iſta inuocatio, vt det tibi ad omne malum propellendũ virtutẽ. Crux ✠ Chriſti ſaluet te, duodecim Apoſtoli te ✠ cuſtodiant, Sancti Martyres te ✠ adiuuent, ſancti Confeſſores te bene ✠ dicant, oẽs Sancti Sacerdotes noui & veteris teſtamenti te exorci ✠ zent, & ſancti ✠ ficent, Sancti, Angeli, Archangeli, Throni, et Dominationes, Principatus, & Poteſtates, Virtutes Cœlorũ, Cherubin, & Seraphin te ✠ defendant, virtuoſus Deus trinus, & vnus te bene ✠ dicat, & det tibi cõtra omne malum, & ad oẽs facturas, & maleficia virtutem, vt per te poßim deſtruere, eradicare, & euellere de animabus, & corpori-*

Per ſacerdotum veteris & noui teſtamẽti exorciſmos.

corporibus humanis omnia maleficia, omnes incantationes, ligationes, facturas, & omne opus nefarium Diaboli. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Hic sequuntur benedictiones dicti olei ad bibendum, & ad vngendum facturatos.

ADiutorium nostrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlũ & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt.

EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura olei per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum: per Deum ✠ Sanctum, vt omnis virtus aduersarij, omnis exercitus Diaboli, omnisq́ incursio, & omne phantasma Sathanæ eradicetur à te, vt fias omnibus, qui te sumpserint medicina ad expellẽdas omnes facturas, & fuganda omnia maleficia Sathanæ, & ministrorum eius, & ipsum inimicum expellere cum omnibus maleficijs, incantationibus, ligationibus, signaturis & facturis valeas. In nomine Pa✠tris omnipotentis, in charitate Iesu ✠ Christi Domini nostri filij eius, qui viuit, & regnat cum Spiritu sancto Deus. Per omnia secula seculorum, Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Benedictio olei ad id bibendum.

Oratio.

CReaturarum Deus omnium, & Domine Creator, qui per Moysen famulum tuum, permixtis herbis aromatum, fieri præcipisti sanctificationem vnguenti, clementiam tuam suppliciter deposcimus, vt huic oleo, quod oliua, te iubente produxit, spiritualem gratiam largiendo, plenitudine sancti ✠ ficationis infundas. sit Domine fuga Dæmonum, ac omnium maleficiorum, incan-

Oleum benedicendum ad vngendum.

incantationum, ligationum, facturarum, ac omnium operum Sathanæ exterminatio, & præsta nobis Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, vt quicunque ex hoc oleo biberint, & deuotè vnxerint, sit eis perfecta medicina contra omnes Diabolicas machinationes, facturas, ligationes, & signaturas, ac malignos Spiritus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠sancti, Amen.

EXORCISMVS.

Oleum benedicẽdum & ad bibendum & vngendum.

EXorcizo te creatura olei in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠sancti, vt per hanc inuocationem indiuiduæ Trinitatis, ac vnius virtute Deitatis, omnis nequissima virtus aduersarij, omnis inueterata malitia Diaboli, omnis violenta incursio, omne confusum, & cæcum phantasma, eradicetur, fugetur, & discedat ab hoc oleo, vt omnes, qui ex eo biberint, & deuotè vnxerint fiat sanitas super eos ab omni maleficio Diabolico, vt non possit latere vlla malignorum Spirituum nequitia. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Deo patre, & Spiritu Sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Oratio.

DEus omnipotens, sanctificationum dominator, cuius pietas sine fine sentitur. Deus, qui cœlestia, & terrena simul moderaris, & complecteris: seruans misericordiam tuam populo tuo ambulanti ante conspectum gloriæ tuæ. Exaudi pie Domine preces seruorum tuorum: & copiosa tua bene✠dictio descendat in hoc

oleum

oleum in honore nominis tui, & victoriosæ crucis ✠ tuæ: & in honore sanctorum omnium, & sanctarum totius cœlestis curiæ. Tu ô clementissime pater sancti ✠ fica, & miserator illustra: proprio splendore clarifica: vt omnis, qui deuotè biberit, & vnxerit, ab omnibus Spiritibus immundis, ac operibus eorum sanetur, & saluetur propter nomen tuum magnum, & manum tuam fortem, & brachium tuum excelsum. Et tu Deus altissime libēter protege, & dignanter libera eos ab omnibus Spiritibus immundis, maleficijs, incantationibus, signaturis, facturis, & ab omni opere Sathanæ liberare digneris propter nomen tuum magnum, & admirabile & liberatos æterna redemptione conserua, vt semper felices, semperq́ in tua gratia lætantes, constanter in istam cōfessionem Trinitatis in fide catholica perseuerent. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

Et aspergatur aqua benedicta super oleum in modum crucis.

Benedictio panis non fermentati, qui vulgò dicitur (Neuole) qui propter eius leuitatem consueuit dari infirmis, antequam bibant prædictum oleum benedictum.

Neuole: panis benedictus dandus infirmis ante potum olei.

Sacerdos habeat prædictum panem præparatum, prout necesse fuerit infirmo, & illum benedicat sequenti benedictione dicens.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlū & terram. ℣. Ostende nobis domine miseri-

ricordiam tuam. ℟. *Et salutare tuum da nobis.* ℣. *Adiuua nos Deus salutaris noster.* ℟. *Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.* ℣. *Nihil proficiat inimicus in nobis.* ℣. *Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.* ℣. *Fiat misericordia tua Domine super nos.* ℟. *Quemadmodum sperauimus in te.* ℣. *Nunquid poteris parare nobis mensam in deserto.* ℟. *Pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis.* ℣. *Cibauit illos ex adipe frumenti.* ℟. *Et de petra melle saturauit eos.* ℣. *Manducauerunt, & saturati sunt nimis.* ℟. *Et desiderium eorum attulit eis.* ℣. *Panem Angelorũ manducauit homo.* ℟. *Per gratiam suam misit eis in abundantiam.* ℣. *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

Panis non fermentati benedictio, qui exhibetur infirmis.

D*Omine Iesu Christe, panis Angelorum, panis viuus æternæ vitæ, bene✠dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, vt omnis, qui ex eo susceperit, & gustauerit, inde corporis, & animæ percipiat sanitatem, & omnis spiritus procellarum, & aëreæ potestates, facturæ, & omnia maleficia, incantationes, ligaturæ, & omne opus nefarium Diaboli dextera tuæ virtutis prosternatur. Descendat quæsumus Domine desuper Spiritus sanctus in istum panem, sicut Samuele cornigerum holocaustum tuum mactãte, fragor turbam aduersantem repulit, ita effugatis omnibus virtutibus contrariæ potestatis, & omni maleficio Diaboli, siue facturis, ligaturis, ac nefarijs operibus Satanæ à famu-*

à famulis tuis, incolumes, & sanatos ab omni infirmitate manus seruet Angelica protectione superna, vt in laudis, & Spiritualis deuotionis, & amoris Dei transeat augmentum Qui viuis, & regnas cum Deo patre in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio.

Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, bene ✠ dicere digneris hanc creaturam panis tua benedictione, vt sit sumentibus salus mentis, & corporis, atq; contra morbos, & vniuersas inimicorum insidias, maleficia, facturas, & omne opus nefarium Diaboli tuamentum, & tua protectione, ac pietate digneris dissoluere, & annullare, vt alligata potestate Dæmonum, in hoc, creaturæ rationali deseruiens, deficiat, & turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, & omnipotentissimæ maiestatis tuæ. Per dominum nostrum Iesum Christum panem vitæ, qui de cœlo descendit, vt esset hostia viua, & daret salutem mundo. Qui tecum, & cum Spiritu sancto viuit, & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio.

Domine Deus omnipotens, descendat benedictio Dei Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti super hunc panem: vt quicunque ex eo sumpserit, accipiat sanitatem mentis, & corporis, & protectionem, & tutelam salutis, integritatem charitatis, consolationem spei, & fidei corroboratione, virtutumq; omnium constantem perseuerantiã, ac Spiritus S. visitationem,

tionem. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Oratio.

PRecamur domine Deus noster tuæ pietatis clementiam, vt panem istum cœlesti benedictione sanctifices: & ita ex hoc fugare digneris omnem Diabolicam tentationem maleficij Spirituum immundorum, facturarum, ligationum, traditurarum, incursuum, vt quicunque ex hoc pane comederit, totius virtutis, & sanitatis dulcedine perfruatur, & tibi sanctificatori, & Saluatori omnium gratias cum gaudio, & letitia agere mereatur. Te igitur domine Deus pater omnipotens, vna virtus, salus infinita, Trinitas sancta, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, supplices deprecamur, vt bene✠dicere, exorci✠zare, & sancti✠ficare pro tua pietate digneris hanc creaturam panis, quem nos ministri tui, cum verbis tuis, & in tuo nomine, & dilectissimi filij tui, & Spiritus sancti bene✠dicimus, & exorci✠zamus ad expellendas omnes facturas Diaboli, incantationes, ligationes, fascinationes, obstinationes, & omne impedimentum Satanæ, & ministrorum eius propter amorem vnigeniti filij tui domini nostri Iesu Christi, & hic panis à te benedictus, & sanctificatus sit fuga Dæmonum, & omnium maleficiorum, & operum Sathanæ exterminatio, vt omnes qui ex hoc pane gustauerint, omnia opera Satanæ, & omnem virtutem eius extinguere, & fugare valeant, & si quid veneni, si quid mortiferæ operationis fuerit in illis, clementer eos liberes propter magnum nomen tuum Adonay, vt creatura tua ad te cōuertatur. Qui in Trinitate perfecta viuis, et regna[s]

regnas Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio.

DOmine Deus pater omnipotens, qui Moyſi, & Aaron famulis tuis præcepiſti panes propoſitionis in conſpectu tuo ſemper adeſſe. Domine Ieſu Chriſti filij Dei viui, qui ſatiaſti quinque millia hominum ex quinque panibus, & duobus piſcibus. Domine Deus Abraham, Deus Iſaac, et Deus Iacob, qui filios Iſrael de Aegypto liberaſti in manu forti, & brachio extento, & quadraginta annis in deſerto eos ſatiaſti pane cœleſti, ſupplices nos miniſtri, & famuli tui (licet indigni) benedicentes panem iſtum quæſumus domine nobis ſupplicantibus adſit virtus Spiritus ſancti, quæ ita eum ſanctificet, vt omnes qui ex eo ſumpſerint, in priſtinam ſanitatem reuertantur, & omnes incantationes, ligationes, ſignationes, facturas diabolica arte factas, cuiuſcunque conditionis exiſtant in virtute verborum tuorum abſoluant, et annihilent omnia maleficia Satanæ, et miniſtrorum eius. Da domine virtutem nomini tuo, quod inuocamus ſuper panem iſtum per magnum nomen tuum Adonay, Tetragrammaton: & per nomen dilectiſſimi filij tui Ieſu Chriſti, qui tibi factus eſt obediens vſque ad mortem crucis, quod inuocamus ſuper panem iſtum, habeatque virtutem per inuocationem eiuſdem nominis filij tui, & Spiritus ſancti ad effugandos Spiritus malignos, & omnes virtutes eorum, exalteturque nomen tuum in nobis, in confuſionem omnium inimicorum noſtrorum viſibilium, & inuiſibilium. Qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio.

DOmine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui Ecclesiam tuam per filium tuum in sanguine eius plantasti, qui Moysi famulo præcepisti, septuaginta viros de populo Israël segregari, vt praeessent populo tuo. Et ita Apostoli domini nostri Iesu Christi in primitiua Ecclesia septem ministros, per impositionem manuum Apostolicarum ipsos consecrauerunt, & erant intenti in oratione, & fractione panis. Exaudi nos clementissime domine, quos ad officium Sacerdotale non nostris meritis clementer numerasti: & da virtutem verbis tuis, & nomini tuo quod inuocamus super panem istum, & præsta nobis famulis tuis, vt quicunque hunc panem deuotè sumpserit in nomine tuo benedictum, sanitatem mentis, & corporis recipiat, & ab omnibus maleficijs, incantationibus, signationibus, fascinationibus, signaturis, facturis, & ab omnibus operibus Sathanæ, te propitiante sanetur. Domine Iesu Christe, qui in hunc mundum veniens panem viuum de cœlo esse voluisti, exaudi nos quæsumus domine, & præsta nobis famulis tuis bene✠dicentibus panem istum in nomine Patris tui, & Spiritus sancti, vt quicunque hunc panem deuotè sumpserit, ab omnibus operibus Satanæ mundetur, & sanetur. Qui cum Deo patre, & eodem Spiritu sancto viuis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Oratio.

DEscendat quæsumus, domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus per amorem vnigeniti Filij

tui

tui virtus Spiritus sancti, quæ ita istum panem bene✠dicat, inflam✠met, & exorci✠zet, vt quicunque ex eo comederit, siue gustauerit in nomine tuo, & dilectissimi Filij tui, & Spiritus sancti ab omnibus operibus Satanæ sanetur, & saluetur. Da Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, vt quod rogamus, & exoramus obtineamus in nomine tuo, & dilecti filij tui, & Spiritus sancti, Amen.

Aspergatur aqua benedicta in modum crucis super panem, postea dic sequentem orationem.

Oratio.

VEni sancte Spiritus, & clementi bonitate bene✠dic, & sancti✠fica panem istum, vt omnes, qui sumpserint, siue gustauerint ex eo, ab omnibus operibus Satanæ, & ministrorum eius sanentur, & saluentur in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto eodem viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

DOCVMENTVM PRO EXORCISTIS.

Aduèrtere debet Exorcista, ne vllo pacto præbeat hoc oleum, vel aliquod aliud remedium potabile alicui infirmo sine cõsilio & iudicio Medicorum: quia cum complexiones, seu naturæ infirmorum sint diuersæ, diuersimodè etiam illis applicãda sunt tam ista, quàm alia remedia, quia quod vni aliquando erit profi-

Medici Exorcistis in consilium adhibendi.

cuum, alteri poterit esse nociuum. Ideo standum est iudicio illorum, cùm illorum sit cõplexiones hominum cognoscere, & de illis iudicare, propterea hæc remedia poterunt augeri & minui secundum eorum iudicium.

Modus sumendi oleum prædictum, & panem benedictum, nec non vngendi patientem ex dicto oleo benedicto.

Hic benedictionibus finitis, tu qui curam habes infirmi, seu vexati, accipe vnam, vel duas libras carnis vituli, aut aliam carnẽ, pro opportunitate tẽporis, & illã tandiu sine sale facias bullire in aqua, donec decocta fuerit: postea accipe sex vel octo vncias ex illo brodio prius à Sacerdote benedicto illa benedictione (*ad quodcunq; volueris*) vel benedictione (*omnium potionum*) posita infra, & duas vncias prędicti olei benedicti. Et oĩa simul incorporata, ac tepida dabis patiẽti summo manè. Sed antequã infirmus bibat, prædictum oleum sic dispositum, præbe illi panem benedictum dicendo.

De brodio ex carne benedicto dando obsesso.

Accipe panem istum benedictum ad destruenda omnia maleficia Sathanæ tibi facta. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti, Amen.

Sicq; continuabis per 8. vel 10. dies. Et vnaquaq; die vnge patientem ex prædicto oleo in istis locis. Ad oculos, ad frontem, ad aures, in pectore, ad cor, ad pulsus manuum, ad manus ad pulsus pedum, & ad pedes, & vngendo singula loca dicas sequentia verba.

Ego vngo te. N. hoc oleo benedicto, & per istam vnctionem absoluo te ✠ ab omnibus maleficijs, incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis tibi arte Diabolica factis. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

Benedictio ad quodcunque volueris.

℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.* ℟. *Qui fecit cœlum & terram.* ℣. *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum Spiritu tuo.*

Oratio.

B*Ene ✠ dic Domine creaturam istam. N. vel N. vt sit remedium salutare generi humano, & præsta per inuocationem sancti tui nominis, vt quicunque ex ea sumpserint, vel gustauerint, corporis sanitatem, & animæ tutelam accipiāt. Per Christū dominū nostrū, Amē.*

Et aspergatur aqua benedicta in modum crucis.

Alia benedictio olei ad vngendum maleficiatos: modusque faciendi prædictum oleum.

Modus conficiendi oleum benedictum.

Recipe { *Rutarum.* / *Saluiæ.* / *Anethi.* / *Cinis oliuarum.* / *Aquabenedicta.* } *Cinas tres.*

Et omnia simul fac bullire in oleo, deinde ipsum benedicas sequenti benedictione.

℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit cœlum & terram.*

EXORCISMVS.

EXorcizo te spiritus immunde per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, vt omnis virtus aduersarij, omnis exercitus Diaboli, omnis incursus, & omne phantasma inimici eradicentur, & effugiant ab hac creatura olei, & omnium herbarum, quæ in eo sunt, vt sit ignis ardens aduersus omnes insidias inimici, vt quicunque vnctus fuerit hac creatura olei sit sanitas, & sinceritas super eum, & spiritus maligni, & phantasticæ visiones, vnctione huius olei separentur, & elogentur ab eo. Per eum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Postea vnge patientem, sicut supra ostensum est.

Modus soluendi maleficia alicui personæ facta, in corpore humano existentia.

Prius aduertere debet Exorcista, in qua parte corporis maleficium inferat dolorem, quia regulariter in istis tribus partibus consueuerunt maleficia inducere læsionem, scilicet, in ventre, in stomacho, & ad cor. Si dolorem immittat in inferiori parte corporis maleficiati, præbe illi oleum benedictum prima benedictione, eo modo quo dictum est supra, & omni die quo infirmus biberit prædictũ oleũ, debet exorcizari per tres, vel quatuor horas. Si autem dolor reducatur ad stomachum, vel ad cor, tunc præbe illi sequens remedium.

Recip

Recipe { *Ellebori albi.* / *Perforati.* } an. ℥ j.s. { *Sacchari rosati.* / *Thuris.* } ʒ s.

Et oĩa simul in vino albo optimo quãtitate vnius libræ tãdiu facias bullire, quousq; deueniat ad medietatem: postea ipsum vinum colatum, benedictũ, atque exorcizatũ à Sacerdote, ꝓpria benedictione posita infra, tribue patienti hora competenti, & per tres dies, si necesse fuerit, sic cõtinuabis, vno die, & alio nõ. Ei vnaquaque die, non obstante vomitu, infirmus contritus, & confessus, atque in statu suę salutis existens, exorcizetur spatio trium vel quatuor horarum: quia sic sanabitur, fauente gratia Dei.

Medicina pro Maleficiatis.

Recipe { *Florum ginestræ.* / *Ypericonis.* / *Marubij.* / *Vrbicæ, aut Iuæ.* / *Rutæ.* } an. ℥. ij.

Et fiat decoctio in aqua ad medietatem, postea benedicatur à Sacerdote benedictione sequenti, & detur maleficiato hora competenti.

Benedictio syruporum, atque Medicinæ,

℣. *Adiutorium nostrum in nomine domini.* ℟. *Qui fecit cœlum & terram.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, bene✠dicere digneris hanc medicinam, & ſuper eam bene✠dictionem tuam effundere digneris, vt per tuam ſanctißimam virtutem, & copioſißimam benedictionem, Dæmonem hunc famulum tuum. N. vexantem torqueat, fatiget, & expellat, ipſumq́; famulũ tuum. N. precioſißimo domini noſtri Ieſu Chriſti filij tui redemptum ſanguine, ab omni Dæmonum moleſtia liberatum, per tuam bonitatem cuſtodire digneris, ad laudem tui ſanctißimi nominis. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, &c.

Et aſpergatur aqua benedicta.

Potionum exorciſatio.

Benedictio omnium potionum ad deſtruendas facturas, & fuganda maleficia de corporibus humanis.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine domini.*

℟. *Qui fecit cœlum, & terram.*

EXORCISMVS.

Coniuratio Medicinarum adhibendarum.

EXorcizo te Medicina per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, per illum qui te ad ſalutem humani generis creauit. Exorcizo te ✠ per incarnationem filij Dei viui, per natiuitatem, & circumciſionem eius, per baptiſmum, & ſanctũ ieiunium eius, per paßionem, mortem, reſurrectionẽ, aſcenſionem eius, per aduentum, & gratiam Spiritus Sancti paracleti. Per beatam Mariam virginem matrem domini noſtri Ieſu Chriſti, per oẽs Angelos, Archangelos, Thronos,

gos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin. Per omnes Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines, Viduas & Continentes Dei, & per omnes virtutes eorum, vt in virtute ipsius Dei destruas omnia maleficia, & incursus Diaboli, ac ministrorum eius, omnes incantationes, ligationes, signaturas, & facturas, Diabolica arte factas, seu inuentas contra famulum Dei. N. ita vt ad nihilum redigantur tanquam si non essent, vt sicut diuina potentia spoliauit infernum, ita expoliare valeas, & possis hunc famulum Dei. N. & imaginem Christi ab omnibus Spiritibus immundis, ac operibus eorum, & per te extinguantur omnes ardores, calores, & frigiditates, cæteraq́; pestilentiæ factæ, siue fiendæ contra famulum Dei. N. in omnibus facturis. Per eum qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui omnia ex nihilo condidisti, qui hominem ad imaginem, & similitudinem tuam creasti, & mirabilius redemisti, virtutis tuæ inuictam fortitudinem deprecamur domine. Sancte pater omnipotens æterne Deus, & te suppliciter exoramus, vt medicinam istam bene ✠ dicere, exorci ✠ zare, & sancti ✠ ficare pro tua pietate digneris, vt ex vultu Diuinæ maiestatis tuæ, virtutem tuam contra omnes immundos spiritus, incantationes, ligationes, signaturas, facturas, & omnia maleficia Sathanæ possit recipere, & expellere à famulo tuo. N. quicquid potest

pesti-

peſtiferum eſſe, vt exhibeat plenum ſanitatis effectum
Deterreat præſtigia, phantaſticaſq; viſiones compeſcat,
per ſignum ſanctæ crucis ✠ filij tui Domini noſtri, tu-
telam fideliſſimam deſiderãtibus præſtet, per hoc tuum
Domine Ieſu Chriſte ✠ ſignaculum quod nullius dolũ
nullius pertinacia deſtinauit. Qui cum Patre, & Spiri-
tu ſancto viuis, & regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio.

B*Enedico igitur te creatura medicinæ in nomine Pa-*
✠ tris, & Fi ✠ lij & Spiritus ✠ ſancti, qui te crea-
uit pro tutela humani generis. Proinde rogamus te do-
mine Deus noſter, vt hæc creatura medicinæ famulo tuo
N. in nomine ſanctæ Trinitatis efficiatur ſalutare re-
medium, ſitq; perfecta medicina in viſceribus eius. Qui
in Trinitate perfecta viuis, & regnas in ſecula ſeculo-
rum. Amen.

Oratio.

D*Eſcendat quæſumus domine ſancte pater omnipo-*
tens æterne Deus in hanc medicinam virtus Spiri-
tus ſancti, & per hoc ſignum ✠ crucis fugiant omnes
Dæmones, ſiue phantaſmata, vel quodcunq; opus Dia-
bolicum ab omni imagine Chriſti, & virtus eorum o-
mnino extinguatur, & annihiletur ad honorem excelſæ
maieſtatis tuæ, & omnis creatura facta ad imaginem,
& ſimilitudinem tuam per hanc medicinam, ab omni-
bus ſpiritibus immundis, ac operibus eorum ſanetur, &
ſaluetur in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui cum
patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat per omnia ſe-
cula ſeculorum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum crucis.

Benedictio aquæ ad expellendas facturas, & fuganda maleficia de obsessis corporibus humanis.

Coniurata aqua contra Maleficia.

℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit cœlum & terram.*

EXORCISMVS.

EXorcizo te ✠ aqua per illum, qui te creauit, & qui in te baptizari voluit, qui quatuor flumina de Paradiso exire iussit, & totam terram irrigare præcepit. Exorcizo te ✠ per illum, qui Naaman Syrum à lepra mũdauit. Exorcizo te ✠ aqua per eum, qui te per suam potestatem in Cana Galileæ conuertit in vinum. Exorcizo te ✠ per incarnationem Filij Dei viui, per natiuitatem, circumcisionem, per baptismum, & sanctum ieiunium eius, per passionem, mortem, & sepulturam eius, per resurrectionem, & ascensionem eius, per aduentum, et gratiam Spiritus sancti paracleti, & per beatam Mariam Virginem matrem Domini nostri Iesu Christi, & per lac eiusdem virginis Mariæ, & per omnes Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, per omnia Sacramenta Ecclesiæ Catholicæ, per sanctum Ioannem Baptistam per omnes sanctos Patriarchas et Prophetas, Apostolos, Martyres, Innocentes, Confessores, virgines, viduas, et Continentes Dei, et per virtutem omnium Sanctorum, et Sanctarum eius, vt in virtute Iesu Christi destruas omne opus nefandũ diaboli, et ministrorum eius, omnesq́ incantationes,

Aqua coniuranda per lac virginis.

liga-

ligaturas, fascinationes, signaturas, & facturas arte Diabolica factas, seu inuentas contra famulum Dei. N. ita vt ad nihilum redigantur, & sicut diuina potentia expoliauit infernum, ita expoliare valeas illum ab omnibus facturis, & per te extinguantur oēs ardores, calores, & frigiditates, cæteraq; pestilentiæ factæ, siue fiendæ contra famulum Dei. N. in omnibus facturis. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

EXORCISMVS.

ITerum exorcizo te aqua per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum: per Dominum nostrum Iesum Christum, qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, vt oēs virtutes aduersarij, omnis exercitus Diaboli: omnis incursus, & omne phantasma inimici eradicentur, & effugiant à te: vt sis sancta, & salutifera, & ignis ardens aduersus omnes insidias inimici: vt quicunque te biberint, siue gustauerint, sis eis sanitas & medicina animæ, & corporis, vt in virtute sanctæ Trinitatis effugiat omnis infirmitas, & omne opus nefarium Diaboli, potatione tui separetur, effugiat, & elongetur. Per eum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Aqua benedicta est ignis ardens contra Sathanam.

¶ *Initium Sancti Euangelij secundum Ioannem.*

In principio erat verbum, &c. Quære sup. fol. 13[illegible]

Oratio.

BEnedicat te ✠ aqua Deus pater omnipotens, qui te suo verbo creauit: & det tibi contra omne malū, & maleficiū virtutem, vt quicunq; te deuotè sumpserit, &

gusta

gustauerit, liberetur ab omnibus maleficijs, incantationibus, ligaturis, signaturis, et facturis arte Diabolica factis, et ab omni Spiritui immundo, et per oĩa sancta nomina tua Domine Iesu Christe sana cor, et omnia membra huius famuli tui. N. et ipsum libera ab omnibus malis animæ, et corporis. Qui cum Patre, et Spiritu sancto viuis et regnas in secula seculorum, Amen.

Hic exsufla ter in aquam dicendo.

Exsuflo te omnis legio Sathanæ in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti, Amen. Exsufflationes in aquam benedictam.

EXORCISMVS.

Exorcizo te creatura aquæ in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti, ne sis communis vlli Spiritui immundo, ad honorem Sanctissimæ, atque indiuiduæ Trinitatis viuentis, atque regnantis, vt quicũque te deuotè biberint, et gustauerint, omnis Spiritus immundus cum omnibus facturis suis ab eis recedant. Itaque exorcizo te ✠ creatura aquæ in nomine Iesu Christi Nazareni filij Dei viui, Regis, et iudicis nostri, vt sis purgatio omnium maleficiorũ, et incantationum factarum huic creaturæ Dei. N. quam ipse ad imaginem, et similitudinem suam creauit, et ad baptismum, et gratiam suam vocare dignatus est. Te ergo inuoco Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, vt hanc aquam exorci✠zare, et bene✠dicere pro tua pietate digneris, vt omnis immundus Spiritus locum in ea amplius non habeat, sed virtutes Spiritus sancti omnes, qui biberint ex ea recipiant sanitatem corporis, et animæ, et ab omnibus Spiritibus immundis, ac operibus

ribus eorum ſanentur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Oratio.

D*Ignare domine Ieſu Chriſte exorci✠zare, bene✠dicere, et ſancti✠ficare aquam iſtam ad liberandum, & ſanãdum famulum tuum.* N. *ab omnibus maleficijs, incantationibus, ligaturis, ſignaturis, & facturis ſibi arte diabolica factis, vt ad nihilum redigantur. Et ſicut tua potentia infernum ſpoliaſti, ita eadem expoliare digneris ipſum famulum tuum.* N. *ab omni machinamento, diabolica arte facto, qui redemiſti nos in manu forti, & brachio extento. Da Domine Ieſu Chriſte, vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur; Per te Ieſu Chriſte Saluator mundi.*

Oratio.

Chriſtus ſaliens fons ſalientium in vitam.

T*E igitur Domine Ieſu Chriſte, qui es fons & aqua ſalientium in vitam æternam ſuppliciter exoramus, vt hãc aquam bene✠dicere, & exorci✠zare pro tua pietate digneris, in ſalutem adiutorium, & liberationem famuli tui.* N. *& ipſum tueri ab omnibus maleficijs, incantationibus, & illuſionibus Dæmonum, & miniſtrorum eius, & ab ipſis potenter illum defendere per virtutem tuam, de cuius latere fluxerunt ſanguis, & aqua in remedium, & remiſsionem peccatorum noſtrorum, ita nos Domine famuli tui clementiam tuam, & nomen ſanctum tuum imploramus, vt quicunq; ex hac aqua biberint, & deuotè guſtauerint, abluantur ab omnibus ſordibus Dæmonum, & reddantur ſuæ incolumitati, nec in eis in futurum nocendi habeat potẽtiam*

aduerſa

aduersa Dæmonum, & Maleficorum potestas. Qui sanctus, & pius es, permanens in secula seculorum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum crucis.

Hic nota, quòd aqua ingrediens potiones, semper prius hac benedictione est benedicenda.

Benedictio vini ad sanandum maleficiatos, & ad expellendas facturas, & omnia maleficia de corporibus humanis. Vini exorcisatio.

℣. *Adiutorium nostrum in nomine domini.* ℟. *Qui fecit cœlum, & terrã.* ℣. *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

DOmine Deus pater omnipotens, qui scis omnia antequam fiant siue bona, siue mala: & omnes cogitationes hominum tibi manifestæ sunt: tuam exoro pijssimam clementiam, vt ab vniuersis peccatis suis, & malis, ac malignis spiritibus hic famulus tuus. N. *mereatur liberari, sed tu clementissime, pijssime, atque amantissime Deus oculos cordis eius illuminare digneris. Tu domine meditationem cordis eius tibi fac placitam, amor tuus eius desiderium inflammet. Exaudi pie domine preces seruorum tuorum, clementissime Deus, per inuocationem sancti tui nominis, & per inuocationem omnium sanctorum tuorum, & per omnia sancta tua nomina bene✠dic, & sanctifica in virtute tua vinum istud, vt omnes ex eo gustãtes recipiant sanitatem mentis & corporis. Domine Deus pater omnipotens, ne derelinquas famulum tuum.* N. *nec proijcias eum*

in tempore necessitatis cùm defecerit virtus eius. Domine si fortè peccauit contra voluntatem, et mandata tua, et præcepta tua non custodiuit, tamen non te negauit esse verum Deum solùm, peccauit enim coram te, et Angelis tuis, cõtra omnes iustificationes tuas. Igitur per intercessionem beatissimæ virginis Mariæ matris filij tui domini nostri Iesu Christi ei parcere digneris, quia tu scis quæ ei sunt necessaria animæ, & corpori. Tu domine dixisti, nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat, & sicut Chananæam, & Publicanum vocasti ad pœnitentiam, ita famulum tuum. N. ad pœnitentiam vocare digneris, et sicut beatæ Mariæ Magdalenæ à te dimissa fuerunt peccata multa propter pœnitentiam, et contritionem eius, ita pijssime domine famulo tuo. N. per potentiam Diuinitatis tuæ ei parcere digneris. Domine Deus pater omnipotens adesto supplicationibus nostris, et sicut conuertisti aquam in vinum in Chana Galileæ, ita bene✠dicere, exorci✠zare, et sancti✠ficare pro tua benignitate digneris vinum istud, vt sit remedium efficax contra omnem potestatem omnium inimicorum nostrorum, ac etiam contra omnes facturas, quæ factæ fuerunt, vel factæ erunt, et nullus Spiritus malus cuiuscunque generis, aut conditionis existat, possit latere, vel diu permanere in quacunque creatura, quæ gustauerit, et deuotè sumpserit ex hoc vino benedicto. Rogamus ergo te domine, vt benedicendo bene✠dicas, et sanctificando sancti✠fices hoc vinum in honore omnium sanctorum, et sanctarum totiusque cœlestis curiæ, vt totaliter de-

struat

struat omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum tuum per potentiam tuam extinguere & fugare valeat, ac etiam contra omne impedimentum Sathanæ ipsum vinum sit remedium, vt quicunque ex eo biberit liberetur ab infirmitate sua, & tecum saluetur, quia tu domine dixisti: Omnis quicunq; inuocauerit me exaudiam eum. Rogo ergo te domine Iesu Christe per immensam clementiā tuam, & per illud sanctum dictum tuum, vt salues illum ne pereat, salua illum domine ad honorem tuum, & in nomine tuo, ô Trinitas beata fiat ista benedictio, & super vinū istud descendat, & sit purgatio omnium maleficiorum, quæ in corpore, vel extra corpus istud sunt facta, & destruantur per virtutē tuā, & per virtutem istius vini, quod est benedictum, & sanctificatum in tuo nomine Trinitas sancta, & indiuidua, audi & exaudi preces seruorum tuorum. Et benedictum sit nomen tuū in æternum, & in secula seculorū. Amen.

Oratio.

DOmine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui per filium tuum vnigenitum Iesum Christum dominum nostrum redimere dignatus es mundum, & ipse benedictus filius tuus, vt memoriam sui relinqueret nobis, corpus suum in specie panis, & sanguinem suum sub specie vini relinquere dignatus est. Quæsumus immensam clementiam tuam, vt nobis ministris tuis benedicentibus hoc vinum in nomine tuo, & in nomine eiusdem dilecti filij tui, & Spiritus sancti, ipsum sit remedium efficax ad salutem famuli tui. N. & præsta domine sancte pater omnipotens æterne Deus per intercessionem

nem omnium sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Sanctarum virginum, atque continentium, & totius cœlestis curiæ, vt quicunque ex eo biberit, & deuotè gustauerit, nullus malignus Spiritus, nulla maleficia facta, vel fienda possint latitare, vel stare in aliqua parte corporis sui, sed mox ad laudem, & gloriam nominis tui, & ad honorem omnium sanctorum tuorum, si sunt in corpore, statim se manifestent, & exeant per virtutem tuam, & si sunt extra, confringantur tanquam si non essent. Da domine virtutem nomini tuo, quod inuocamus super hoc vinum per virtutem domini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio.

DIgnare domine sancte Pater omnipotens æterne Deus bene✠dicere, exorci✠zare, & sancti✠ficare vinū hoc per tuam clementissimā bonitatem, vt oēs qui in nomine tuo, & dilecti filij tui, & Spiritus sancti ex eo biberit & gustauerit, mundetur ab omni maleficio diabolico, & ab eo recedat omnis diabolica legio, omnis Spiritus immundus, et omnis virtus Diaboli exterminetur, & potestas tua domine in virtute verborum tuorum præualeat, & in memoria admirabilis, & altissimi sacrificij illius, qui se voluntariè obtulit tibi Deo patri omnipotenti bene✠dic, & sancti✠fica vinum istud, per memoriam sacrificij Patriarchæ nostri Abrahæ, & ꝙ tibi obtulit summus Sacerdos tuus Iesus Christus

stus Dominus noster. Qui tecum cum eodem Spiritu sancto viuit & regnat, per omnia secula seculorum, Amen.

Oratio.

DOmine sancte pater omnipotens æterne Deus, adesto precibus nostris, & pijs famulorum tuorũ laboribus, nobisq́; misericordiam tuã poscentibus. Descendat quæsumus Domine, Spiritus sanctus tuus in hoc vinum, quod sub inuocatione sancti nominis tui, & in honore sanctæ crucis, in qua coæternus tibi filius tuus Dominus noster Iesus Christus pro redemptione mundi pati dignatus est, & in honore omnium sanctorum tuorum bene✠dicimus, & exorci✠zamus, vt omnes creaturæ, quæ vexatæ fuerint à spiritibus immundis, siue maleficiatæ quocunque modo operibus Sathanæ, & ministrorum eius, ex hoc vino biberint, sanentur & saluentur: atque ab eis discedant omnia maleficia, incantationes, ligaturæ, facturæ, & omne opus nefarium diaboli dextera potentiæ tuæ confringantur. Nullusq́; Spiritus immundus, nulla phantasmata, nulla ars inimici possit contra famulos tuos habere virtutem: & non possit latere in illis, à quibus hoc vinũ degustatum fuerit, sed confestim discedant à plasmate tuo, nunquam reuersuri. O beata, & sancta manus Dei, quæ omnia sanctificas, omnia benedicis, omnia locupletas, ô beata, sancta, & benedicta Trinitas, quæ omnia purificas, omnia mundas, omnia perornas, ô beata maiestas, quæ cuncta contines, cuncta reples, cunctaqúe disponis. O sancta sanctorum Deus, tuam clemẽtiam humillima deuotione deposcimus, vt hoc vinum per nostræ humilitatis famula-

mulatam in honore victoriosissimi nominis tui puri✠ficare, bene✠dicere, exor✠cizare, & sancti✠ficare digneris. Per hoc ergo vinum quæsumus Domine, gratia Spiritus sancti exorcizatum, ægroti sanentur, infirmi curentur, Dæmones eijciantur, cunctorumq́; maleficia te prosperante expellantur: & omnes Dæmoniaci, & maleficiati, qui ex hoc vino biberint, & deuotè gustauerint, sanitate mentis, & corporis concessa, misericordiam quam precantur, perpetuò miserationis tuæ munere glorientur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti, Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta in modum crucis.

Nota quòd vinum ingrediens potiones, semper prius hac benedictione est benedicendum.

Benedictio Rutæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

Formula Benedictionis Rutæ.

B*Ene✠dic Domine Iesu Christe banc Rutam, & infunde ei per tuam virtutem, tuam sanctam bene✠dictionem cœlestem, vt quicunque ex ea suffumigatus fuerit, vel supra se eam habuerit, nullus inimicus ei nocere possit, & in quibuscunque locis aspersa fuerit, vel posita, recedat, & contremiscat Diabolus, & fugiat pauore, & non præsumat amplius inquietare, vel illudere creaturas tuas. Inde supplico Domine, vt mittas Sanctũ*

Ange-

Angelũ tuum Raphaëlẽ, qui euulsit, & expulit à Sara & à Thobia Dæmonẽ mortiferum, & fœtentẽ, & illum conterat, & perdat de cũctis animabus colentibus Deũ, de scamnis, de angulis, de lectis, & de omnibus locis in quibuscunque habitet, requiescat, vigilet, & consistat, nec valeat amplius inquietare, vel pauores immittere in illos, quos sancta vnctio muniuit. Bene ✠ dicaris igitur Ruta in nomine Domini nostri Iesu Christi, & sanctæ Trinitatis, vt sis exterminatio Diabolica, & omniũ contubernalium eius. Per eum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Coniuratio Dæmonum ex scamnis & angulis.

Et aspergatur aqua benedicta in modũ crucis.

Benedictio ignis ad comburenda instrumenta maleficialia.

℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit cœlum & terram.*

Oratio.

B*Ene ✠ dicat te creatura ignis, qui creauit te, qui famulo suo Moysi apparuit in igne flammæ rubi, qui in columna ignis per noctis tenebras suum populum antecessit in desertum, qui iudicaturus orbem, te iudicis faciem præire iubebit, qui te suæ iustitiæ instrumentum Spiritus contumaces delegit, vt qui tres pueros maiestatis suæ cultores in te seruauit illæsos, etiam per te excruciet, & explodat omnes Spiritus apostaticos. Bene ✠ dico te, & exor ✠ cizo, atque con ✠ iuro te creatura ignis, & per illum, qui facit orbem tremere, & qui omnia potest, vt aduersus infernales prædones sis mihi adiutorium, eos in virtute Dei, & Domini nostri*

Formula Exorcisationis ignis ad comburenda instrumẽta maleficialia.

Ignis præibit Christum in extremo die.

Ignis est instrumentum iustitiæ in Diabolos.

Iesu Christe affligens, excrucians, & exurens plus centuplo, quàm gehenna sulphurea, vt abs te sentiant pœnas importabiles, quæ per singula momenta suæ proteruæ obstinationis suscipiant incrementa. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, Amen.

Oratio.

O *Adonay magne & admirabilis, qui vniuersa de nihilo tua potenti virtute creasti, & qui huius mundi corporeis elementis tantam adeo potes communicare virtutem, vt non solùm inuisibiles Spiritus pro sua temeritate perpetuò excrucient, verùm etiam vt possint rerum transubstantiare naturas, obsecramus humiliter tuam omnipotentem pietatē, vt huic tuæ creaturæ, eam virtutem conferre, tua benignitate digneris, quæ malignis Spiritibus nō solùm infernaliū pœnarum amaram recordationem efficiat, verùm etiam eos pro sua in te, & in nos ministros tuos contumacia excruciet, exterminet, & expellat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in secula seculorum, Amen.*

Deinde aspergatur aqua benedicta, quo facto proijce instrumenta maleficialia in ignem dicendo. Psalmum.

Exurgat Deus, & dißipentur inimici eius, &c.

Quære sup. fol. *170.*

Benedictio incensi ad profumigandum Dæmoniacos.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. *Qui fecit cœlum, & terram.* ℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

DOmine Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, dignare bene✠dicere, & sancti✠ficare hanc creaturã incensi, vt oẽs languores spiritus maligni odorẽ incensi huius sentientes fugiant procul, & separentur ab hac creatura tua. N. quam redemisti precioso sanguine tuo: vt de cætero non lædatur à morsu antiqui serpentis. Per te Iesu Christe Saluator mundi, qui viuis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Formula exorcisandi incensum, pro expellendo Diabolo per fumum.

Et aspergatur aqua benedicta super incensum.

Profumigationes contra Dæmones.

Ex quibus fumus materijs faciendus.

Recipe { *Galbani. Sulphuris. Assæ fœditæ. Aristologiæ. Ypericonis. Rutæ.* } *añ. ℥. iij.*

Et omnia simul coniurata, ac benedicta sequẽti benedictione (nominibus mutatis) proijciat in ignem, & vexatum velit, & nolit diu facias super dictum ignem suffumigari.

De suffumigatione obsessi.

Benedictio horribilis contra Spiritus malignos.

℣. *Adiutorium nostrum in nomine domini.*
℟. *Qui fecit cœlum, & terram.*

EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura incensi, vel sulphuris, vel mirrhæ, vel ligni aloes, vel camphoræ, vel assæ fœtidæ,

per

per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per sanctißimam Trinitatem, Pa✠trem, & Fi✠lium, & Spiritum ✠ sanctum, & per Deum, qui omnia creauit ex nihilo, per eum qui expulsos prauos Angelos de cœlo ad ista inferiora, per Iesum ✠ Christum filium eius vnicum dominum nostrum, qui dabit prædestinatis felicißimè regnum æternum, & reprobatis regnum infernale perpetuum, per omnia nomina sancta ipsius Dei te coniu✠ro, exorci✠zo, & per omnia supradicta, vt sis in defensionem nostram, & efficiaris perpetua fumigatio exor✠cizata, bene✠dicta, & conse✠crata in salutem nostram, & omnium fidelium Christianorum, & perpetua pœna sis omnibus malignis spiritibus, & fortißimus, ac infinitus ignis eorum, & magis quàm sit infernalib. Spiritibus sulphur, & ignis infernalis, & omnis pœna, & omnia supradicta sint nobis defensio, & perpetua expulsio, & suffumigatio omnium Spirituum, ac solutio omnium ligaminum factur arum, & præstigiorum, ita vt nihil prædictorum nos, nec hanc creaturã Dei. N. neq; locum isto modo aliquo offendere, & impedire valeat. Per eũ qui vẽturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignẽ. Amen.

Oratio.

INeffabilem clementiam tuam omnipotens æterne Deus humiliter imploramus, vt sicut tu es vnus in essentia, & trinus in personis, scilicet Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, ita bene✠dicere, & conse✠crare per immensam clementiam, & pietatem tuam digneris hanc creaturã suffumigationis, sic vt sit omnibus Christianis

ſtianis ipſam ſumẽtibus odor, & defenſio perpetua contra omnes ſpiritus malignos, & omnes incantationes, præſtigia, ac maleficia, ſitq́; perpetua expulſio malignorum ſpirituum, & omnium incantationum, facturarũ, & præſtigiorum, & annihilatio, ac ſolutio perpetua omnium ligationum, & diſſolutio omnium maleficiorum, & in quocunq; loco odor eius venerit, ſiue affuerit nullus Spiritus, nullaq́; incantatio, nulla ligatio Diabolorum, nulla faſcinatio, nullum maleficium, nullaqúe moleſtia maligni Spititus poſſit durare, neq; ſtare modo aliquo, ſed ſtatim tua immenſa virtute, & potentia fugiant perpetuò, & procul expellantur, omnes inſidiæ latentis inimici, ac eorum habitationes diſſoluantur, et annihilentur per ſignum ſanctæ crucis ✠ domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui cum patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Et aſpergatur aqua benedicta in modum crucis.

Coniuratio chartæ, in qua debent ſcribi breuia applicanda, ſeu appendenda collo vexati, vel ſecum deferenda. Chartarum ſeu ſchedularum appẽdendarum coniurationes.

CONIVRATIO.

Coniuro te ✠ charta per verba illa tituli triumphalis Saluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti, & per omnia alia verba, quæ dicuntur de Creatore omnium creaturarum, & per illum, qui poteſt tribuere, & facere quòd tantam obtineas virtutem, vt omnia, quæ ſuper te ſcribentur ad effectum ſalutis æterne perducere valeas, et vt omnis fallacia, et virtus Diaboli exeat de te, et intret in te omnis virtus prædicta ſine mora. In nomine

mine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.
Et aspergatur aqua benedicta.

Ad cognoscendum si aliquis vexetur à spiritibus immundis.

Scribe hæc nomina sancta Dei in charta benedicta, vt suprà, & pone illa super patientem ipso nesciente.

Charta nominibus Dei notata ad explorationem obsessi.

IN nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti Amen. ✠ Hel ✠ Heloym ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Sabaoth ✠ Agla ✠ Tetragrammaton ✠ Agyos ✠ Otheos ✠ Yschiros ✠ Athanatos ✠ Iehoua ✠ Ya ✠ Adonay ✠ Homousion ✠ Messias Esereheye ✠ Increatus pater ✠ Increatus filius ✠ Increatus Spiritus Sãctus ✠ Iesus ✠ Christus vincit ✠ Christus regnat ✠ Christus imperat ✠ Si Diabolus ligauit, vel tentauit te suo effectu, vel per sua opera, Christus filius Dei viui per suam misericordiam liberet te. N. ab omnibus Spiritibus immundis, qui venit de cœlo, & incarnatus est in vtero beatissimæ Virginis Mariæ causa humanæ salutis, & eijciendi Diabolum, & omnem malignum Spiritum à te in profundum inferni, & abyssi. Ecce crucem ✠ Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Benedictio domus à Spiritibus immundis molestata.

Antequàm Sacerdos ingrediatur domum, dicat sequentem orationem.

Aedium consecratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis præ cæteris tantam gratiam cõtulisti, vt quicquid in tuo nomine dignè, perfecteq; ab eis agitur à te fieri

creda-

credatur, quæsumus immensam clementiam tuam, vt quod modo visitaturi sumus, visites, & quicquid benedicturi, bene✠dicas, & ad ea quæ acturi sumus dexteram tuæ potentiæ extendas, sintq́; ad nostræ humilitatis ingressum, & introitum sanctorum tuorum meritis fuga Dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Intrat sacerdos sanctorũ meritis.

Sacerdos sanctorum meritis fit fuga Dęmonum.

Oratio dicenda cùm perueneris ad locum molestatum.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & hanc domum serenis oculis tuæ pietatis illustra, & descendat super habitantes in ea gratiæ tuæ bene✠dictio, vt in his factis habitaculis cum salubritate manentes, ipsi tuum semper sint habitaculum. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio.

BEne✠dic domine domum istam, bene✠dic domine introitum nostrum, bene✠dic domine ingressus pedum nostrorum, sicut dignatus es domum patrum nostrorum Abraham, Isaac, & Iacob benedicere. Quæsumus domine Iesu Christe qui discipulis tuis dixisti. In quacunque domum intraueritis, salutate eam dicentes. Pax huic domui, vt veniat pax illa super domum istam, & omnes famulos, & famulas tuas, & eos Domine ab omne infirmitate eripere, & liberare digneris, et reple eos centesimo fructu vini, olei, & frumenti, & in futuro illis æternam concede gloriam. Qui viuis, & regnas in secula seculorum, Amen.

Oratio.

Oratio.

BEne ✠ dic quæsumus Domine Deus omnipotens locum istū cū ædificijs suis, vt sit ibi sanitas, sanctitas, virtus & gloria, atq; humilitas, bonitas & mansuetudo, lenitas, & plenitudo legis, obedientiaq; Deo patri, & Filio, & Spiritui sancto. Hæc bene ✠ dictio sit super hunc locum, & super omnes habitantes in eo. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio.

TE Deum patrem omnipotentem oramus pro hac domo, & pro dæmoniacis hanc habitantibus, hac spe, vt sanctificare digneris, vt sint promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud, tribue eis de rore cœli abundantiam, et de pinguedine vitæ substantiam, et desiderium cordis, et vota eorum ad effectum tuæ miserationis perducas, introitum verò bene ✠ dicere digneris, vt benedicere dignitatus es Abraham, Isaac et Iacob, et infra parietes domus istius Angelus lucis inhabitet. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio.

PRotector in te sperantiū Deus, et subditorū trementium custos, habitantibus in hac domo famulis, et famulabus tuis propitius adesse digneris, et veniat super eos semper tuæ benedictionis infusio, vt pietatis tuæ tuæ repleti muneribus, tua gratia semper in tuo nomine læti exultent. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio.

EXaudi nos Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, vt si qua aduersa, et si qua contraria sunt in

hac domo, auctoritate maiestatis tuæ expellant. Per Christum Dominum nostrum, Amen. Deinde dic sequentes Psalmos. *Ad Dominum cum tribularer clamaui. Leuaui oculos meos in montes. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi. Ad te leuaui oculos meos. Nisi quia Dominus erat in nobis.* Et post omnes dices. *Gloria Patri.* Et ipsos dicendo, asperge aqua benedicta loca domus. Deinde dic. *Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.* ℣. *Et ne nos inducas in tentationem.* ℟. *Sed libera nos à malo.* ℣. *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

Domum tuam Domine clementer ingredere, & in tuorum tibi corda fidelium perpetuam construe mansionem, & præsta, vt in hac domo nulla malignorum Spirituum dominetur nequitia. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Deinde dic sequẽtes Psalmos cũ aspersione modo suprà posito. *Qui confidunt in Domino. In conuertendo Dominus captiuitatem Syon. Nisi Dominus ædificauerit domum. Beati omnes qui timent Dominum. Sæpè expugnauerunt me.* Postea. *Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.* ℣. *Et ne nos inducas in tentationem.* ℟. *Sed libera nos à malo.* ℣. *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus aßistis, totusq́; operaris, adesto supplicationibus nostris, vt huius domus ædificatæ sis protector, & nulla hic nequitia contrariæ potestatis assistat, sed virtute Spiritus sancti, & operatione eius fiat tibi hic primum seruitium, & deuota libertas existat. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Deinde dic istos Psalmos cũ aspersione, vt suprà. *De profundis clamaui. Domine non est exaltatum. Memento Domine Dauid. Ecce quàm bonum. Ecce nunc benedicite Dominum.* Postea. *Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrieleison. Pater noster.* Vt suprà.

Oratio.

DEus, qui in omni loco dominationis tuæ dedicatur aßistis, exaudi nos quæsumus, vt inuiolabilis huius domus permaneat benedictio, & beneficia tui muneris vniuersitas, quæ supplicat mereatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Postea in principaliori loco domus lege sequentia Euangelia.

¶ *Initium sancti Euangelij secundum Ioannem.*

In principio erat verbum, &c. Quære sup. fol. 133.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

CVm natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes. Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus est,

& omnis

& omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethlehē Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetas. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem dixit. Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos, vsque dū veniens, staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domū inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Et procedentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Laus tibi Christe.

¶ Sequentia Sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Missus est Angelus Gabriel, &c.

Quære suprà fol. 163

¶ Sequentia Sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore ingressus Iesus perambulabat Ierico. Et ecce vir nomine Sachæus, & hic erat princeps publicanorū, & ipse diues. Et quærebat Iesum videre quis esset: & nō poterat præ turba, q̄a statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sicomorum, vt videret

deret illũ, qui inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum. Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illũ gaudens in domum suam. Et cum vidissent oẽs murmurabant dicẽtes, quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus dixit ad Iesum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & si quid defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est, eò quòd, & ipse sit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Laus tibi Christe.

Deinde benedic incẽsum hoc modo: & post benedictionem pone ipsum super ignem.

BENEDICTIO.

PEr intercessionem beati Michaelis Archangeli stantis à dextris altaris incensi, & omnium electorum suorum, incensum istud dignetur dominus bene✠dicere, & in odorem suauitatis accipere. Per Christum dominum nostrum. Amen.

℣. *Ostende nobis domine misericordiam tuam.* ℟. *Et salutare tuũ da nobis.* ℣. *Domine exaudi orationẽ meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

VIsita quæsumus domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle, & Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant, & bene✠dictio tua sit super nos, & eam semper. Per dominum, &c.

Postea

Postea facias signum crucis super domum, & in ea habitantes, dicendo.

Signum salutis impone domine super hanc domum, & non permittas introire in eam Angelum percutientem. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Deinde dic benedictionem istam.

Benedictio Dei omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti descendat super vos, & domum istam, & maneat semper. Amen.

Benedictio Auri, Thuris, & Myrrhæ aduersus Dæmones Incubos, & Succubos, & contra insultus Maleficorum, quæ consueuit fieri in festo Epiphaniæ, extracta ex Sacerdotali. Sacerdotale.

Habeas Aurum, Thus, & Myrrhā præparata, & illa benedic sequenti benedictione.

Coniuratio Thuris & Myrrhæ & auri contra Maleficia.

℣. *Adiutorium nostrum, &c.* Postea dicas sequentes Psalmos.

Deus in nomine tuo saluum me fac. totum.

Psalmus.

Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole, et ante lunam, in generatione, & generationem. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillātia super terram. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur

ratur luna. Et *dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum.* Coram illo procident *Aethyopes, & inimici eius terram lingent.* Reges *Tharſis, & inſulæ munera offerent, reges Arabum, & Saba dona adducent.* Et *adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gētes ſeruient ei. Quia liberauit pauperem à potente, & pauperē, cui non erat adiutor.* Parcet *pauperi, & inopi, & animas pauperū ſaluas faciet.* Ex *vſuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomē eorum coram illo.* Et *viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper, tota die benedicent ei. Erit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuper extolletur ſuper libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ, ſit nomen eius benedictum in ſecula, ante ſolem permanet nomen eius.* Et *benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum* Benedictus *dominus* Deus *Iſrael, qui facit mirabilia ſolus.* Et *benedictum nomen maieſtatis eius in æternum, & replebitur maieſtate eius omnis terra, fiat, fiat, Gloria patri, & filio, &c.*

Pſalmus.

Deus miſereatur noſtri. totum. Antiphona.

Apertis Theſauris ſuis obtulerūt Magi domino Aurum, Thus, & Mirrham. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. *Et ne nos inducas in tentationē.* ℟. *Sed libera nos à malo.*

℣. *Oſtende nobis domine miſericordiam tuam.* ℟. *Et ſalutare tuū da nobis.* ℣. *Domine exaudi orationē meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.* ℣. *Dominus vobiſcum.* ℟. *Et cum ſpiritu tuo.* *Oratio.*

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, te humiliter deprecamur, vt sicut has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ à tribus regibus tibi tanquam summo regi, & Deo vero, & homini vero oblatas recepisti, ita bene ✠ dicere, conse ✠ crare, & sancti ✠ ficare digneris, & eis tuæ donum benedictionis infundere, vt quicunque eas gestauerit, ab omni periculo animæ, & corporis saluus semper existat. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas, &c.

Benedictio Thuris & Myrrhæ, quæ in Epiphania fieri solet.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, qui nobis Sacerdotibus, non nostris meritis, sed sola dignatione clementiæ tuæ præcæteris gratiam contulisti, vt quicquid à nobis in tuo nomine dignè, ac perfectè agitur, à te fieri credatur. Adesto quæsumus nostræ officio seruitutis, & bene ✠ dicere, ac sancti ✠ ficare digneris has creaturas tuas Auri, Thuris, & Myrrhæ, quas nos in nomine sancto gloriæ tuæ benedicere confidimus. Qui viuis, & regnas cum Patre, & Spiritu Sancto Deus. Per omnia secula seculorum, Amen.

Digna & perfecta à sacerdotibus agenda.

Oratio.

BEne ✠ dic itaque Domine Iesu Christe in titulum omnipotentiæ tuæ, & spem salutis fideliũ vtentium has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ, vt sicut beatos tres Magos, Caspar, Balthasar & Melchior tibi eas offerentes, ad mysteria tua cognoscenda illuminare, & ad te deuotè adorandum accendere, atq; ab insidijs, & pe-

riculis custodire dignatus es, ita fideles tuos in tua misericordiæ sperantes, qui eisdem creaturis tuis Auro, Thure, & Myrrha in tuo nomine vsi fuerint, lumine tuo illustrare, amore tuo inflammare, & à cunctis aduersitatibus, ab omnibusq; insidijs, & nocumentis Diabolicis præseruare digneris. Qui cum patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in secula seculorum, Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Ruta in schedula appensa collo liberat. Ruta benedicta in quatuor angulos lecti ponenda.

Hac benedictione completa, si quis vexetur à Dæmone Incubo vel Succubo, accipiat ista tria vna Ruta benedicta propria benedictione posita suprà fol. 312. faciat sibi breue, & ad collum deferat cum Dei timore & reuerentia. Faciat etiam ex istis quatuor partes, & ponat in quatuor angulos lecti, & liberabitur, Deo fauente.

Remedium liberatiuum & præseruatiuum ab infestationibus Dæmonum, vexantium homines, iumenta, & habitacula eorum, & ab insultibus Maleficorum.

Accipe chartam, & ipsam benedic propria benedictione posita suprà fol. 317. Postea asperge ipsam aqua benedicta, deinde scribe super eam hæc verba in modum crucis.

Qui

I
N✠R *QVi verbum caro factum est, & habitauit in nobis nascens ex Maria virgine, per ineffa-*
I *bilem pietatem, misericordiam suam pijssimam & per intercessionem eiusdem beatæ Mariæ virginis, & Angelorum, Sanctorumq; omnium, & maximè Apostolorum, & Euangelistarum suorum Ioannis, & Matthæi, Marci, & Lucæ ipsum quæso, vt dignetur me liberare, & conseruare ab omni infestatione Sathanæ, & ministrorum eius. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.* Forma chartæ scriptæ contra maleficia.

Deinde accipe sal exorcizatum, & benedictum, ceram cerei paschalis, vel aliam benedictam, & Rutam benedictam propria benedictione posita suprà folio 312. omnia aspersa aqua benedicta, & omnia simul pone in chartam supradictam: & in modum breui, suspende omnia ad collum patientis, vel in loco vexato, & liberabitur seu conseruabitur gratia Dei. Cera cerei paschalis.

Coniuratio contra grandines, seu tempestates à Dæmonibus excitatas.

In modum crucis extende manus tuas contra nubes, & dic: *Pater noster. Aue Maria. Credo in Deum, & Symbolum.*

QVicunque vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat Catholicam fidem. Quam nisi quisq; integram, inuiolatamque seruauerit, absque dubio in æternum peribit. Fides autem Catholica hæc est, vt vnum Formula coniurationis tempestatum.

Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. Alia eſt enim perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti. Sed Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus ſanctus. Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus. Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus ſanctus. Et tamen non tres æterni: ſed vnus æternus. Sicut non tres increati, nec tres immenſi, ſed vnus increatus, & vnus immenſus. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotẽs Spiritus ſanctus. Et tamen non tres omnipotentes, ſed vnus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus. Et tamen non tres Dij, ſed vnus eſt Deus. Ita dominus Pater, dominus Filius, dominus Spiritus ſanctus. Et tamẽ nõ tres domini, ſed vnus eſt dominus. Quia ſicut ſingillatim vnamquamque perſonam Deum, ac dominum confiteri Chriſtiana veritate compellimur, ita tres Deos, aut dominos dicere, Catholica religione prohibemur. Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Spiritus ſanctus à Patre, & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Vnus ergo pater, non tres patres, vnus Filius, non tres Filij, vnus Spiritus ſanctus, non tres Spiritus ſancti. Et in hac Trinitate nihil prius, aut poſterius, nihil maius, aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales. Ita vt per omnia ſicut iam ſuprà dictum

ctum

ctum est, & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda sit. Qui vult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem, vt incarnationem, quoque domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur, quia dominus noster Iesus Christus, Dei filius, Deus & homo est. Deus est ex substantia patris in secula genitus, & homo ex substantia matris in seculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens. Aequalis Patri secundum Diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus. Vnus autem non cõuersione Diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ad cuius aduentum, omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & redituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum. Hæc est fides Catholica, quam nisi quisq; fideliter, firmiterquè crediderit, saluus esse non poterit. Gloria Patri, &c. Deinde dicas. *In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen.* Et sequentem coniurationem.

CON-

CONIVRATIO TEMPESTATVM.

Grandinis coniuratio.

Coniuro vos nubes, & grandines, seu tempestates, ac vobis præcipio per Deum Pa✠trem, per Deum Fi✠lium, & per Deum Spiritum ✠ sanctum, qui sunt in substantia vnus Deus, per potentiam Patris, per sapientiam Filij, per amorem Spiritus sancti procedentis ab vtroque per sacram obedientiã Iesu Christi per sacram humilitatem virginis Mariæ dominæ nostræ, per virtutes Apostolorum, per passiones terribiles Martyrum Christi, per nouem choros spirituum cœlestium, per fidelem, & sacram vitam Confessorum, per oẽs aĩas, mulieres, famulas, & Martyres Christi, per omnes beatas cœli, per sacram obumbrationem, quam fecit virtus altissimi beatæ virgini Mariæ dominæ nostræ, per imperiale verbum, quod fecit Christus ventis, vt cessarent, per diuisionem mirabilem maris rubri, quam fecit potentia Diuina populo Iudaico, per omnia ista suprascripta coniuro, ✠ & præcipio vobis, ô nubes, seu grando, quòd in signo huius sacræ crucis ✠ quam contra vos facio, indiuisæ repente recedatis à nobis, & ab hoc loco sine læsione alicuius hominis, siue loci, siue nauis, siue terræ, deleamini per aërem. Amen.

Iterum adiuro ✠ vos grandines, & ventos per quinque vulnera Christi, per tres clauos, qui eius manus, & pedes perforarunt, vt in aquam resoluti descendatis. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu suo.

Oratio.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, quiq; flumini Iordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus, & brachia sacratissima in cruce extendisti, quibus aërem sanctificasti, obsecramus immensam pietatis, & bonitatis tuæ clementiam, quatenus digneris has nubes, quas ante me, & post me, & supra me à dextris, & à sinistris video aërem perturbare, dissoluere, & annihilare digneris, vt allegata potestas Dæmonum impiè deseuiens, deficiat, & turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, & omnipotentissimæ maiestatis tuæ: Qui viuis & regnas, &c.

In cruce Christus brachijs suis sanctificauit aërem.

Postea conuersus ad nubes, & eas signo crucis signans dicat.

CIrcundet te Deus Pa✠ter. Circundet te Deus Fi✠lius. Circundet te Deus Spiritus ✠ sanctus. Benedicat te Deus Pa✠ter. Benedicat te Deus Fi✠lius. Benedicat te Deus Spiritus ✠ sanctus. Diuidat te Deus Pa✠ter. Diuidat te Deus Fi✠lius. Diuidat te Deus Spiritus ✠ sanctus. Destruat te Deus Pa✠ter. Destruat te Deus Fi✠lius. Destruat te Deus Spiritus ✠ sanctus. Annihilet te Deus Pa✠ter. Annihilet te Deus Fi✠lius. Annihilet te Deus Spiritus ✠ sanctus. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen.

ADIVRATIO TEMPESTATVM. & grandinis.

SAnctus Matthæus ✠ sanctus Marcus ✠ sanctus Lucas ✠ sanctus Ioannes Euangelista, ✠ qui Christi Euange-

Euangelium per quatuor mundi partes diuulgauerũt, ipsis suis meritis, & precibus hanc tempestatem ab omnibus Christianorum finibus, ab eodem domino nostro Iesu Christo obtineant effugari & depelli. Et ego peccator, & Christi Sacerdos (licet indignus) auctoritate & virtute eiusdem Dei, & domini nostri Iesu Christi summi Imperatoris, non mea potentia innixus, & confisus, vobis præcipio immundissimi spiritus, qui has nebulas concitatis in virtute eiusdem Dei, & domini nostri Iesu Christi, & per tremendum eius iudicium, & per sanctissimam crucem ✠ suam, quam contra vos facio, & per merita intemeratæ, semperque beatissimæ virginis Mariæ Dei genetricis, & per merita omnium sanctorum, vt exeatis ab eis, & eas dispergatis in locis syluestribus, quatenus nocere non possint homini, vel iumento, aut volucri, seu fructibus, aut quibuscunque rebus humano vsui deputatis. Per eundem dominum nostrum Iesum Christũ, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen. Ipse vobis imperat ✠ Dæmones, qui has nubes commouetis, qui de nube lucida dixit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Ipse vobis imperat ✠ qui principem vestrum deuicit & ligauit. Ipse vobis imperat ✠ qui sua sacratissima cruce, & corporis sui sanctissimi in ea extensione aërẽ purgauit. Ipse vobis imperat ✠ qui inferno spoliato, resurgens à mortuis, post 40. dies à nube susceptus ascendit in cœlum. Ipse vobis imperat ✠ qui vos æternæ gehennæ mancipauit ignibus. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Tempestates relegandæ ad syluas.

Qui ex nube locutus est, nubes dispergit.

Postea

Poſtea oſtendat crucem in aêre à quatuor lateribus, dicens.

ECce ſignum ſanctiſſimæ crucis ✠ fugite partes aduerſæ, vicit enim vos: & mundum dominus noſter Ieſus Chriſtus Filius Dei, ſummus Imperator, qui eſt Leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Poſtea aſpergat aquam benedictam in modum crucis per quatuor latera. Etſi adhuc perſeuerarit tempus tempeſtuoſum, dicendæ ſunt Litaniæ: Quære ſuprà folio 135.

FINIS.



DOCTI

DOCTI ET ACVTISSIMI IN SACRA PAGINA DOCtoris Ioannis de Gersono, Cancellarij Parisiensis, Tractatus perutilis de probatione Spirituum, incipit feliciter.



Robare Spiritus si ex Deo sunt: iubet discipulus ille quem diligebat Iesus. Neq; enim nesciebat illam Coapostoli sui sententiam, Angelũ Satanæ transfigurare se in Angelum lucis, sic vt fiat Dæmonium meridianum, dum pro tenebris errorũ quas ad tempus cælare permittitur, lucem veritatis claram se fingit offerre. Patuit hoc apud sanctum Martinum visibiliter, & patet apud alios plurimos inuisibiliter, dum teste Bernardo, sub specie magni boni & ardui, grande peccatum aperit, suggerit, & inducit.

Non cuilibet datum spiritus probare.

Probare Spiritus si ex Deo sunt, non cuilibet datum est, sed aliquibus per spiritũ sanctum, qui vnus existens, diuisiones gratiarũ distribuit singulis, prout vult, ad glorificationem corporis Christi, quod est Ecclesia, cui nũquam deficit in necessarijs. Sicut igitur non omnium est prophetare, nec omnium euangelizare, nec omnium interpretari sermones, sed aliquorum ex officio, vsque in finem seculi, sic non omniũ est probare spiritus si ex Deo sunt, sed quibus datum est. Quales sunt spirituales, quos vnctio docet de omnibus, qui & de omnibus iudicant etiam inter diem & diem. Quale donum beatus Martinus, Antonius, & plures alij leguntur habuisse.

Vnctio spirituales omnia docet.

Proba-

Probare Spiritus si ex Deo sunt, contingit multipliciter. Vno quidem modo, per modum artis & doctrinæ generalis, sicut per eruditionem sacrarũ scripturarum diligenti pioq; studio conquisitam. Sunt nimirum scripturæ, in quibus putamus nos fidem habere, continentes artem, falsos Prophetas à veris, & ab illusionibus reuelationes cognoscendi.

Quot modis Spiritus probentur.

Alius inuenitur modus per inspirationem intimam, seu per internum saporem, siue per experimentalem dulcedinem quandam, siue per illustrationem à montibus æternis effugantem omnes tenebras dubietatis. Hoc autem est Manna absconditum, & nomen nouum in calculo scriptum, quod nemo nouit, nisi qui acceperit. Hoc Greg. in dialog. hoc Aug. in de confes. de seipso & matre. Hoc Hugo de arra animæ cum pluribus alijs notauerunt.

Internus sapor spiritualis ad dignoscendum spiritus.

Manna absconditum.

Probare Spiritus si ex Deo sunt, per regulam artis generalem & infallibilem, pro particulari quolibit casu, aut non potest, aut vix potest humanitus fieri. Sed requiritur donum spiritus sancti, quod Apostolus nominauit discretionem spirituum, quod dono fit, vt mens nedum in se & de se sciat probare spiritus, si ex Deo sunt: sed etiam de alijs & in alijs noscit.

Hic autem est modus certior alius à prædictis probandi spiritus, quoniam primus est doctrinalis, secundus experimentalis, tertius officialis, scilicet officio hierarchico atq; spirituali dono concessus. Itaq; sicut nemo nouit quæ sunt spiritus, nisi spiritus: ita nemo cognoscit infallibili certitudine ea, quæ per solam ex-

Spiritus improbatio ex officio Hierarchico.

perimentalem notitiam sentimentum interius & sensum aguntur alterius animo.

Quemadmodum ergo tradere regulam generalem, quæ distingueret ineffabiliter inter visionem somnialem, & illam quæ fit in vigilia, nullus facilè posset propter varias similitudines inter vtrasque visiones: multò magis in proposito. Sit nihilominus homo vigilans, se certitudinaliter & experimentaliter videre, quamuis non ignoret se habuisse in somnis visiones valde vicinas, & similes suæ vigiliæ: adeò quòd somnium suum narrare somniando quandoque videatur: quamuis dicat Seneca: esse vigilantis omnia narrare. Scit similiter homo spiritualis in vigilia veræ lucis diuinæ positus, videre se diuina, quæ iuuat verè sentire, odorari & sapere, quia vigilat. Potest nihilominus recogitare ex se, vel alijs, quòd nonnunquam homo ponitur in quodam somnio naturalis cognitionis, aut Diabolicæ illusionis, qui dum sic se habet, & quodammodo dormit ad diuina, putare potest quod vigilat ad ea, sicque fallit.

Somnium somniando sæpe narratur.

Vidit hæc B. Grego. asserens, spiritus Prophetarum non semper esse in potestate, vel in distincta cognitione Prophetarum, probans hoc per Nathan, qui ad Dauid cogitantem ædificare domum Deo, respondit: Omne quod est in corde tuo, vade & fac, quoniam Dominus tecum est. Cuius contrarium ipsa nocte reuelauit ei Deus.

Spiritus Prophetarum non semper sunt in potestate Prophetarum.

Probate spiritus si ex Deo sunt, ex primo modo, qui magis est ad propositum, videlicet per Scripturam sacram

ctram & per bonos eruditos in eadem, quia verè peruersè viuentibus, quale iudicium inter peruersum & illusorium reportare sperabimus, contingit multis, & sufficienter, quantum ad præsentem materiam, & ad communem statum vitiorum.

Qua super re ne, dum vnum, & ab vno, sed plures à diuersis tractatus compositos inuenimus, quos nunc manualiter habere fas esset, & diligenter inspicere, dum in hoc sacro consilio quæritur tractari de canonizatione sanctorum, & examinatione doctrinarum suarum: præsertim vnius, quæ Brigida nominatur, assueta visionibus quas nedum ab angelis, sed à Christo & Maria, Agnete & cæteris sanctis familiaritate iunctis, sicut sponsus ad sponsam loquitur, se asserit diuinitus suscepisse.

Occasio huius scripti.

De canonizatione S. Brigidæ.

Est autem vtrobique, vel in approbatione, vel in reprobatione periculum. Approbare enim falsas aut illusorias aut friuolas visiones pro veris & solidis reuelationibus, quid indignius, quid alienius ab hoc sacro consilio? Reprobare verò nunc eas quæ multifariè, multisque modis per diuersas nationes probata dicuntur, non parua exinde scandalorum in Christiana religione & deuotione populorum formidatio. Denique, in ipso etiam silentio & dissimulatione ex qua res in medium posita est, nonnihil esse discriminis pertimescimus: inuenire verò medium aliquod, vel expediens inter hæc extrema, laudabile quidem sit, an affectabile sit, necdum satis cernimus exploratum.

De visionibus S. Brigid. quas à S. Maria & S. Agnete habuit, iudicium.

Probare spiritus per modum artis & doctrinæ, sicut tota deinceps versabitur intentio, nemo perfectè potest per solam sacræ Scripturæ eruditionem, qui non etiam expertus sit in semetipso variam affectionum spiritualium pugnam, tanquam ascenderit nũc in cœlos, nunc descenderit in abyssos, & viderit mirabilia Dei in profundo. Nam, qui nauigant mare hoc mysticum diuersarum affectionum, quasi collidentium se fluctuum, enarrant mirabilia eius. Inexpertus autem: alium quid nouit eorum?

Nemo probare spiritus solidè potest, nisi tentatus.

Hic autem est quartus modus probationis spirituum. Cæterùm puto differentiam inter homines, quos loquimur, vnum Theologum, alterum contemplatiuum, talem esse, qualis est inter peritum in arte medicinæ, & inter expertum seu practicum in eadem, quæ duo posse conuenire in eodem, nullus dubitauit. Sic fit & fieri potest domino propitio, vt idem sit in Scripturis sacris eruditus, qui similiter in contemplationis exercitatione probatus est. Hunc verò talem vult habere materia præsens, sicut alia scripsisse, dum de tractatu quodam spiritualium nuptiarum sermo fieret, inuenimus.

Probare verò spiritus isto modo doctrinaliter, dum quærimus in aliquibus personis, quarum corda neque videre neq; scrutari datur: opus vt ab operibus signa sumamus, dicente Christo: A fructibus eorum cognoscetis eos. Fallit tamen vnum signum vel pauca, si non in vnum plura conglobauerimus: ita enim tradit Tullius, ita Boëthius, ita Aristot. in coniecturali

causa

causa faciendum. Sed quoniam infinita est quidem huiusmodi signorum confusio: coarctemus ad pauciora, & dicamus sub hoc metro. Tu, quis, quid, quare, cui, qualiter, vnde, require. Quis est, cui fiat reuelatio? Quid ipsa continet & loquitur? Quare fieri dicitur. Cui pro consilio detegitur, qualiter venire: & vnde venire reperitur.

Reuelationes, quomodo probandæ.

Probatio spirituum dum quæritur fieri, consideretur inprimis persona suscipiens visiones, si sit boni & discreti iudicij, rationis naturalis: quia læso cerebro turbatur quoque iudicium: Cumq; læsus phantasias patiatur, non magnopere quærendum est, à quo spiritu veniant melancholicæ illusoriæq; visiones, vt patet in phreneticis, in ægrotis varijs, qui vigilantes se talia videre putant, audire, gustare, &c. qualia somniantes patiuntur.

De visis per læsionē cerebri.

Habet præterea qualibet passio profundata suam læsionem, suam ætatem, suum, vt Origenes loquitur, dæmonium, patet in philocaptis, Zelotypis & iracundis, in inuidis & auaris. Vnde Poëta: Qui amant ipsi sibi somnia fingunt.

Quælibet passio habet suam ætatem, suum Dæmonium.

Quæratur ergo, si persona sit nouitia in zelo fidei quia nouitius feruor citò fallitur, si caruerit regente præsenti in adolescentibus & fœminis, quarum est ardor nimis auidus, varius, effrenis, ideóque suspectus.

Nouitius feruor citò fallitur.

Rursus plurimum refert attendere, qualis sit & fuerit persona, qualiter erudita, quibus assueta, quibus delectata, in quibus conuersata, sit diues vel egena. In

Diuites habẽtur elati: Pauperes hypocritæ.

Superbiam spiritualem Bernhardus vocat subtile malũ.

na. In prima superbiam secretámque voluptatem: in altera fictionem timebimus. Hoc super omnia conuenit obseruare, ne lateat interior superbia spiritualis: quam Bernardus verè nominat subtile malum: quoniam & hæc de humiliatione sua nascitur de sordibus & cilicio, de ieiunijs & de virginitate. Imò & de sua morte, suóq; contrario trahit originem. Quid igitur erit tutum superbia, cùm nec ipsa virtus tuta sit ab ea?

Ipsa virtus nõ tuta est à superbia.

Est autem superbia quædam in intellectu, dum non vult subijci alieno iudicio, sed innititur propria quadam voluntate, dum renuit obedire, & hæc citius deprehenditur, ideóq; facilius corrigitur quàm prima qualitas visionum.

Hactenus de probatione personarum, nunc visionũ.

Probatio spirituum reficit nedum personam, quæ visiones patitur, sed visionum qualitates, si vera sint omnia etiam vsq; ad minimam propositionem: quoniam in spiritu veritatis falsitas non est: in spiritum autem mendacij mille quinque sunt viæ apertæ, vt in vnica latenti falsitate decipiat. Hac ratione prohibuerunt à testimonio veritatis, quam fatebantur Dæmones, Christus Dæmoniacos, & Paulus Pythonissas.

Sapientia consentit bonis.

Si præterea sit in visionibus sapientia, quæ sursum est, cum suis titulis, quos Iacobus enumerat: primò inquit, pudica est, deinde pacifera modestia, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicans sine simulatione.

Si

Si rursus excedant hæ visiones communem intelligendi modum, vel in Scriptura sacra positum, vel in ratione naturali vel morali collocaturus. Quod si non videretur illud ascribi frustra reuelationi, quod in scriptura sua semel locum est, & sicut Iob loquitur, idipsum non repetit. Quorsum quippe esset, ne dicamus vanum, visiones super visiones in immensum multiplicatas debere recipere, tanquam ab ore DEI prolatas, ac deinde certissima fide credendas. Sicque demùm nostra fides, nostraq; religio, quam DEVS, teste Augustino, voluit super paucissimis contineri articulis, redderetur plus, absq; vlla comparatione quàm lex vetus onerosa. Hinc claræ memoriæ M. Henricus de Bassia, comprimendam esse tot hominum canonizationem, scripsit.

Reuelationes hodiernæ onerant Religionem.

M. Henricus de Bassia scripsit contra nimiam hominum canonisationem.

Hîc alia ratio sumitur, quoniam omisso diuinarum scripturarum studio magna pars Christianorum ad has visiones, ideò placentiores, quia recentiores, adduceret oculos & aures prurientes: sicque nec iam nescirent: quia, iuxta Senecæ verbum, superuacua didicisset. Sicut opus in omni reuelatione Moyses & Helias, hoc est, secundum venerabilem Richardum, testimonia legis & Prophetarum, alioqui suspecta est. Et inde fit perspicuum, quàm necessarij sunt Theologi, in canoniZationibus sanctorum, & examinatione doctrinarum.

In omni reuelatione requiritur Moyses & Elias.

Probatio spirituum requirit, vt persona cui visiones recitantur, habeat se prudenter, præsertim in principio cōsideret acriter, quare mouetur hæc perso-

na secretum suum vadere, super quo fiet alia consideratio.

Cauendum illi, cui primò narrantur Reuelationes.

Caue ergo, quisquis eris auditor aut consultor, vt non applaudas tali personæ, & non laudes eam, non mireris quasi sanctam dignamque reuelationibus atque miraculis. Obsiste potius, increpa durè, sperne eam, cuius sic exaltatum est cor, elati sunt oculi, vt ambulent in magnis & mirabilibus super se, vt digna sibi videatur, quæ nõ humano aliorũ more operetur salutem suam per doctrinam, scilicet scripturarum & sanctorum, cum dictamine rationis naturalis, nisi cõsilium habere præsumat, & putet nedum ab angelis, sed à Deo, ne dum semel in necessitatibus, sed penè iugiter, velut in quotidianis collocutionibus, talem admone non sublime sapere, sed sapere ad sobrietatem: quoniam verissimè ait, qui dixit, Superbia meretur illudi. Et eò dignius, quò instar Pharisæi, latentem hærentemque ossibus superbiam, sicut nec Physicus febrilem calorem superbus attendit. Quid enim facilius quàm se vilissimum peccatorem dicere, sed veraciter simpliciterque ita sentire ex intimis, hoc diuini muneris est, non humani solius exercitij.

Superbia meretur illudi.

Nihil difficilius, quàm verè se peccatorem agnoscere.

Enarrantur Exempla sanctorum patrum, qui curiositatem huiusmodi visionum vel miraculorum, tanquam perniciosissimam fallacissimamque refugerunt. A qua se Augustinus liberatum in suis confessionibus gloriatur in Domino. Quam propterea Dominus Bonauentura abhorrendam nimis esse determinat, totoque conatu repellendam: Nunc oratio-

Sancti Patres abhorruerunt à visionibns.

nunc orationibus, nunc increpationibus seu flagellationibus propriæ mentis & corporis: exemplo illius, qui vt tentatione careret superbiæ, quæsiuit & obtinuit à Domino, vt per tres menses Dæmoniaca vexaretur obsessione.

Increpationes propriæ mentis sunt veræ flagellationes

Alter sanctorum Patrum, dum sibi Dæmon transfiguratus in Christum, diceret, Ego sum Christus personaliter visitans, quia dignus es: confestim clausit oculos vtraque manu, vociferans: nolo hîc Christum videre, satis est ipsum in gloria si videro, moxque disparuit.

Nemo in terris videre Christum cupiat, in gloria eum videre sufficiat.

Alter sub alijs verbis similem in huiusmodi illusione seruauit humilitatem. Vide, inquit, ad quem missus sis. Ego certè talis non sum, quòd dignus sim hîc videre Christum.

Alterum, quia nolebat intrare templum, dicens, sibi satis esse, quod oculis corporeis aspexisset Christum: colligauerunt cathenis, soluere ieiunium, carnibus vesci, vinumq; bibere compulerunt. Sicq; timore compresso sanatus est.

Opponat forsitan aliquis ex Apostolo iubente: nolite inquit, spiritum extinguere. Si sit ergo visio verè à Spiritu sancto, qui nihilominùs repellitur, quid hoc est, nisi spiritui sancto resistere, suamque nascentem generatiuam suffocare? Sed profectò spiritus sanctus, qui se dat humilibus, nequaquam ex humiliatione, quam prædiximus, se subtrahet, intrabit potiùs, exaltabit, & in beneplacito suo deducet victor super excelsa animam hanc in oculis suis vilem, & absq; vlla ruga

Quõ Spiritus non extinguendus.

Rugæ hypocriticæ.

ruga fictionis humilem & simplicem.

Porrò dici non potest, quantum hæc curiositas vel cognoscendi futura & occulta vel miracula videndi vel faciendi, fefellit plurimos, & à vera religione frequenter auertit. Hinc superstitiones in populis, quæ religionem inficiunt Christianam, dum, sicut olim Iudæi, sola signa quærunt, dum imaginibus exhibent latriæ cultum, dum insuper hominibus nec dum canonizatis, scripturis quoque non Authenticis plus quàm sanctis, vel Euangelio fidem præstant.

Curiositasque rendi signa, est Iudaica.

Probatio spirituum considerat causam, quare fieri dicuntur visiones, præsertim, quo fine, nedum proximo, nedum aperto, sed occulto & longinquo. Potest itaque finis proximus apparere bonus & salubris, & deuotus ad ædificationem aliorum: qui tandem prolabetur in multiplex scandalum, dum vel non respondebunt vltima primis: vel aliàs falsum fictumque deprehendetur in personis fuisse: tanta reputari sanctitatis deuotionisque docuit hæc ætas nostra deprecationibus dominorum Ioannis de Varenis, & Ioann. Huss. & similium.

Ioannes de Varenis. Ioan. Huss.

Rursus, dum aliquid fieri potest per humanam industriam, sit hoc in vita, sit hoc in doctrina, quare necesse est vel quærere, vel expectare diuinam cœlitùs allocutionem? Hoc nempe tentationi Dei, quàm honorationi apparet similius.

Cæterùm finis attendendus est, quare fit communicatio talium visionum, & quali personæ. Vtrùm ad ostensionem, vel ad necessitatem. Vtrùm ad dan

dum

dum vel ad recipiendum consilium. Vtrùm fiat experto vel inexperto talium.

Quod si videatur hæc persona quærere tantummodò consilium ne fallatur, videndum est, si paratam se monstrat obedire consilio. Alioquin iam de curatione vix spes erit: Quoniam talis, vt dicit Io. Climacus, non iam eget Dæmone tentante se, quia factus est sibi Dæmon.

Io. Climacus. Qui semet tẽtat, sibi Dæmon est.

At verò dicet aliquis: Hæc idcircò persona non credit alieno iudicio, quia de suo certa est per reuelationem intimam & secretam. Sed profectò non est diuisionis Deus, vt vni timenti se reuelet vnum, & per alterum similiter timentem eum, dicat vnum contrarium. Itaque, si visio ex Deo est, non dissipabitur in humiliantes se sub alieno iudicio propter Deum: sed vigorabitur amplius, & vincet.

Quòcirca tradimus pro cautela, quòd in huiusmodi visionibus nedum suspensum teneatur iudicium, exemplo B. Amb. & Lucan. presbyteri: sed dicatur reuerenter cum Petro: Exi à me Domine, quia peccator sum, quia vilis sum, quia visionibus tuis indignus sum, quas hîc neque quæro, neque accepto, sed repello. Sit in alio, non in hoc seculo visio tua tota merces mea domine Deus, & sufficit. Quid ad me de visionibus tuis in hac vita, quid de superiorum meorum monitionibus? mitte potiùs obsecro alium, quem missurus es: & me meus spiritus humili regat obscuroque loco.

Cautelæ ad propellendas visiones.

Altera

Altera potest addi super huiusmodi visionibus recipiendis cautela, qualem de somnijs tradidit vnus, dicens: Si monitiones aliquæ bonæ, inquit, fieri videantur in somnijs, vel ex persona defunctorum, vel aliunde recipiantur, quasi somnia non penitùs abijciendo, neq; eis ex aduerso velut authenticis vel diuinis adhærendo: recogitantur potius tanquam rememorationes aliquæ ad faciendum bona, vel mala declinandum, iuxta somniorum qualitatem.

Cautela de somnijs.

Probatio spirituum considerat, qualiter & quomodo persona, quæ visiones se habere dicit, conuersatur, an in secreto, vel in publico, an in vita actiua vel contemplatiua, an in deuotione, quæ notam affert vestimentis, & cæteris: aut si communem habet conuersationem accommodatam his quibus conuenit.

Deuotio notã afferens vestimentis

Hoc præcipuè considerare necesse est, si sit mulier, qualiter cum suis confessoribus conuersatur, & instructoribus. Si collocutionibus intendit continuis, sub obtentu, nunc crebræ confeßionis, nunc prolixæ narrationis visionum suarum, nunc alterius cuiuslibet confabulationis: Expertis credite, nominatim Augu. & domino Bonauenturæ: Vix est altera pestis, vel efficacior ad nocendum, vel insanabilior: quæ si nihil haberet aliud detrimenti, nisi temporis preciosi latißimam hanc consumptionem, abundè Diabolo satis esset. Habet aliud, scilicet insatiabilem viuendi loquendiq; vt interim de tactu sileam, pruriginem. Euenitq; illud de Didone apud Poëtam: Hærent infixi pectore vultus, Verbaq;, nec placidam dat membris

Visiones mulierũ suspectę. Collocutiones mulierum crebræ, cum confessoribus sunt suspectæ.

bris cura quietem. Cùm tamen in pace sit Dei locus. Nullus idcircò mirabitur, si tales ad fabulas conuersi, auertuntur à veritate. Si præterea mulieres hæ curiosè agentes sunt, quales notat Apostolus, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Vbi autem non est veritas, sit falsitas & vanitas necesse est.

Discentia sine scientia.

Probatio spirituum considerat vnde spiritus veniat, aut quò vadat. Itaq; Bernardus testatur, hoc in se nunquam sciri datum esse, qui tamen expertum se pluries asserit humiliter spiritus sancti præsentiam, & intimo motu cordis siue mentis sensisse.

Non facilè sentitur vnde spiritus veniat, aut quò vadat.

Mirabitur modò fortasse aliquis, quo pacto persona status inferioris dicat, se frequenter agnoscere, vnde spiritus veniat. Præsertim cùm dixerit Christus Nicodemo, Vocem, inquit, eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat.

Quid porrò, quòd in spiritibus diuersis multa inspirationis inuenitur similitudo? Est enim spiritus Deus, spiritus Angelus bonus, spiritus Angelus malus, spiritus humanus, tam rationalis, quàm animalis. Potest autem similis visio spirari per quemlibet hunc spiritum suo modo, longè tamen diuerso, sed nec diuersitatem faciliter percipi: quæ similitudo non scitur apud inexpertes talium, qui neq; per seipsos ex acumine ingenij, neque philosophicis disciplinis, neq; per aliorum traditionem sciunt talia distinguere.

Quadruplices Spiritus quam difficulter discernantur.

Certè nec mirandum, cùm paucissimos inueniamus, qui bene sciant secernere cogitationes & affe-

ctiones suæ rationalis animæ, vt rationalis est: ab illis qui sunt animales, videlicet, in sensu communi, vel organo phantasiæ.

Quem inuenies, precor, ex timētibus Deum, peccatáue fugientibus, qui semper & in omnibus ad liquidum prospiciat, dum tentationes vigent, si sensus eorum sit tantummodo in imaginatione vel consensu in ratione. Adeò non facilè est, discernere sensum à consensu.

Difficile est discernere sensum à cōsensu.

Quantò plus habet difficultatis, probatio quadruplicis prænominati spiritus: dum videlicet instinctus vnus, vel inspiratio vehemens tangit mentem, si sit à Deo, vel ab Angelo bono vel malo, vel à proprio spiritu humano.

Cuius rursus sensus portio duplex, superior & inferior ascripta est. Cuius sentire diuisionem, perfectè dat illud verbum Dei, quod pertingit vsq; ad diuisionem spiritus & animæ: qualem in se diuisionem passa erat, quæ exclamauit: Magnificat anima mea dominum. Dehinc secernens spiritum ab anima subiunxit. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

Diuisio spiritus & animæ.

Hæc interim sub compendio cursim notata sint, quatenus cùm ad singularia descendendum erit, facilius hac occasione data sapientiores dijudicent: persuasum habentes, viuere hominem, cuius nomen sit in libro vitæ, cui pluries, & in pluribus per-

personis breuis temporis datum est experiri & practicare omnia quæ dicta sunt.

TRACTATVS PERVTILIS DE PYTHONICO contractu, Fratris Thomæ Murner, liberalium artium Magistri, ordinis Minorum. Ad instantiam generosi Domini Iohannis Wörnher de Mersperg compilatus.



N *nomine ergo summi Iouis, exordiamur illud quod volumus narrare. Gratia ordinis & formæ, præsentem tractatum triplici personarum distinximus colloquio, vt non minus materiæ amœnitas, quàm bonitas lectorem amicum alliciat. Tum quia & alium eiusdem materiæ, per quam fidelem serenißimo Principi Sigismundo Archiduci Austriæ transmissum, & per Conradum* Stürtzel/ *vtriusq; Iuris Doctorem excellentißimum vigili indagine correctum, Dialogo distinctum conspexi. Qui licet (vt dixi suprà) fidelis sit, & huius sententiæ diffinitiuus, non poterit tamen eodem curiosus rerum indagator quietari. Quare vt promißi procedam.* Innuit de libro Doctoris Mulleri suprà inserti.

Johannes Wörnher/ *O Thoma mi dilecte, tibi*

vt

vt compatiar humana coëgit natura. Quid est, quod cæteris plus te malè fortunatum natura constituit, maleficiatum reddidit à Pythonica dico muliere contractum? Quæ inquam tuæ genitrici, vt maleuola nocumentum asportaret, amicissimo sibi obesse spopondit, tuo vt percepi relatu. Sic equidem matris dilectio (instigante natura) in peiorem partem secessit. Est ne pium tuis dictis fideles præstare aures? Bonam, inquam, fortunam Augustinus Deam pluribus in locis retulit: & tibi cum dissona non solùm homines, sed & Dij Deæq; nocere præsumunt, quòd in tuo studio clarius innotuit, vbi non semel, sed pluries, quæ sumpseris nocumenta, claret quàm apertissimè.

Ipse autor huius Tractatus expertus est Maleficia.

Thomas Murner. Quàm gratum foret, generose Domine (si ingenij adesset copia) vt quia me dignum inter disputandum iudicasti: angorq; solicitus, quòd ita me isto tempore videam imparatum, vt vix Gratitudinis aliquod vestigium satis dignè tibi testatum possim relinquere. Vt autem famulandi clarius innotescat voluntas, locum dabo verecundiæ, responsurus ad materiam propositam me conuerto. Mihi quia compateris, benè dicis illud esse humanæ naturæ ratione, nec animal aliquod simile sibi specie manducat.

Quæris demùm rem grandem, & humanæ indagini haud possibilem, cur natura me plus cæteris malè fortunatum reddidit? Secundò, cur contractum? Tertiò, vtrúmne pium sit, credere si sit? Quare his tribus quæstionibus præsentem absoluam tractatum.

Et

Et quia præteritos ad memoriam casus deduxisti, magis flere quàm scribere libet: res pauca homines insidiari, quoniam cunctis qui placeat, non credat quòd modò viuat, sed Deos Deasque inimicos habere, graue valdè. Augustinum autem quia allegas, quid respondeam latet penitus, nec aliquod patet refugium, nisi hoc vnicum, vt studium meum relinquam Deo (vt pollicitus sum) in Monasterio famulaturus, & modo illo superos meis precationibus reddere placatos.

Deos Deasque habens inimicos, fit Monachus.

Caspar de Mörsperg. Ab inceptis fide dignis, quia recalcitrare turpissimum, & tu ô Thoma, studium ad finem quasi deductum, asseris relinquere velle. Nescis quia multis in rebus bestijs sumus inferiores. Hoc solùm maximè excellimus, quod sapimus. Quantum ergo homo à Sapientia recedit, tantum ab homine alienatur, naturæ bestiarum proximatus. Quantò autem Sapientiam sequitur, tantum à brutis elongatus, in hominis natura excellit. Fortuna quidem cæca, nec probum nec improbum, nec vllam hominis dignitatem aut ordinem discernit: sed se vel citius peruersis moribus, animoque ignobili, quippe ad votum eius procliuiori concedit. Et tu scientiam refutando fortunam exposcis. Nec est in mundo aliqua fortuna, quam non augeat literarum notitia. Nam dixit Aristoteles, vbi plurimus intellectus & ratio, ibi minima fortuna: vbi plurima fortuna, ibi minimus intellectus. Multò ergo magis ea Sapientiæ pars appetenda, quæ hominem etiam

Nulla fortuna est, quam non augeat literarum notitia. Vbi plurima sapientia, ibi inimica fortuna.

supra hominem efferens superis quàm proximum reddit.

Vbi minimum sapere, ibi plurimum capere.

Quod autem de Augustino dictum est, nihil concludit, nam seipsum reprehendit, in primo retracta. cap. primo. Cepto igitur adhærere studio, licèt & sic tui nauigij laudabimus felicitatem, cùm perueneris ad portum, te magnificabimus post rerum consummationem.

De duplici prouidentia Dei.

Johannes Wörnher. *Iam oro edissere Thoma, cur te plus cæteris natura malè reddidit fortunatum. Est enim in Deo duplex prouidentia generalis prima, qua Deus ipse res regit, secundum quod natæ sunt regi, vt dicitur 7. de Ci. c. 3. Sic Deus res, quas condidit, &c. Malè regeris, quare diffortunij causa tu ipse es, aut saltem aliquid tui, ex parte corporis animaúe constitutum.*

Aduersitas plus proficit quàm prosperitas.

Secunda prouidentia specialis est, ex quadam electione procedens, secundum quam Deus prouidet vnicuique hominum, secundum merita præsentia vel futura & occulta nobis, sibi tamen præsentia. Quia eius iudicia iusta sunt semper, licèt occulta, ita, quòd aliquando aduersitas plus proficit quàm prosperitas, secundum Boë. 4. de conso. Hoc ideò dixi, quia si te vna illarum Dei prouidentiarum attingeret, iam vltrà quæstio, cur plus cæteris sit infortunatus, inualida esset: nam dixit Paulus, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius. Sed de natura quæro, vtrùm naturale quoddam sit: te plus cæteris malè reddens fortunatum.

Tho-

Thomas Murner. *De benè fortunato stat in trimembri diuisione, vt habet Scotus, similiter & de malè fortunato, cùm tot modis dicatur vnum oppositorum, quot modis dicitur & reliquum: Primum, nullus dicitur benè fortunatus, propter actum vnicum fortuitum. Sic nec malè fortunatus, vnico infœlici actu implicitus. Secundum, nullus dicitur benè fortunatus, quia semper benè ei accidat, sic nec malè fortunatus, cùm nullus talis sit sine speciali miraculo.*

Tot modis dicitur vnũ oppositorũ, quot reliqua.

Tertium, est quis benè fortunatus, quia vt plurimùm benè accidit per contrarium malè fortunatus. Nam dixit Aristoteles primo Ethicorum, non facit vna hirundo ver, sic nec actus vnicus fortuitus, benè vel malè hominem reddit fortunatum. Fortuna igitur tertio modo capta stante, causam quæris, cur illi vt plurimùm benè, alteri vt plurimùm male accidat. Quod autem de Dei narrasti prouidentijs, nihil mihi constat, cùm naturaliter simus loquuti. Circa naturam autem triplex reperitur philosophandi modus.

Cur naturaliter vni malè; alteri benè accidat.

Est autem primus respondendi modus, dicens, benè fortunatum magis esse dispositum, vt ipsum causa vniuersalis moueat, ad hunc locum magis quàm ad alium, vt si aurum sit ibi, & fodiens ipsum inueniat, ergo secundum hunc dicendi modum, qui est Theologorum, fortunæ causam non intrinsecam rei, sed extrinsecam dicemus. Attamen Aristoteles quærit causam intrinsecam, quam dixit esse impetum.

Effectus fortuitus non habet causam.

Sed si tu dicas, tu quæris causam, vbi non est causa, nam effectus fortuitus non habet causam. Dicendum, *quòd notum sit* Aristoteli. *Quòd sicut illud quod euenit in pluribus, habet causam, vt in pluribus vniformiter: ita quod euenit in paucioribus, & difformiter, habet reduci ad causam vniformiter agentem & per se.* Causa *autem intrinseca huius impetus est, secundum* Aristotelem, *cùm dicat in lib. de bona fortuna.* Est *ergo bona fortuna sine ratione nata. Benè fortunatus enim est, sine ratione habens impetum ad bona, & hæc adipiscens, hoc autem est natura:* In *anima enim inest talis natura, quo impetu ferimur, sine ratione, ad quæ vtiq; benè habebimus. Et si quis interroget ab operante, quare sic facit, nescio, inquit, sed placet mihi.*

Bona fortuna est sine Ratione nata.

Simile patet in his, quæ à Deo *aguntur.* Etenim *à* Deo *vecti, sine ratione impetum habent ad operari aliquod.* Et *vult dicere, quòd aliqui habent velle, ad quod sequitur bonum aliquod præter intentum, ex impetu & sine ratione, & causa huius impetus est natura.* Demùm *dicunt alij, non intrinsecam, sed extrinsecam causam ponentes, non tamen vt* Theologi, *sed cœlum, vel intelligentem mouentem cœlum, mediante cœlo, vt* Deus *ipse immediatè mouens, hic cum alijs coincidit.*

Intelligẽs mouens cœlum, mediante cœlo.

Johannes Wörnher. *Ponis triplicem opinandi modum.* Primus *autem, quem* Theologorum *asseris, non videtur in veritate posse persistere.* Nec *mentem quietare potest.* Quia *dum quæri posset, quare*

ad propositum illius sequitur bonum, & non ad alterius propositum, quum etiam, quia est contra Aristotelem, cui nō videtur aliquod nouum immediatè esse à Deo. Vnde ipse ponens mundum æternum, non posuit motum potuisse esse nouum, nisi secundum partes: ita, quòd totus non potuit esse nouus, vt habetur 8. Physicorum: quòd Deus non potest causare nouum mundum, vel nouum cœlum, vel nouum motum, secundum suam totalitatem.

Nihil noui à Deo.

Totus non potest esse nouus.

Secundus verò respondendi modus, qui fuit Aristotelis, non procedit, quia dixit, quòd aliquis habet impetum sine ratione. Contrà, non est fortuna bona sine actu voluntatis, quia fortuna est effectus contingens, consequens effectum agentis à proposito. Nunc autem actus voluntatis est circa obiectum ostensum à ratione, ergo talis impulsus ad volendum, non est sine ratione.

An impetus possit esse sine Ratione.

Præterea, si natura impellit aliquem ad volendum & non ratio, ergo non esset fortuna quod euenit, sed casus: cùm hæc differentia sit inter fortunam & casum. 2. Physicorum.

Tertius autem modus, qui dicit, quòd nihil sit effectus fortuitus, nisi illud, ad quod causalitas cœli se potest extendere, non videtur verò consonus. Cùm aliquid sit in homine, ad quod causalitas cœli non potest se extendere, sicut est volitio, nisi occasionaliter mouendo appetitum sensitiuum, secundum cuius inclinationem apta est voluntas inclinari. Cœlum ergo, quia non potest volitionem attingere,

Nihil fortuitò, nisi ad quod causalitas cœli se extendit.

nec etiam causas ad eius causationem coniungere, ideò aliquid est in homine, ad quod causalitas non potest pertingere, & per consequens nec fortunæ causa referri.

Thomas Murner. Dilecte Iohannes, absit longè à nobis, vt ea quæ Spiritus sancti instinctu Theologia dictauit, falsa dicamus. Quòd autem quæris, quare ad illius propositum, & non alterius sequatur bonum, fortassis & quia sic voluit Deus ipse, cuius voluntatis inquisitionem suprà dixi infirmam: Aut quia passi indispositio, nam Deus influit in quodlibet vniformiter, in quantum potest, secundum Aristotelem: & quia iste est dispositus, ille non, ideò Deus impellit istum ad tale propositum, ad quod consequitur commodum: illum autem non impellit, quia non inuenit in eo dispositionem requisitam.

An aliquid possit nouum esse à Deo.

Et si vltra quæris, quæ diuersarum dispositionum causa, semper deuenitur ad vnum primum, voluntatem dico primi entis, licèt Philosophus illud fortè non diceret. Quia verò de nouitate dixisti, non videtur Aristoteles sibi ipsi contradicere. Dato enim, quòd oporteat aliquos effectus fortuitos nouos reducere immediatè in Deum, adhuc sibÿpsi non videtur contradicere, quia certum ratúmque habuit Aristoteles, secundum propria sua principia, animam intellectiuam esse à Deo immediatè, & ad hoc attingere potest ratio naturalis, cùm sit immortalis, & ita aliquid nouum potest immediatè esse à Deo.

Quo-

Quomodo autem illud poßibile sit, causa breuitatis omissum relinquitur: tamen de hoc lege Scotum, in vltima quæstione. Quotlibetorum. Aut dicas, quoniam vtique, si sit propter diuersitatem causarum receptiuarum, nihil noui Deo imponitur, sicut Sol immediatè soluit glacies, & coagulat lutum, nulla posita nouitate in eo: ita secundum Aristotelem hoc cor- corpore organizato, Deus neceßitate immutabilitatis, causat hanc animam, & prius non ratione indispositionis materiæ: sicut nec Sol causat alium & alium radium in aëre & in aqua, nisi propter diuersitatem recipientium, quod in perspectiuis nostris conclamatum est. Murnerus de Perspectiuis.

Quid tamen secundum fidem & veritatem dicendum esset suprà, loquendo de Dei prouidentia duplici, solus confessus es. Quod contra Aristotelem facere videtur, æquiuocat. Nam Aristot. intellexit fortunam esse sine ratione consiliante, non autem sine ratione volitum obiectum ostendente,

Ad aliud autem dicitur, quòd licèt natura sit mediata causa illius euentus fortuiti, non tamen immediata, sed voluntas vnum intendens, licèt sit aliud eueniens præter intentum, quod dicitur fortuna non casus. Fortuna & casus quomodo differant.

Id contra tertium respondendi modum dico, quòd cœli causalitas ad omnia alia præter voluntatem se extendit. Si autem aliquis fortuitus effectus in voluntate ponatur, in Deum reducere oportet, qui omnibus prouidet & coniungit, cùm dicat, imò & capilli capi-

Thomæ Murneri quadripartitũ maius.

tis vestri numerati sunt. Hoc autem cùm sit contra Astrologos, clarius de hoc loquar in quadripartito meo maiori.

Quæris igitur generose domine, cur me plus cæteris, natura malè constituit fortunatum. Triplicem vidisti modum: Habes enim duas extrinsecas causas, & vnam intrinsecam. Fortè de intrinseca loquendo, talem impetum ad commodum non habeo, qui se tenet ex parte complexionis, non animæ, vt habet Scotus, imò & Aristoteles. Quare dissortunij causa non sum ego, non est enim in potestate mea, mutare corporis complexiones aut staturam. Quis enim est ex vobis, qui potest ad staturam suam adijcere cubitum vnum? quasi dicat, nullus: quare me excusatum, oro, habeto.

Coitus stellarum.

Si autem de extrinsecis causis loqui contingit. Primò de cœlo videamus, nec est in potestate mea, diuersos planetarum stabiliumq́; stellarum coitus mutare, horam generationis, seu meæ interemptionis.

Vir sapiens quomodo dominetur astris.

Si autem dixeris, quia dixit Ptolemæus, virum sapientem astris dominari, & opus stellarum ita adiuuare, quemadmodum seminator fortitudines naturales, in libro Almagesti, & suo quadripartito. Verum quidem fateris, quia sapiens: vbi autem stulti & mihi similes manebunt, qui non solùm astris dominari non possunt, nec parere inconuenienti obiecto? Quare me secundò excusatum habeto.

De alia autem causa extrinseca, quæ est DEVS *parum*

parum sentio, cur cadere permisit, confido tamen, vt in posterum gloriosius resurgam. Nam nostris terris equos quadrupes cadere vidi, & lædere pedes. Vach. Iuuenis & inexpertus lupus, quem nullus vnquam rusticorum clamor circumdedit.

Quadrupes si cadit, cur non bipes cadat homo.

Caspar de Mörsperg. Dixisti Thoma suprà, quare vnus plus alijs redditur malè fortunatus. Nec vltrà sit quæstio congrua, cur contractum reddidit, quoniam coincidunt. Potiorem autem Theologorum rationem nescio aliquam. Sed insuper ad vltimam quæstionem mentem feramus, quæ quærit, vtrúmne pium sit credere, si sit, volo dicere de hominum ligatione. Quod non sit, fides nostra concludit. Quæ Diabolum huiusmodi incursuum causam assignat, à quibus nec iuuenes, nec senes, nec probos, nec improbos exclusos ostendit.

De iuuenibus dicit Augustinus 21. libro de ciuitate Dei, cap. 18. Prorsusq; scriptum est: Graue iugum filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ, matrem omnium, vsque adeò implere est necesse, vt ipsi paruuli, per lauacrum regenerationis ab originalis peccati, quo solùm tenebantur, vinculo iam soluti, multa patientes, nonnulli incursus spirituum malignorum patiantur. Et Hieron. dicit. Quid causæ est, vt sæpè bimuli & trimuli ac vbera materna lactantes à Dæmonio corrumpantur? De senibus ego ipse testis. De probis Iob. De improbis quamplures alij. Ergo concludere licet, Dæmonem non vetulas, nec aliquod naturale esse causam

istius contractus. Deus autem ipse facienti facultatem tribuit.

Johannes Wörnher. Thoma Magister mi, & Præceptor charissime. Aestimo genitoris mei dulcissimi mentem consimilem Theologorum opinioni, immaterialem æstimantium substantiam, ligationum omnium causam (volo dicere) Diabolum, sumpta primum id exequendi à primo ente facultate. Videtur enim (vt dicit Aristoteles primo metaphysicæ) Deus omnibus esse causa & principium quoddam. Quare dixit commẽtator primo libro de anima, quòd rei cognitio per suam causam est magis firma, quàm sui esse tantùm.

Cognitio per causas magis est firma.

Dicunt vltra, quòd summi Dei permissione, & iusto Dei iudicio, indifferenter iusto atque iniusto, iuuenibus & senibus, contingat, & ad illud allegant sua iura & Doctores Catholicos. Quod si verum sit, nescimus, nisi scientia larga, sicut capit Augustinus scientiam, 17. libro de Trinitate. cap. 3. Dicit enim: Absit, quòd scire nos negemus, quæ testimonio didicimus aliorum. Tum quia est creditum, hac communi non possum responsione contentari, Deum cunctorum causam aßignando. Ab hoc enim ente cœlum, & totam naturam dependere, 11. metaphysicæ Aristoteles expertus est.

Illa scimus, quæ testimonio aliorũ didicimus: contra Ephecticos.

Præterea, si omnium causa Deus, quid nostra proderunt scripta singulorum causas inquirendo? Sat est enim, Deum ipsum causam profiteri cunctorum. Non sit quæso hoc nostrum propositum, seu delira-

men-

mentum. Præsupponemus enim, primariam causam plus cæteris influere. Qui enim ponit vnum agens tantùm, quod omnia agat, tollit à rebus suas proprias actiones. Quas si quis tollit, aufert & earum essentias, nec habet (vt ait commentator) cerebrum naturaliter aptum ad bonum.

Exempli gratia. Pluuiarum, quarum causa Deus ipse prima, secunda demum essentia quinta, diuerso stellarum coitu, quæ tertio diuersarum exhalationum motrix est pluuias inducẽtium, vt habetur apud Aristot. in li. Meteororum. Naturas igitur rerum rimaturi, longè Deus à nobis theologicè cum loqui contingat, quod iustum est fatebimur. Et huiuscemodi Theologorum commenta ad præsens relinquamus. Nam huiusmodi opinionibus est omnis nostrorum rusticorum caterua repleta.

Thomas Murner. *Modestius ô Iohannes loquereris, si harum rerum plenior tibi esset intellectus: tuæ infantiæ parcẽdum æstimo. Nescis quod dicit Aristot. Quia maior est rusticorum fides, quàm philosophorum & doctorum virorum. Nam dicit Scotus lib. 4. 34. dist. q. 1. quod duplex est impotentia in genere. Naturalis vna, ad quam membri sequitur mutilatio seu frigiditas, de quo nihil ad præsens.*

Diabolus seruat pacta aliqua,

Alia autem casualis, quæ fit per maleficium: & hæc fit per malignos spiritus: qui habentes pactiones cum hominibus, seruant promissa, non quia veraces, sed vt alij eis adhæreant. Quia si nulla pacta seruarent Dæmones, nulli homines eis seruirent, & vt

illi

illi quibus seruant promissa eos colant. Nam ex superbia sua præcipuè appetunt honores diuinos. Deus etiam permittit eos exercere potestatem suam, ad impediendum aliquos, ab aliquibus actibus, in quos possent, si non essent impediti & hoc propter peccata eorum, vel propter aliquam aliam causam occultam: Et hoc modo magicus habens pactum cum Dæmone, procurat ab eo, vt istum impediat aliquo actu, quamdiu aliquod signum à Dæmone positum perseuerat, puta acus curuata, vel aliquid id generis. Iam enim vides, quid senserit Doctor subtilis, cuius prius mentem commentum nuncupasti. Quid autem arguis? omnia tua concluserunt argumenta vnicum illud, quòd Deum non debeamus immediatam omnium causam referre, licet mediatam ponere nulla ratione prohibemur.

Acus curuatæ vis.

Johannes Wörnher. Secundum verba Doctoris posita, posset quæri, quod remedium esset adhibendum contra istud Diaboli impedimentum? Scio tamen contraria contrarijs curari, quid contra facta Diaboli? Si dixeris orationes: & tu cum sanus sis, quo mediante scire exopto, cum te plus in tua ægritudine iurasse, & vetulæ maledixisse, quàm orasse seu sanctus inuocasse constet: Ergò non est verū quod dicunt Theologi, quòd in huiusmodi necessitatibus sancti solùm sint inuocandi, cum sit aliud, per quod mederi oporteat. Et tu dicis, te sanitatem recepisse vnius hominis auxilio, quare te & illum excommunicatum iudicare consonum dixi. Age, age, quòd figmentum

Remedia contra maleficia.

mentum componis, dicendo, quia sanus factus ex tactu sacci vnius, & aqua immundiciis scutellarum maculata, inuenistíne in naturalibus disciplinis, quarum professores, his in rebus huiusmodi inesse actiones? Nunquid verum dixi, facientem & consulem excommunicandos, & à Christi fidelium communione excludendos?

Sacci & aquæ imundæ vis.

Thomas Murner. video te, generose Domine, contra me furore concitatum, quia verum dixi. Quid si deliramentum protulissem? Adest viuus Mattheus & Iacobus Murner, qui huius rei testes sunt. Nam in ore duorum stabit omne testimonium. Figmentum autem quia me dicis componere: scis enim & audisti quæstionem quam Scotus concessit, Dæmones pacta seruare hominibus, seductionis causa, non quia veraces, quamdiu signum per ipsos positum durat. Nam si aliquis sciens maleficium destrueret, non esset excommunicatus, sed opus faceret meritorium. Insidias (dico) Diaboli destruendo, & opera.

Quare dixit Scotus, quòd trifaria est illa quæstio, an liceat tollere maleficium intentione curandi maleficiatum. Non enim solùm licet, sed est meritorium destruere opera Diaboli, nec in hoc est aliqua infidelitas: quia destruens non acquiescit operibus malignis, sed credit, Dæmonem posse & velle fatigare, dum tale signum durat, & destructio talis signi imponet finem tali vexationi. Si ergo saccum & aquam illam immundam, puto signum mihi finis fuisse infirmitatis à Dæmone positum, & illud mora habuit anni:

ni: quòd si post annum cum sacco fecissem, quod anni spacio factum fuit, nunquam pristinæ redditus fuissem sanitati.

Nec mihi placet de illa materia loqui, sum equidem in iram præceps & conturbor, quia hominis vnius pessima voluntate, nunquam ante infirmitatem à me visi, tali miserabili pœna sine meis meritis, crucior per omnes dies vitæ meæ. Et nisi omnipotens Deus sua summa bonitate & clementia, me inter suorum Sacerdotum numerum collocasset, quid facerem, Deo omnipotenti offero. Idcircò hac opinione Theologorum, quæ est secundũ veritatem, velis (oro) contentari.

Cautela dispu tantiũ: Respõdentẽ ad iram comouere, vt turbetur in proposito.

Johannes Wörnher. Thoma mi charissime, latétne te cautela Aristotelis? Qua opponentem informat, respõdentem debere reddere furiosum, vt ab ipso materia relinquatur proposita: quam à te suscepi, ésne similis mihi, qui omnibus do documenta salutis? Furor verò si me comprehendit, documentorum meorum virtus omnino euanescit. Transeant Theologica: Hæc sit quæstio, vtrùm hominum ligatio naturali possit ratione demonstrari, volo dicere vtrum ab actione naturali sit. Et videtur quòd sic. Iniustè equidem punitur, qui nunquam deliquit. Sed ligantes puniuntur. ergo deliquerunt. Patet maior in actu iudiciario, licet in operibus diuinis non procederet, cùm aliquis puniatur aliquando non reus, nunquam tamen iniusto Dei iudicio, de quo nihil ad propositũm. Patet minor in l. Multi. C. de male. & mathe. Statuarum

Ligatio, an naturalibus rationibus probetur.

insuper

insuper hinc inde apud iudicia publica sitarum: quæ denigrationis causa, nisi huius actus sententia. Consueuerunt & ob huiuscemodi noxam nostris terris vetulæ igne cremari. Longæuæ quapropter consuetudinis non est vilis auctoritas, nec est verisimile, vt habet Aristoteles, quod ab omnibus fertur, omninò deperdi posse. In oppositum tamen fuit fides, vt dictum est: ergo quid dicendum sit oro breuibus conclude.

Thomas Murner. Dixi clarè in superioribus generose Domine, id sensu experiri, causam insuper adiunxi, illa tamen quia non contentaris, dico primò, nisi verba sequentia summè ponderaueris huius rei secretum vix patebit. Et quia licuit nunquam sensibilem negare effectum, ex insensibili causa procedentem. Quare hominum fateamur ligationes causam inquirentes, quæ quidem audimus, fari non prohibemur visa protestando.

Sed quia diceres, fortè illud infidele quoddam genus hominũ dico ligationes naturali via euenire posse. Ad hoc respondet Aristoteles, dicens, naturam non agere, nisi quia à superioribus causis mota, quæ sunt Deus & intelligentiæ. Opus enim naturæ est opus intelligentiæ, 11. Metaphysic. Vbi videtur consentire Deum huius actus causam principalem & mediatam, ergò immediatas inuestigare nihil inhibitum.

Opus naturæ est opus intelligentiæ.

Est autem circa hunc ligationis actum multiplex opinio: multis autem omissis, quinque tamen positæ sunt, Est igitur prima Theologorum iam posita: quatuor

Opiniones quinque circa actum ligationis.

quatuor autem Philosophorum. E quibus est vna dicentium, hunc effectum cum omnibus alijs esse à forma cœli, quam contrahi nouimus quenquam sua natalis & interemptionis hora. Dixerunt antiquiores nobis, suntq́ experti, cœli signa per singula corporis membra ducatum obtinere sic, quia aries caput, collum taurus, gemini brachia obtineant, sicq́ue deinceps, quæ docent Astrologica: licet à modernioribus, puta Iuristis, contrauenìatur: minus tamen iustè: secundum quod in quadripartito meo maiore libro primo expreßi clarius.

Iureconsulti aduersantur Astrologis.

Est equidem in omni famatum Philosophia: inferioris mundi corporum motus primos cœlestium itus atque reditus arcanis quibsudā naturæ vinculis trahantes sequi. Si enim crescente luna, in animalium corporibus humores abundant, decrescente attenuantur, vt etiam humani corporis venas illic plenio-res, hîc laxiores reperies, quod in ægrotantibus clarius apparet. Certius inquam certo venam seu membrum ferro tangi non debere luna supra idem ducatum habente. Summa igitur in naturali actione cœli ad dispòsita passa concordia. Quod patet, qui enim prioris lunationis meditante decumbunt, natura eorum fortior morbo validius repugnat, in sequenti debilior leuius succumbit. Quotidianas etiam ægrotantium affectiones quotidianæ omninò lunæ applicationes ad primum locum trigonæ tetragonæ opposita & reditus mentiuntur, ob quod priuilegium ij dies inter cæteros certo nomine discreti sunt. Nōnulli etiam nume-

numerosis obtinent experimentis ex diuersis lunæ mansionibus, diuersis suorum membrorum impotentijs affici.

Et hoc est, quod voluit Plato noster diuinus, de intellectu animæ, faciens duas circulationes: ita quòd posuit cœli eosdem cum motibus animæ, id est, quòd actiones cœli sunt eædem cum actionibus animæ: vt allegat eum Aristoteles 1. de anima, licet iniustè eum redarguat.

Actiones & circulationes cœli, sunt eædem cum actionibus animæ. Aristotelis error.

Vsque adeò quidem motus etiam, tàm hominum quàm cæterorum animalium primum Solis iter sequuntur. Sole siquidem oriente surgere progrediuntur, & ascendente cursu addunt, ac, tanquam motus absente duce quiescunt ad exitum illius iterum exituri. Post lunam autem & solem stellarum, tunc omnium quidem effectus certi, præter quòd vulgo non adeò sunt vti luminarium virtutes approbati.

Demùm posset aliquibus, vt dicunt, rationibus persuaderi, hominum dico ligationes naturali via euenire posse, licet causa sit occulta. Homo enim ipse ab antiquis microcosmus est appellatus, quasi maiori similis mundo. Ex qua quidem Albertus similitudine intulit, distantias duorum extremorum digitorum, & à planta pedis ad verticem concordare. Natura enim cui commoditas in omnibus, quàm maxima cœlo cuncta comprehensuro figuram impreßit sphæricam. Et idem quod in homine dicitur, diuiso homine per duas lineas orthogonaliter se secantes,

Naturaliter ligationes causari.

In Microcosmo æquè miracula abundant, ac in Macrocosmo.

secantes, sentiendum erit de maiori mundo. Nam omnes lineas à centro circuli ad circumferentiam ductas æquales esse necesse est. Quis autem mentis sanæ maiorem mundum esse mirabilibus plenum negabit? Cur ergo totidem vel saltem aliquorum mirabilium pluralitatem non continebit homo ipse, qui suprà minor mundus dictus est.

Homo est omnium naturalium finis.

Patet contra. Nam in Euangelio dicitur, Prædicate Euangelium omni creaturæ, id est, homini cum omnibus conuenienti. Est autem homo omnium naturalium finis, 2. physi. Sunt & omnia propter ipsum, vt cunctis Dominum imponat, secundum quod in Geneseos volumine continetur. Habent etiam naturalia insitam naturalem obedientiam erga ipsum.

Quare dixit Aristoteles solem & hominem ad hominis concurrere generationem? nisi quia superiora infimis præsint (hominis natiuitatum & interemptionum) contracta?

Quid demùm est, quia dixit, tempora pluuiosa prodesse piscibus, auibusq́ obesse? nisi quia secundum auræ diuersitatem, & inferiora variari necessarium infert argumentum.

Quæ autem huius auræ diuersitatis causa, nisi hæc, quam Arist. in lib. meteororum aßignat, dicens: Quia necesse erat, hunc mundum inferiorem in quatuor elementa, continuis superiori subijci lationibus, vt ferè tota eius virtus inde gubernetur.

Præterea in quolibet ordine essentiali, destructo primo, destruitur omne posterius, 2. metaphy. Motus autem

autem cœli est simpliciter primus. 8. physicorum. Ergo motus qui est sanitatis ad ægritudinem, est à cœlo, aliàs esse non posset.

Postremò verò diximus, omne mixtum esse corruptibile, ergo destructiuum principium in natura reperiri continens est. Hoc enim est quod voluit Scotus lib. 4. dist. 49. q. 11. non est dare in natura potentiam passiuam, cui non correspondeat actiua in natura. Cum alterum contrariorum fuerit naturale, & reliquum necessariò erit naturale, ex de cœlo & mundo. Materia equidem contrariorum eadem est, vt habet Commentator.

Patet secundò, timet enim omnis mundi species aliquod horribile & destructiuum, habetque aliquod confortans & lætificans per propriam naturam. Sic omnis ouis lupum timet, quem non solùm viuum, sed & mortuum, instinctu naturæ visu & gustu cognoscit, lepus canem, catus murem, & omnia quadrupedia leonem, omnia volatilia aquilā, finaliter omnia animantia hominem. Vult ergo hæc opinio hominum ligationes naturali vi euenire posse, cœlum tamen coadiuuantem æstimat causam, inuenitque rerum huius mundi concursus esse secundum stellarum coitus: & gaudium & victoria & tristitia pendet exinde, & per illud iudicatur tanquam per causam.

Johannes Wörnher. *Contra hanc opinionem, dilecte Thoma, quam Astrologorum suspicor, dicentium, ligationis effectum esse à forma cœli, quam contrahit quisque hora suæ natiuitatis, seu interemptionis,*

videtur absurda. Nam vt habemus 26. q. 2. lo. textus de superstitiosis. Dicit enim, neque ab hoc genere superstitionis (de quo in textu) segregandi sunt, qui olim Genethliaci, propter naturalium considerationes dierum, nunc autem Mathematici vocantur. Nam & ipsi, quamuis veram stellarum positionem, cum quisque nascitur, consequuntur, & aliquando peruestigant, tamen quod vel inde conantur actiones nostras, vel actionum euentus prædicere, nimis errant. Cuius igitur artis scientia vsque ad Christum fuit concessa, vt Christo edito, nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretaretur. 26. quæstione 3.

Cõtra Genethliacos.

Astrologia iudiciaria ad Christi aduentum vsque solùm debuit valere.

Quod demùm infertur, quia planetis in singulis membris specialis esset potestas, & ita ad singularissima procedere, satis à Ptolemæo nostro æstimo redargutum. Dicit enim, non debet Astrologus dicere rem particulariter, sed vniuersaliter. Singularium etiam non esse scientiam Aristoteles approbauit. Finaliter conclusit, omnia iudicari per cœlum, vti per causam quod apertißimè claret falsum, in glossa 26. q. 5. Non liceat.

Astrologi vniuersaliter non particulariter debent loqui.

Singularium nõ est scientia.

Illud autem quod arguit, motum cœli simpliciter esse primum, secundum Theologos, fortè non concluderet, cùm dicat Scotus lib. 4. dist. 48. Primitatem motus cœlestis ad alios motus non esse primitatem causæ, vel alicuius à quo dependet essentialiter, sed tantũmodo eiusdem perfectionis in quibusdã conditionibus motus, quæ sunt irregularitas & velocitas.

Patet

Patet enim, quòd eſſentialiter non dependet actio corporis cœleſtis in aliquod inferius, ex motu illius corporis. Quia ſecundum Philoſo. 2. de generatione nihil facit latio ad generationem, niſi quia adducit generans: ergo ſi ſine illo motu generans eſſet æquè approximatum, æquè ageret. Tum quia falſum eſt, quod Aſtrologi fingunt: dicentes, ſuperiora in inferiora agere: cùm ſuprà ſit dictum, aliqua eſſe, ad quæ cœli actiuitas pertingere non valeat. Præterea intellectus vniuerſalium eſt ſenſus ſingularium. Ad opera autem cœlica ſenſus iudicio deuentum extitit, ergo de ipſis ſcientia non eſt: tùm quia ſingularia, tum etiam, quia aliter ſe habere poſſunt, & de contingentibus eſt Aſtrologia. De contingentibus determinata veritas non eſt.

Ad quædã vires aſtrorũ nõ penetrant.

Aſtrologia eſt de contingẽtibus.

Inſuper arguitur Aſtrologiæ officium ſuperuacuum & inane, quia res pertinguntur per experimenta, & minus quàm poteſt percipi rei veritas experimentatiuè eſt, dum bis in vno eſſe iuuenitur. Sed hoc in planetis eſt impoſſibile. Planeta enim cùm fuerit in aliquo loco, ex ſignis cæteriq; Planetæ aſpicientes ipſum, vel ei coniuncti ad conſimile eſſe non reuertuntur, niſi poſt multa millia annorum, ad cuius temporis quantitatem nunquam humana vita ſuffecit. Quomodo eſt ergo poſſibile homini, vt bis aut ſæpius in eodem eſſe plurimas reperiat, quatenus ex eorum reditu probet quid ſignificent.

Demùm rariſſimè in ſuis doctrinis Aſtrologi reperiuntur concordes, & cæteris ſemper ſunt magis egẽtes.

Aſtrologi cæteris magis ſunt egentes.

Quid plura referam? Stante cœlo, si applicetur ignis stuppæ, & dicas non posse comburi, error est, & hic articulus est Parisiensis: ergo multæ actiones, quarum causa cœlum dici non potest, de quibus dubium non est. Quid ergo de illo actu Pythonico dicemus, in quo maxima occurrit difficultas, non apparentia dico tam sensui quàm intellectui?

Articulos Parisienses allegat, quid habentur de verbo ad verbum in Dæmonomania Bodini inserti.

Thomas Murner. *Generose domine, licet multa in medium duxeris argumenta, falsitatem opinionis Astrologorum probantia, fortè & quia non falsa, non est enim credibile, antiquos Patres & Philosophos, à quibus omnis scientiæ fons & origo processit, rem tantæ falsitatis posuisse. Sed quia de hoc specialem tuæ dominationi tractatum edidi, puta, de reuolutionum veritate falsitateq́ue nuncupatum, iam curæ non est tuas rationes reddere solubiles, quomodo in eodem tractatu solutæ sunt.*

Tractat is Murneri de reuolutionum veritate & falsitate.

Attamen quia tibi nec hæc placet opinio, inueni tertiam, quæ est Alberti Magni, dicentis, ligationum causam animam ipsam, seu consensum ipsius, siue quod idem est, voluntatem, non vt liberam, sed ad effectum declinantem desideratæ rei. Fundatq́ue se in dicto Auicennæ, sexto naturalium dicentis: Quia hominum animæ inesset virtus quædã res externas immutandi: alia autem entia obediunt ei, quando ipsa fertur in magnum amoris excessum, aut odij, atq́ue id generis. Concluditq́ue quòd cum anima alicuius ligat res, atq́ue alterat ad idem quod vult.

Ligationum causam esse voluntatem hominis.

Dicitq́ue Albertus, se inuenisse quòd anima affecta

est

est radix maxima omnium harum rerum: Quod & Theologi nostri affirmantes, dicunt: quod si his fides non tribuatur, nequaquam ligationis alicuius sequetur effectus: cuius causam aßignant meritum paßionis Iesu Christi Domini nostri, ob quod data est potestas Christicolis calcandi serpentes malignos.

Theologorũ sententia de ligationibus.

Diceres autem, quia opinio prima dixit, Diabolum nil posse efficere sine hominis voluntate, quare Diaboli sequitur nocumentum voluntate ligantis & non ligati: ego bonus, cur alterius mihi mala oberit voluntas, dicemus alibi: Nec vult tantùm Albertus, hanc animæ affectionem solam huius rei causam asserere, sed subdit, siue propter grandem affectionem alteret corpus suum, & alia quæ intendit, siue propter dignitatem obediant ei res aliæ viliores, seu cum tali affectione exterminata concurrat hora conueniens, aut ordo cœlestis, aut alia virtus, quæ quamuis faciat, putauimus tamen animam facere.

Iam publicum ac verificatum est, quod ligationes hominum, incãtationes, ad iram promotiones, odium, amicitiam, detrimentum, & gaudium sunt ad grandes affectiones consequentes. Et tu vides, quòd secundum naturam vulgus abhorret maledictiones, & vetularum blasphemias, tanquam in eis sit virtus, aut saltem cum eis aliqua mali virtus annexa. Natura autem nihil facit frustra. Nec fugitur aliquid naturaliter, nisi virtute naturalis desiderij vel amoris timorisq; ad aliud, vt habet Scotus libr. 4. dist. 4[illegible]. q. 2. argumento primo.

Johannes Wörnher. *Contra hanc opinionem, quæ est Alberti, graue est arguere. Est etenim intricata, & nimium disiunctiua. Dicit primò virtutem aliquam animæ ligationum causam. Secundò, quòd grandis sequatur rei petitæ affectio. Tertiò, quia propter magnam dignitatem obediunt ei res aliæ viliores. Quartò, quia hora concurrit fortè conueniens aut ordo cœlestis. Quintò dicit, aut alia virtus, quam non nominat, quam & ligationes facere assentit: Ne autem habeatur suspectus, dicit illud animam facere, ne fortè, quia voluit cœlum posse agere in aliquod naturale, sit A. & quia tunc sciens talem effectum in ipso A. ligare potest. Hanc æstimo eius mentem, si saltem scientis concurrat grandis affectio, & hora conueniens, habent enim omnia tempora sua: Contra Iuristas, qui dicunt, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi fieri debere, in omni tempore indifferenter, per quod reprobare intendunt electiones. Glossa autem supra memorata 26. quæstio. 5. Non liceat, dicit, nil reprobari, nisi necessitatis impositionem. Vult ergò Albertus aliquid naturale inueniri posse ligationis causam. Sed quia illud mihi ignotum, temerario ausu rem incognitam non condemno.*

Iureconsulti reprehenduntur ob benedictiones.

Thomas Murner. *Occurrit & hoc loco antiquorum nostrorum mens & sententia. Opinabantur enim hunc ligationis effectum, cum omnibus alijs mundi mirabilibus, à qualitatibus procedere, scilicet calido, frigido, humido, sicco, tanquam à radice,*

Qualitatũ diuersitatẽ causam esse ligationum.

secun-

ſecundum quod habemus in quarto meteororum. Dixitq́; maior pars philoſophorum & medicorum, quòd eorum admixtio ad omne mirabile neceſſaria eſt, hanc igitur defendere cupientes viam, negare non præſumant omnia mirabilibus plena: quia ex eiſdem qualitatibus omne ens mundi (dempta quinta eſſentia) terminus componi in calido & humido proportionatis conſeruari, in conſumptione humidi à calido deſtrui: vt habet Ariſtoteles in lib. de longi. & bre. vitæ. Vnde hîc quidam lætus propter excreſcentem choleram, & in factis repentinus, hic inuidus melancholicus, iſte monoculus, is hermaphrodita, alter contractus. Quæ vnde ſunt, niſi complexionum ratione, & qualitatum cauſa? Concludunt igitur, ligationes cum alijs mundi mirabilibus eſſe à qualitatum primarum diuerſitate.

Johannes Wörnher. Sed & contra hanc opinionem, quæ qualitatum diuerſitatem ligationis cauſam aßignat, poſſet argui. Quia non eſſet ſufficiens: Non enim quietabitur mens noſtra: Dicunt enim ligatum ſuæ paßionis maioramentum minoramentumq́; ſumere, & ex earundem qualitatum primarum proportione: imò & quia ligatio ex vnius qualitatis deſtructione, ſeu vnius per alteram principatu ducatuque conſiſtat affirmant. Quare quæritur, quæ huiuſmodi qualitatum diuerſitatis cauſa, quod tamen infert, quæ multarum & diuerſarum complexionum ratio, nec dabitur altera, niſi diuerſus vagarum ſtabiliumque ſtellarum coitus. Et ſic hæc

 opinio,

opinio, hanc quam Astrologi sectabantur, vt præsupponant, necessarium infert argumentum, quare diminuta.

Thomas Murner. Offertur & hîc vltimo loco, alia antiquorum nostrorum opinio, ponentium litem & amicitiam ligationum causam, non hanc, quam à qualitatibus euenire senserunt, sed quæ à natura inesse apparet. Litem in qualitatum disproportionem, siue disconuenientiam, Amicitiam autem aliquarum proportionem & concordiam. Et si isto modo hæc opinio amicitiam & litem ligationum poneret causam, necesse erat cum illa coincidere, quæ dixit, qualitates esse causam. Sed non sic, sed eam, quæ à natura inest, intellexerunt. Nam vt antehac diximus, Omne mundi ens in natura habet aliquid inimicum & destructiuum, cùm omne tale ex materia compositum constat, quæ est destructionis causa, cui annexa est priuatio, vt habet Aristoteles: secundum quod diximus de oue & lupo, & alijs.

Litem & amicitiam, quæ à natura rebus insunt, causas esse ligationum.

Omne Mundi ens habet aliquid inimicum.

Johannes Wörnher. Sed nec illa opinio, amantissime Præceptor, quæ ligationum causam assignat, litem dicit, & amicitiam. Nam huiusmodi pacem, bellumquè, duplici via euenire dixisti. A qualitatibus primò. Secundò à natura. De primo tamen modo opinio non intellexit, sed de secundo, quæ scilicet à propria inesset natura: quod fieri nequit: quoniam sicut prius, ita & iam quæri posset, quænam diuersarum ratio naturarum, alia non nisi hæc, quam

assi-

aſſignat Albumazar, lib. 1. ſui maioris introductorij dicens:

Omne indiuiduum ab alio quocunq; differre, conſtareq; tribus his principijs, proprietatibus ſcilicet formæ, materiæ, & ſiderum effectu. De materia & forma in phyſicalibus noſtris ſatis arbitramur ſcriptum, ſed ſecundum effectum ſiderum aduenientia Platonica comprobemus autoritate (volo dicere) quia idem effectus vt ſpecierum diſtinctionis cauſa exiſtat. Quia nihil eſt, cuius ortum legitima cauſa & ratio non præcedat. Nec præter hoc in inferiori mundi parte quicquam, quod cauſæ locum obtineat, ſuperſtes, id cœleſtem potentiam conſequi neceſſe eſt, id autem eſt, vt generis à genere, ſpeciei à ſpecie, indiuidui ab indiuiduo, diuiſio & diſtantia, vt animæ corporíſque harmonia, aliáque accidentia innumera, vt ſexus, diſcretio formæ & habitudinis, decor vel turpitudo, ſtaturæ inæqualitas, varij colores, diuerſi mores, atque id genus. Quare ſicut diximus, & hæc opinio cum alia, vt Aſtrologicam præſupponat, eſſet neceſſarium, & ideò inſufficiens.

Nihil eſt, cuius ortum nõ præcedat legitima cauſa.

Caſpar de Mörſperg. Sufficientes Thoma nobis induxiſti opiniones, huius effectus occulti cauſam aſſignantes. Liceret & omnes approbare: Tùm, quia prima fundamentum ſumpſit ex infallibili Theologia. Secunda ex Aſtrologia, quam tolerat Eccleſia. Tertia autem, quæ eſt Alberti, apparet vero conſona: qualis enim ipſe in naturalibus fuerit

inue-

inuestigationibus, non æstimo quenquã latere. Quarta se fundat in 4. Meteor. Quinta aliàs est circa naturam. Ne *autem aliquid concludatur, quod à veritate deuiaret, aut cæteris displicere posset, quæ* Theologica *opinione melior, profectò nescio aliquam, tùm quia* Deus *omnibus prouidet, vt vult.*

Johannes Wörnher. *Absit à nobis aliquid temerario ausu concludere, sed disputatiuè illud facere non probibemur, nec contra omnes opiniones positas argumentatus sum, eas falsas dicendo: sed quia non placuit, vt vnica sola sufficientem ligationis causam narraret. Quare saluo meliori iudicio, dico causas opinionum subordinatas: nec audeo dicere essentialiter: quia suprà patuit oppositum, licet secundum philosophos forte illud non esset.*

Prima igitur causa Deus *ipse, cum vniuersaliter sit in causando. Secunda cœlum, alicui rei quod suprà dictum est, aut virtutem contractiuam influens suo motu, lumine aut influentia. Quod autem virtualiter agens, qualitates diuersas inducit disproportionatas, & huic impedimento conuenientes. Quæ demùm infirmitas complexionum fortitudine debilitat, vel naturaliter augmentatur, minuitur vni magis, alteri redditur onerosa.* Tamen *vt dictum est, diuersarum complexionum ratio qualitas est.* Tibi *autem, amantißime* Præceptor, *quia meorum dubiorum vincula enodasti, quas valeo & possum immortales refero & innumeras gratiarum actiones, me per totius vitæ meæ cursum ad tua semper vota offe-*

offerens promptißimum. Vale fœlix per tempora multa.

Thomas Murner. *Malè opinantes in principio, posteris benè putandi vestigia relinquunt. Tu igitur generose domine, singulare refugium, hunc tractatum velis (oro) suscipere, animo eo quo datus est. Mihi, inquam, sufficit alijs subtilius speculandi viam præbuisse. Absit, obsecro, omnis suspicio fallax. Nec his, vt dixit Aristo. tantum gratiarum actiones referre tenemur, quorum apud nos veridica scripta tenentur, sed & erroneis & falsis scriptoribus: aliquid namq; conferunt: habitum etenim nostrum præexercitati sunt. Et ego cùm nihil vtilitatis conscripserim, iuuentuti precor faueas. Vale, & me, vt soles, cōmendatum habeto. Ex vniuersitate Friburgensi. Sole in 22. gradu libræ gradiente.*

Propositiones ineptarū opinionū, causæ sunt doctarū Resolutionū.

Etiam falsis scriptoribus gratiæ habendæ.

M. CD. XCIX.

F I N I S.



FOELICIS MALLEOLI, V. I. DOCTORIS, CANtoris Thuricensis, & Præpositi Salodonensis,

TRACTATVS I. DE EXORcismis.



Væstionem nuper motam in voce exultationis, inter epulantes in mẽsa domini resonantem, soluere volentes, & casum taliter exponentes: Quidam rusticus habuit vaccam, in gutture quadam paßione contritam, qui post antiquorum consultationem talem, vel in effectu similem fecit exorcismi benedictionem, in suo vulgari sic sonantem: Ob das sey / daß Maria Magd oder Jungfrauw / ein Kind Jesum gebahr / so komme diesem Thier das Blatt ab / im Namen deß Vatters. ꝛc.

Occasio sequẽtis scripti Tractatus.

Latinè sonat: Si S. Maria virgo peperit Christum reuera, liberetur in fidem eius hoc animal hac passione, in nomine, &c.

Et ex hoc themate possunt formari sex quæstiones. Primò, vtrùm curam de animalibus habere teneamur. Secundò vtrùm defectus aut dolores ipsorum in nomine Domini licitè tolli & sanari petamus. Tertiò, an benedictionibus aut maledictionibus ad animalia bruta, vel ad rem inanimatam vti valeamus. Quartò, an omnes carminationes benedictionum vel maledictionum sint generaliter prohibendæ. Quintò, an

an propter rigmos carminis vel versificationes, carminationes sint detestandæ. Sextò, an propter gestus aut mores carminantium actus ipsorum sit detestandus.

Curam adhibendam esse animalibus.

Domine Deus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra, minuisti hominem paulò minus ab Angelis, omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersos, insuper & pecora campi: videlicet equos & mulos, camelos & asinos, capras & hircos, vt ipsorum ministerio humanæ fragilitatis releuetur oportunitas, & ipsorum obsequio refocilletur ipsius humanitatis necessitas. Et videmus in experientia, quòd sine talium & aliorum animalium domesticorum suffragio subsistere non potest totius humanitatis conditio: & igitur Dominus dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Et dixit Matth. 12. Quis ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc Sabbatho in foueam, nónne tenebit & leuabit eam? Et Luc. 14. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadit: & non continuò extrahit illum die Sabbathi. Et nunquid de bobus cura est Deo? 1. Corinth. 9. Et nónne duo passeres asse væneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Matth. 10. Et Dominus in arca Noë fecit concludi animalia bruta, & conseruari in loco singulari. Vnde dixit Bernhardus in epistola ad Raymundum militem: Habeas curam de animalibus tuis, quia sitiunt & esuriunt, & petere non nouerunt. Nam oculus Domini impinguat equum: ac si dicerem,

Quomodo oculo Domini equus pinguescat: & planta pedis Domini ager fructificet.

rem, propter solitæ visitationis officium. Et hæc quantum ad primam quæstionem motam de cura animalium habenda, dicta sufficiant.

An morbis iumentorum, aliorúmue animalium in nomine Domini sit medendũ.

Ad secundam quæstionem, vtrùm defectus aut dolores animalium brutorum in nomine Domini licitè tolli petamus: sic proceditur, & videtur quòd sic. Nam pietatis affectione motus S. Hieronymus, euulsit sentem, id est, spinam de pede leonis, ad habitationem suam venientis, & facta cruce benedictionis in nomine Domini nostri Iesu Christi leonem sanauit. Sic sanctus Eulogius pedem equi confractum in nomine Domini nostri Iesu Christi restaurauit. Sanctusque Germanus, Episcopus in curia regis Britanniæ, asinum suum mortuum resuscitauit. Beatus AEgidius ceruam à venatoribus insecutam defendit, & sagittam in manum suam suscepit, & vulnus suum benedictione facta sanauit. Et sic videtur, animalium curã cum benedictione frequenter fuisse factam: Et meritò, quia Christus animalium vsus est ministerio, videlicet asino in Aegyptum cum matre & suo nutritio: & in die Palmarum vsus est eiusdem iumenti obsequio. Matth. 21. cap.

S. Hiero. Leonem spina liberat.

Hinc etiamnũ habetur custos equorum.

S. Germanus resuscitat asinũ à mortuis.

San. Aegidius ceruam vulneratam curat.

An maledictionibus vtẽdum procuratione animantium.

Ad tertiam quæstionem: An videlicet benedictionibus aut maledictionibus ad rem inanimatam, & animalia bruta vti valeamus, sic proceditur: Cognito vno oppositorum cognoscitur & reliquum. Nam quòd Dominus & eius electi benedixerint hominibus, nulli est dubium, & similiter quòd maledixerit hominibus, patet in sua & omnibus mulieribus cum

dolore parturientibus: Geneseos 3. Item de brutis patet in serpente: ibidem. Et ad rem inanimatam maledictione vsus est, vt patet in ficulnea. Vnde S. Vuilhelmus Lausannensis Episcopus ab anguillis læsus maledixit, & relegauit omnes anguillas Lacus magni Lausannensis: prout hodie ab isto lacu & ab omnibus fluminibus, istum lacum intrantibus, sunt expulsæ.

S. Vuilhelmus Lausannensis Episc. anguillas lacus suæ Diœceseos coniurat & relegat.

Et consequenter pro nunc modernus Episcopus Lausannensis, contra sanguissugas in diebus nostris pisces maiores, & præsertim salmones, mirabiliter inficientes, lætaliter quoque pungentes, & ad littus aquarum propellentes, exorcismi dictamina de sacris scripturis collecta dictari fecit, & per certa dierum interstitia publicari, & ad effugandum & repellendum huiusmodi bestiolas multipliciter profecit.

Coniuratio cõtra infestos hominibus salmones in Lausannenses.

Vnde temporibus nostris videtur compertum circa vnum genus Vermium multum nociuorũ: qui vulgariter dicuntur Juger: *& habent certum nomẽ in latino nostro per Isidorum Etymolog. de brutis & vespis conscriptum. Hi vermiculi sunt ad longitudinem vnius medij digiti, vel in magnitudine vnius mulieris minoris digiti, & albi, sed capite nigri, ad modũ cerdonis, pedibus sex, apud rurales notissimi: hi tẽpore hyemali terram intrant, & mox infra radices graminum siue cespitũ, & supra terram solidam habitant: & fundamenta graminum siue cespitum cum herbis eneruãt: & lethaliter quòd ista loca cõmuniter tẽpore vernali marcescunt, & penitus vilescunt: & sic similiter agris vicinis nocebunt: & iterum tempore æstiuali pennas*

Juger / genus vermiũ proscriptum.

& alas resumunt, & arboribus inhærent, & folia & fructus consumunt, & tunc dicuntur vulgariter Laubkäfer.

Laubkäfer.

Nunc ad propositum: audiamus quid in Diœcesi Curiensi sit peractum, vbi hæc animalia terribilia fecerunt damna. Nam incolæ istius terræ hæc animalia per tria edicta citari fecerunt ad iudicium prouinciale, & seruatis propriè cunctis iudicij terminis & figuris, aßignantes ipsis Procuratores & Aduocatos, & solenniter contra eos procedentes, finaliter per Iudicem fuit sententialiter conclusum: ex quo fuerint Dei creatura: & pertinenter quæsierunt sua alimenta, & ne suo defraudarentur cibo, ipsis vnam regionem desertam & nemorosam constituit, quod ibidem remanerent, & alias terras ibidem vicinas non occuparent mandauit, & ita factum est vsque in diem præsentem.

Cōtra vermes (nuncupatos Laubkäfer) proceditur iudicialiter.

Simile dicitur de alio loco in Diœcesi Constantiensi constituto: & ideo non miremur: Nam constat, quòd animalia bruta prout rationabilia benedicuntur, & maledicuntur: Vnde plures mysteria Domini non perpendentes, aut penitus ignorantes, obloquendo dicto Domino Lausannensi, ipsiq; detrahentes, ex eo quòd vsus fuerit talis Exorcismi præloquio. Attamen omnes studij Heydelbergensis Doctores huiusmodi ritus videntes & legentes, consenserunt.

Doctores Academiæ Heydelbergensis approbant Exorcismos relegãtes animalia.

Ex prædictis patet, si placet, quòd excommunicationis, exbannitionis & exterminationis edictum conuenit & applicatur rebus inanimatis.

Nunc

Nunc redeamus ad propositum formæ huius Exorcismi, seu vulgaris benedictionis: Nam non dubitamus, quin per singulos dies & annos benedicimus escas præsentes, carnes & panes, vinum, & pisces, victui nostro de Diuinæ Maistatis prouidentia creatas & deputatas, vt ad vsum nostrum proficiant: & quare non carnes viuentes animalium benediceremus, vt ad nostrum profectum non deficiant? Nam oramus ex Ecclesiæ statutis, pro salute mentis & corporis: quæ salus persistere non potest sine talibus creaturis, & talis creatura sine alimentis.

Si carnes cōctas licet benedicere cur non etiam viuentes.

Vnde legimus in Ecclesia de sancto Blasio Martyre & Episcopo, quòd bestiæ siluestres ad eius conuenerunt benedictionem, & in illum finem suis vtebantur benedictionibus, vt saluarētur à bestijs crudelioribus. Item quædam mulier ipsum rogauit, vt sibi porcus redderetur à lupis abstractus: qui suis precibus sibi fuerat restitutus.

S. Blasius benedicit imbecilliores bestias contra crudeliores.

Lupus à S. Blasio cogitur reddere porcum.

Et scribitur Psalm. 144. Oculi omnium in te sperant, & tu das illorum escam illis in tempore oportuno: Aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione.

Et videmus per singulos dies, quòd illi qui Equos, aut Asinos, aut Porcos castrant, id est, testiculos eneruant, in nomine Domini inuocant magnum Sanctum Anthonium, vt suo præsidio præstet illis animalibus sanitatis auxilium.

Ad castrationē animantium inuocatur S. Anthonius.

Item sæpe videtur compertum, q̄ illi qui offendunt porcos, S. Antonio donatione fideli patēter applicatos,

Porci Anthōnij inuiolabiles & sagaciores alijs porcis.

fore punitos: Item videmus huiusmodi porcos campanella signatos, in domus priores nunquam reuertentes aut reuersuros, prout faciunt alij porci, qui fuerant ipsorum consodales.

Sunt autem quidam prædicantes præceptum Domini, & superstitionis vitium prosequentes, & puto quòd superstitionis effectum fundamentaliter nõ intelligant, & quòd in huiusmodi persecutionis prosecutione superstitionis crimen incurrant: sicut ille, qui in confeßionis scrutinio nimium curiosus plus quærit quàm deceat, aut confitens ex multiloquio, aut verbo ocioso, de quo reddenda est ratio, nimium excedat: & quòd ambo careant humilis & fructuosa confeßionis æterno præmio. Sic ad propositum, non intelligens superstitionis effectus, vt superstitionis crimen non incurrat, apud semetipsum nimium curiosus & sine libris & capite proprio procedat agitatus, diligenter caueat.

Non intelligens superstitiones sæpe se superstitionibus inuoluit.

Ad quartam nunc perueniamus quæstionem: An videlicet omnes carminationes benedictionum & maledictionum generaliter sint prohibendæ, de qua talem pono benedictionis aut exorcismi prolationẽ. Nam si quis habet equum preciosum quinquaginta vel centum florenorum, vermibus corrodentibus quasi moriturum, & si bonus homo sanat talem equum per modicum ordinem verborũ, in aures & latus, aut os equi sufflatorũ, quæ tamen verba, prout noui, nõ sunt contra fidei articulos aut aliâs contra bonos mores, non puto quòd ille exorcizans mortaliter peccauerit, qui talem

An omnes carminationes prohibendæ.

Insusurrationes curant iumenta.

talem equum generosum & hominem angustiatum, timens se, & suos damnificandum, liberat à damnis & pœnis expensarum.

Puto igitur quòd ille, qui tales vel sibi similes Exorcismos prædicat vitãdos, aut scribit dimittendos, fuerit tam pauper aut simplex religiosus, quòd nunquam habuerit equi seu asini dãnationis vsum. Nam Eunuchus, vel homo frigidus, aut aliâs impotens & maleficiatus, & non habens carnis stimulos, liuiter detestatur acerrimè fornicantes aut luxuriosè viuentes, cùm tamen de simplici fornicatione inter solutum & solutam, cùm sit de peccato minimo mortali: reddamus rationem. Nam Doctores ponunt certos actus indifferentes, qui nec sunt vitia vel virtutes: prout contingit inter plus vel nimis vigilantes vel dormientes.

Attamen hoc improbat Alexãder de Ales in Tractatu de superstitione.

Et credo, quòd ille qui liberat hominem & equum à tali periculo, quòd non sit purum indifferens: Sed sit inter promerentes & operum misericordiæ virtutes: sicut ille, qui hominem telo confixum certo carmine liberat, & sine dolore telum radicitus eneruat, & ille qui vulnus hominis recenter illatum bono carmine carminat: & taliter, quod vulnerato nil mali contingat: similiter oculos & alia corporis humani membra carminat & homines à dolore liberat. Nam dicit Apostolus: Omnia quæcunque facitis, in nomine domini nostri Iesu Christi facite. Colossenses tertio, & ille qui dicit omnia nullum casum vel actum (saltem bonum) excipit: & sic in sanandis hominibus vel pecoribus nullam distinctionem interposuit. Vnde

Carmine vulnera curantes.

dicit lex imperalis C. de maleficis. l. per: & Azo. ibidē in summa: & concordant Doctores canonum, & præsertim Archidiacon, quòd ille, qui arte sua repellit tēpestates per malam artem alterius, qui artificialiter Dæmonum adiutorio tempestates prouocauit, quòd ille repellens meretur.

Arte prohibita alterius, pellens tēpestates, in culpa est.

Sed modo vlterius procedendo ad casum thematis de vacca & rustico, qui vaccam sanauit, & fortassis per suum sacerdotem terribiles correctiones sustinuit. Nam videtur, quia taliter dixerit ipse rusticus. Sey das wahr / daß Maria ein Kind gebar / rc. *ac si diceret: iuxta quorundam opiniones: ego dubito quòd virgo genuerit, sed si est verum, fiat signum: Prout Diabolus dixit ad Christum: si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Sed aliter Doctores exponunt hanc dictionem SI in pluribus orationibus: vt hîc: si Deus est animus vt nobis carmina dicunt. Et ibidem hæc dictio SI ponitur pro quia: & erit bonus & Catholicus sensus: quia iste Catho fuit homo Christianissimus:*

Quasi dixisset: So je Maria gebar / rc.

Vocabuli SI energeia.

Catho fuit Catholicus.

Sic similiter scribitur Ezech. 20. vbi dicitur: si iudicas eos: & exponitur, quia ad te Domine pertinet iudicare. Sic in Psalmo 57. si verò vtique iusticiam loquimini, recte iudicare filij hominum: & hîc similiter ponitur pro quia: ac si diceret, quia vos filij hominum, &c. Vel si quis dixerit: si in inferno nulla est redemptio, O quam terribilis est illius recordatio. Et hæc omnia præmissa nihilominus firmiter credit, sed pro certo non poterit scire.

Vnde

Vnde videtur, quòd ille rusticus, qui taliter in simplicitatis suæ eloquio vsus est talis Exorcismi simplicis oraculo, à suis senioribus sæpe probato, non peccauerit, vt dicendo: quia firmiter credo verum esse quòd Maria virgo peperit. &c. Et sic se & paruulos suos de tanto damno liberauit.

Et si benè perpendo tunc hæc verba sumpta de sancto Euangelio Lucæ primo, quod dicit Christum natum de gloriosissima virgine Maria.

Sed ad huius quæstionis synceriorem determinationem vlterius procedamus.

Nam non dubitamus, quin inter Plebeiorum similiter & vulgarium tumultus sint infinitæ carminum seu carminantium, nec non Exorcismorum benedictiones & maledictiones: inter quas putamus plures fore multum superstitiosas, & ēt aliquas benè valentes: de quibus mentionem facit Frater Ioannes in Sum. titul. de Sortilegijs per certas quæstiones. Et reperimus per ipsum, & suas opiniones multū fore efficaces, & non oēs inanes, sed generaliter sine discretionis & distinctionis calculo simpliciter oēs probibendo.

Prout facit quidā Doctor de superstitionib. in certo tractatulo, superficialiter prout gallus per prunas loquendo, nō examinando singulorū formas aut verborū virtutes ponderando, qui reuera multis synceris hominibus nocet iniuriando. Sicut ille qui generaliter sine qualificatione dicit: oīb. debitorib. nostris dimittēdū, hoc ē, iniurias et dāna et molestias ptinaciter inferētib forē simpliciter & de plūno parcendū, iuxta orationis

Prorsus defensorem agit superstitionum.

Dominicæ decretum, hic mentitur: quia aliâs iniuriam passo salubrius datur remediū, ne damnificator de sua malitia tanto leuius reportet commodum: prout Doctores Theologicæ veritatis, & Canonici iuris scribunt virtutis salutare remedium. Et præsertim inter alios eximius ille Vuilhelmus Durandi, qui composuit Iuris speculum & librum qui dicitur Rationale Diuinorum*: & ibidē de officio missæ, & in orationis Dominicæ clara declaratione, & ibidem vel alibi poteris videre.*

Durandi speculum & rationale laudatur.

Sic similiter de vsuris generalem faciens prohibitionis detestationem, errat: cùm in multis casibus vsurarum contractus videatur permissus: vt videtur per Hostiensem & Goffredum eodem titulo in suis summarum collationibus.

Item qui dicunt indifferenter, omnes Dæmonū inuocatores & ipsorū ministerio fungentes, fore criminalis peccati damnabiles: hi errant corde, non præsiderantes, quòd sanctus Theodorus Sedunensis Episcopus, vnam magnam Campanam sibi per summum Pōtificem, videlicet Leonem Papam liberaliter donatā, de vrbe Romana vsq; ad Sedunensis Ecclesiæ loca portari fecerat simpliciter per dæmoniorū obsequia. Et quare non sic viri Catholici proficerent, vt ipsis obedirent Dæmonia. Nam & Exorcistæ restringunt Diabolos, vt exeant corpora possessa. Sic ad propositum, superstitionis excessum tam generaliter & indifferenter prædicans sub pœna mortalis peccati fore detestandū, & nimium curiosus, virtutem vocabuli non perscrutando:

S. Theodorus Episcopus Sedunensis campanam Roma opera Dæmonum in Alpes Helueticas curat transferri.

tando: prout per sanctum Thomam & alios Doctores videtur subtiliter diffinitum, se cum superstitionis persecutione damnat in infernum.

Ad quintam, qua notatur, an propter Rigmos carminis vel versificationis carminationes sint detestandæ: videtur dicendum, quòd etsi sint plures audenter prædicantes, Exorcismorũ Rigmos, vel metrorum Hexametrorum, vel Pentametrorum, aut Lyricorum, aliâs Odarum vsus fore detestandos: tales minimè perpendunt, quòd sancta Ecclesia in Hymnorum & Canticorum dictaminibus frequenter recipit huiusmodi dictaminũ modos: vt in primo Hymno: Conditor alme syderum, & cætera, vsq; in finem: & quasi per omnes Hymnos est certorum pedum, passuum & syllabarum determinatus numerus: & per octo syllabas Nobilium & Rusticorum videntur curizandi, taxari passus. Vnde generaliter omnia carmina Metricè vel Rigmaticè dictata leuius memoriter mentibus humanis videntur incorporata, sed prosa simplex & priuata scriptura tardius concernitur repetenda.

Rhithmi in carminationibus an suspecti de superstitione habẽdi.

Saltationes intelligit.

Rhithmica facilius memoriæ mandantur.

Ad sextam quæstionem, qua cauetur, an propter aliquos gestus, ritus, & mores carminantium, actus ipsorum sit detestandus. Quia quidam in suorum carminum prolationibus habent diuersos & aduersos morum, tactuum, & gestorum ritus, & apparatus.

An propter ritus incantantium, prohibitæ sint incantationes.

Dico quòd Christus illuminando cæcum à natiuitate, non simpliciter verbo processit, prout cum aliis infirmorum corporibus: nam loca oculorum tetigit,

Exemplo Christi luto cæci oculos liniẽtis probat ritus incantatorũ.

lutum de terra & sputo confecit : & consequenter ipsum liniuit: & postea ad natatoria siloe transmisit, & vt se lauaret pertinenter commisit: quibus omnibus perfectis, cæcus illuminatus fuit: Sed dum leprosum sanauit: simpliciter imperando dixit: Mundare, & hic taliter sanatus recessit.

Item sanctus Marcus Euangelista sanando sutorem in manu sinistra læsum, expuens in terram: & de sputo & terra faciens compagationem, vnxit manum sutoris læsam in nomine domini Iesu Christi cum crucis signo: & ipsum sanauit,

Et sanctus Hieronymus prædictus similiter per signum crucis in nomine crucifixi leonis pedem restaurauit. Item Propheta Helizeus. sanando puerum vidua Sareptæ, mirabiles fecit ritus, apparatus & gestus, antequam puer fuit resuscitatus.

Ex Elisæi mirabilibus gestibus.

Vnde nec Christum, nec alios sanctos viros, in suis apparatibus, gestibus & moribus tam pertinaciter arguamus: Cum ipsius scilicet Christi actio sit nostra instructio: & consequenter aliorum Christi fidelium, si quos fecerint signorum apparatus, non tam arroganter corrigamus,

Perpende desuper, quot ritus, tactus & mores exercent presbyteri in paruulis baptizandis, qui in primitiua Ecclesia fuissent exorbitantes. Nam baptizabant in nomine Christi, & omnes fuerunt gratia spiritus sancti muniti.

Ritus qui hodie in Baptismo adhibentur, in primitiua Ecclesia fuissent exorbitantes.

Vnde legitur & notatur in capitul. estote: de re iudicat. quòd in his in quib. dubitamus, quo animo fiant, vi-

aut, nisi ex natura sint mala, hæc in meliorem partem sint interpretãda. Sic interdum excusatur mendacium, prout contingebat in Aegypto, tempore Pharaonis de mendacio obstetricum, & reputatur à quibusdam opus meritorium. Prout etiam ille excusatur, qui hominem abscondit à latronibus aut raptoribus quæsitum, licet strictio iure dicatur, quòd pro nullo bono malum sit faciendum. Sed econtrà dicitur, quòd inter duo mala minus malum est eliciendum aut eligendum.

Et igitur mihi simpliciano, prout libris necessarijs orbato & incarcerato (saluo tamen semper saniori consilio) videtur, quòd carminantes & verbis contra fidem Catholicam aut Iuris dispositionem non proferentes, sed simpliciter & de plano ad saluãdum creaturas omnipotentis animatas aut inanimatas: prout rusticus in themate conscriptus simpliciter processit, & quòd idem nõ peccauerit, sed potius meruerit, quòd se & suos pauperculos, quorum curam iure Diuino & humano naturaliter gessit, de magnis damnis & penuria releuauit. Author hunc Tractatum in captiuitate sua scripsit.

Vnde iura permittunt, ne pereat fructus in terra nostra miseratione Diuina diffusus (si necessitas imminet) quòd in die festo colligatur, defalcetur & habitaculis fideliter reponatur. Quòd aliàs sine necessitate tanquam mortale peccatum non conceditur. Casus, quo et die festo licet defalcare frumenta.

Qualem igitur putas esse imminentem & vrgentem

vrgentem necessitatem, dum pro pauperibus infantulis, fame lamentabiliter eiulantibus, refocillatur animal tam magni profectus & comparationis tantæ. Sicut si pro principe equus restauretur generosus, aut mula Cardinalis vnius magni potentatus: & talis restauratio fit per tam facilis & leuis sine læsione fidei, benedictionis & verborum ritus. Nouerant enim, quod sui progenitores taliter profecerunt.

Mula Cardinalis magni profectus.

Et fortassis est arcanum Dei, quòd sancti viri per reuelationem Diuinam perceperunt. Sicut olim per hoc verbum Ananizapta, reseruatum, tentum & portatum contra pestilentiam fideliter credentes securitatem perceperunt. Nam experienter videtur, & ab Ecclesia permittitur, quòd illi, qui per certas verborum formas serpentes tollunt, prout Apostoli fecerunt, & tangunt, & in medicinalibus refectionibus multipliciter deducunt, imò leprosos sanando nondum fundamẽtaliter infectos multum proficiunt: & ecce quòd illi, qui propriè talibus verborum exorcismis in eadem forma non vtitur, licet fortiora loquatur, nihil apud serpentes operantur.

Vocabulum Ananizaptæ præseruat à Peste: alij scribunt Ananesop: quod si legas vorsè, erit Germanicè Bösenana q. d. abigens malum.

Ecce gloriosus & mirabilis Deus in sanctis suis, hominibus cõcessit tale mysterium bonis similiter & criminosis. Et item ipse Deus cõuincitur, quòd filij sui sacratissimum corpus per bonum & malum sacerdotem, per certam & determinatã verborum formam & nõ aliam de summo cœlorum throno ad altaris mensam coaptatur: & per sacerdotem eiusdem tangitur & leuatur, idq; per manum mundam vel immundam. Vnde dicit

Deus etiam peruersis hominibus mysteria cõcedit.

Corpus Christi in Missa etiam immunda manu tangitur.

dicit Gregorius ꝙ miracula minora per maiora probantur. Vnde minus est miraculum, si per certam verborum formam, de Euangelica veritate sumptam, sanamus equū, mulam, vel vaccā à graui dolore sauciatam: quàm si per certam aliam formam extra Euangelicam veritatem: non tamen Euangelio aut Catholicæ fidei contrariam, contentam aut conscriptam. Minora miracula probantur per maiora.

TRACTATVS SECVNDVS EXORCISMORUM seu adiurationum Doctoris Fœlicis Mallcoli.



QVoniam Deus magnus, Dominus & rex magnus super omnes Deos, nouit quòd gentes, quæ quondam Deos coluerunt, meditati sunt inania: nihilominus tamen illo permittente perfecerunt grandis magnificentiæ mirabilia: prout narrat Valerius Maximus lib. 1. cap. vltimo: & Isidorus lib. Ethymol. 9. c. 11. de dijs gentium: & Virgilius optimus poëtarum ex quorum libris per mundi climata dispersis superstitionum diuersarum abusiones etiam Christi fideles receperunt: Permittuntur tamen & inhibentur libri tales legi iuxta materiarum & personarum dispositiones: vt plenè legitur & notatur 37. distin. in prin. & multis c. sec. Libri Magici prohibiti vel permissi, pro personarū vel materiarum qualitate.

Hinc clerici peritiores, et imperiti Ecclesiarum curati, & plures consequenter ad populum plerunq; speciales

ciales & generales propalarũt, doctrinãdo prohibitiones & accidiosa quadã corporis lassitudine scripturas scrutinio solerti scrutari scrutãtes defecerunt, & discretionis clari determinationis, præsertim in exorcismis, id est, in adiurationibus, & benedictionibus, & carminibus, & carminatoribus, & carminatricibus, & eorundem dictaminibus aromatum more minutim non triuerũt, sed sicut gallus per prunas superficialiter strepitauerũt. Prout hi, qui de vsurarum cõtractibus & eius differentijs rimari lassati, per libros studiosè certificari nolunt, & propterea generaliter omnis contractus cõmertium prohibere consueuerũt: & sub orationis Dominicæ prosa omnia debita debitoribus nostris dimitti contendunt: & hi errant corde.

Clericos taxat, per scripturas vt Gallus per prunas strepitantes.

Ponit autem Ioh. in sum. confes. lib. 1. tit. 11. q. 14. de carminibus, & carminatricibus, & carminatoribus de materiæ præsentis determinatione certam quæstionẽ: & allegat sanctum Thomam de Aquino venerabilem.

Sed iudicio mei Fœlicis, præpositi Solodorensis & cantoris Thuricensis Decretorum Doctoris multum inutilis (saluo saniori) apparet, quòd in tam magno generali nimiumq; frequentationis negotio, ad competentis saturitatis declarationem non processerit, & hoc propter maiorum superabundantiũ sibi continuò concurrentium, in grauioribus quæstionum materiarum decisionibus, tanquam pluribus attentus humaniter, sibi fuit minor ad singula sensus: prout legitur & notatur de hæret. Accusatus. §. de quæstio. lib. 6.

Vel fortassis pro tũc tales Exorcismi, adiurationes & car-

& carminationes nō prout modo fuerunt tam frequē-tes, & plerunq; Theologi nimias subtilitatis à iure non phibitæ cōculcarunt intricationis conuolutiones, pertusi sensus mei nubeculas turbulētius conglutinantes:

Vnde nuper casualiter perscrutando reperi quasdam scripturas per reuerendum in Christo Patrem & Dominum meum, Dominum Episcopum Lausannensem approbatas. Et insuper improuisò pridie legendo quandam collationis compilationem, quam in Heydelbergensi studio quondam comperi dictatam, & vt rebus mirabilibus fidem præbeant facta mirabiliora: vt dicit Gregorius in Homelia, igitur huius collationis mysterium prius expediamus, & hinc ad vlteriora procedamus.

Et ecce audi rem propriè gestam, quòd de anno Domini 1405. die sexta mensis Februarij quidam peritus frater Vuernherus, lector ordinis Augustinensis in aula Episcopi Spirensis, in oppido Heydelbergensi reuocauit octo Articulos tanquam erroneos per ipsum prædicatos: inter quos quartus de certis excorcismis erat talis in forma vulgari patenter Alemanico conceptus. Item der vierd/das segen zimlich vnd ohn sünde mög geschehen. *Et consequenter dixit formam vnius Exorcismi, qui talis fuit de vulneribus curādis.* Christus ward geborn / Christus ward verlorn/Christus ward gefunden/ der gesegnet dise Wunden/ Im Namen deß Vatters/ꝛc.

Res gesta.

Quidam Frater Heydelbergæ reuocat Articulos prædicatos de Adiuratiobus.

Exorcismus in vulnera.

Insuper retulit idem lector, quod in se & alijs hac vsus benedictione frequenter profecerit.

Hanc

Hanc igitur verborum prolationem ad mandatum domini Episcopi Spirensis, & peritorum studij Heydelbergensis, tanquam erroneam reuocauit, & se de cætero non prolatorū amplius promisit. Vnde causa non erroris aut diffidentiæ, sed informationis adipiscendæ, & non tantùm meæ pusillanimitatis, sed multorū cōmorātium in circuitu, qui tales vel similes, aut pares vel æquiualentes per singulos dies proferunt, & hominum languoribus, & etiam pecorum & animalium brutorum doloribus & infirmitatibus experienter subuenire consueuerunt.

Et ponamus quòd periti aut imperiti rationes huiusmodi curationum non possint allegare, experimentum tamē curationis & dolorum sublationis pro causa patenter possunt assignare: pro vt experienter vidi in hominibus & bestijs, tales (vt ita loquamur) adiurationes per prosas aut dictamina certorum verborum prolata proficere.

Nam Magister Rasis Almonsoris, monarcha in medicinis, in sua practica li. 9. in fine certas ponit morborum curas, quæ dicuntur & intitulantur experimenta Rasis Almonsoris, vbi scribit, se & alios multipliciter profecisse, nullam tamē causam aut rationem huiusmodi curationum nisi solam allegat experientiam, per magnos viros cum lucris ingentibus acquisitam. Vt dicimus, cōtra morsum canis rabidi pilos suos valere: vbi nulla ratio colligitur, nisi quòd vsus & experiētia patēter inducitur. Sic fit de morsu lætali scorpionis qui si mox super ictu cōteritur, venenum veneno subleuatur,

Lucra ex Adiurationibus.

Exemplum de pilis rabidi canis.

lenatur, & homo de morte liberatur de quo etiam infrà dicitur.

Sunt autem, qui in talibus carminũ dictaminibus multum Rigmos verborũ vulgarium de omnibus linguis despexerũt: Sed quid dicemus. Nam & sancti patres in scripturis sacris frequenter metris Hexametris & Pentametris, vt hic: Salue festa dies: & insuper Lyricis & Heroicis & Elegiacis, & Bucolicis & Rigmaticis vsi fuerunt, vt patet per omnes hymnos & plerasq; sequentias. Et Boëtius de consolatione vsus est omnium metrorum 1. Odis: & totum Psalterium apud Hebræos videtur metricum, vt dicit Isidorus Ethymo. li. 5. c. 11. Carminantur autem in omni lingua frequentius Odæ Rigmatice vel metra, vt ipsius materiæ progessus firmetur facilius & stabiletur in humanæ sagacitatis memoria: & ornatius, & floridius, & labilius, & limpidius ac facilius proferatur in omni prolatura.

Contra despectui habentes Rithmos Vulgares.

Cur Rithmice quæque libentius tradantur.

Sed nunc procedamus ad prædictorum verborum formam & conuertamus simpliciter in nostræ latinitatis nostræ prosæ Grammaticam. Nam dicit Augustinus super Math. & habetur de verb. signi. cap. Nihil obstat narrandi diuersitas vbi eadem dicuntur: Maximè cùm quilibet Euangelistarum eodem ordine credat dicere quo Deus voluit: hæc ibi: ac si diceret. Verba transposita idem significant; de cense. distin. 4. cap. 1. de rescript. causamq;.

Nihil obstat narrandi diuersitas vbi eadem dicuntur.

Verba transposita idem significant.

Igitur taliter transponamus, dicendo, Christus est natus, Christus est perditus, Christus est inuentus, & ille benedicat hoc vulnus in nomine Patris, &c. Nam

quod Christus natus est, patet. Matth. 1. & 2. & Luc. 2. quòd Christus perditus est per suos parentes, requisitus & inuentus est patet Luc. 2. Et sic patet, quod huiusmodi verba ex radicibus sanctorum Euangeliorum sunt extracta.

Nam hoc est quotidianum, quòd in Diuinis officijs pro salute mentis & corporis suppliciter rogamus Dominum. Vnde Petrus Apostolorum Princeps dixit ad Aeneam sane te Dominus noster Iesus Christus, surge, sterne lectum. Act. 9. Item Barnabas fiducialiter agẽs in nomine Domini nostri Iesu Christi etiam miracula fecit: vt ibidem. Et Christus dixit Marci 17. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dicetis monti huic transi hinc, transibit, & nihil impoßibile erit vobis.

Vnde si bona fide dixerit homo huic morbo, transi hinc, & nihil vel aliquid aliud adderet & homines sanaret, quis illi improperaret? Nam Christus (vt legitur in Euangelio Ioan. 9.) expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos cæci, & dixit ei. Vade, & laua te in natatoria Siloë: Quis dubitat, quin si Christus nutu vel verbo simplici voluisset, cæcus iste senatus fuisset: Nihilominus tamen tot fecit verbornm & gestorum apparatus: prout simplici verbo imperatiuo dixit leproso: sanare: & sanatus est. Marci 1. Regulariter autem Christi actio nostra est instructio, secunda quæstione prima, Deus omnipotens. de iureiurand. & si Christus, de quo de consecrat. distin. 2. liquido.

Christi actio nostra est instructio.

Et

Et dixit Gregorius in Homelia Luc.10. Dominus & saluator noster fratres charissimi, aliquando nos admonet sermonibus, aliquando verò operibus: ipsa enim facta præcepta sunt: quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Et hic dixit frequenter ad homines: fides tua te saluum fecit, & non in anima tantùm, sed etiam in corpore: Vt Matth. 9. Marci 5. & 10. & Luc. 7. & 8. & 14. & 18. Et fides est quæ vincit Mundum 1. Iohan. 5. 11. quæstione 8. Sciscitantibus. Vnde dixit amplius, omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agẽtes Deo patri per ipsum, &c. Ad Colossens. 3. vigesimo sexto, quæstione quinta. Non licet. Et non erit impossibile apud Deum omne verbũ. Lucæ primo. Vnde dixit Petrus ad Iesum: præceptor, per totam noctem laborãtes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete: & cum hoc fecisset, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Lucæ quinto. Et iterum dixit Christus, Amen amen dico vobis, qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Iohan. quinto. Item dixit Christus Marci vltimo: signa autem eos qui crediderint hæc sequentur: in nomine meo Dæmonia eÿcient, linguis loquentur nouis, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, & benè habebunt, &c. & igitur quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit: ad Roma. 10. de pe. distin. 3. adhuc instant.

Et hîc Apostolus & hîc can. generaliter loquẽtes, nõ

distinguūt qualitercunq; aut quomodocunq; inuocemus nomen Domini, aut eius mysteria, nec nos distinguere debemus, vt 2. q. 5. consuluisti ff. de pub. iudi. l. de precio. Neq; insontem, id est innocentem habebit Dominus eum qui assumserit nomen Dei frustra Exod. 20. & 22. quæst. 4. Necesse.

Vnde dixit Beda Nittomel,p vt habetur de re. iu. c. 2. super hoc verbo Euāgelistæ: Nolite iudicare & nō iudicabimini. Mat. 7. Lu. 6. et 6. q. 1. Deus oīpotens: Hoc loco nihil aliud nobis præcipi æstimo, nisi vt ea facta, q̄ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interp̄temur: q̄d enim scriptū est. Ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictū est, quæ non possunt bono animo fieri, vt stuprū blasphemiæ, ebrietates & similia: de quibus nobis permittitur iudicare: hæc ille.

Dubia facta in meliorem partem sunt interpretāda.

Et hæc propriè ad propositum nostrum: Et si dubia in meliorem partem interpretari iubemur, prout præmittitur. Quare non ea, de quibus nō dubitamus quin fiant bono animo, interpretemur ergo vt res potius valeat quam pereat. de ver. sig. Abbate de fi. instr. Dilectos. ff. de re. du. l. Quatenus. Et si benigniorem sententiam sequi debemus in re dubia, multo magis in certa, & vbi res penitus est bona. ff. qui in test. 1. delen. l. proximè. Et verba debent seruire intentioni, & non intentio verbis: per verba enim exprimitur intentio. 22. quæst. 5. humanæ aures 38. distinct. Sedulo 1. quæst. 1. Marchionen de verb. sig. intelligentia.

In dubijs benignior sententia sequenda.

Et Deus plus respicit intentionem quàm actus. 15. quæst. 6. Si sacerdotibus & § sequenti. in fi. Et intētio

regu-

regulariter iudicat hominem. 22.quæst.5. Non est. Hic autem in proposito, est opus bonum, intentio bona, & verba sunt veritatis & salutis mysteria sumpta radicitus: prout prætactum est de corpore sanctorum Euangeliorum: vt patet vnde pingue verbum de pingui intellectu processit: vt legitur & notatur 11. quæstione 3 capit. penult. Et verba tam clara ciuili modo non captiosè sunt intelligenda. 4. distinctio. Erit ff. de seruit. le. Si cui. Intentio iudicat hominem. Pingue verbum de pingui intellectu procedit.

Vnde dixit Christus, In nomine meo Dæmonia eÿciuntur: Marc.16. Et ideò dixerũt ad Iesum 72. discipuli Domini reuertentes cum gaudio. Domine etiam Dæmonia subÿciuntur nobis in nomine tuo Luc.10. Vnde dixerunt Apostoli. Nec etiam aliud nomen datum est hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Actor.4. et infra: Et nũc respice Domine, in minas eorum, videlicet Iudæorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quòd manum tuam extendas ad sanitates, & signa & prodigia fieri per nomen sancti filÿ tui Iesu. Hæc ibi. Et hæc omnia fiant, sicut hîc in proposito, nomen Domini & doctrina blasphemetur. 1.Thi.6. Vnde dixit Dominus, videlicet. Deut.8. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Math.4. Vnde verba Dei sunt semen, quod autem cadit in terram bonam aut malam: si in bonam, facit fructum, sicut hîc in proposito, si in malam, non facit fructum: vt legitur & notatur Luc.8. Quia fructus ex semine malo non habetur fructus.

Sunt autem peruersores huiusmodi, simplicitatem verborum peruertentes & adulterantes verbum Dei:

vt dixit Apostolus 2. Corin. 2. & 4. Quod exponit Gregorius Moral. li. 22. c. 15. sic inquiẽs: Adulterare namq; est verbum Dei, aut aliter sentire de illo quàm est, aut ex eo nõ spirituales fructus, sed adulterinos fœtus quærere laudis humanæ. Ex sinceritate verò loq; est, nil in eloquio extra q̃ oportet acquirere: sed ex Deo loquitur, qui se non à se habere, sed à Deo accepisse q̃ loquitur, fatetur: hæc ille. Vnde liberũ est, q̃ vbi liberè quilibet põt verbo Dei, ad eum vsum, ad quẽ vti licitè possumus.

Qui adulterẽt verba Dei.

Nec obstat 2. q. 5. consuluisti: quòd quidem capitulum allegant quidam Doctores sacræ Theologiæ cõtra tales adiurationes, vbi dicitur: quòd sanctorum patrũm documento sancitum non est: Superstitiosa adinuentione non est præsumendum. Et in isto capitulo Stephanus Papa locutus fuit contra hos, qui feruentis aquæ & candentis ferri iudicium fieri voluerunt in Ecclesia Dei: vt ibidem patet in Rubro. Vnde dicit glossa ibidẽ super verb. superstitiosa: vtili autem & necessaria videlicet adinuentione licet vti: & allegat multa iura, & vbi Canon non excipit: nec nos excipere debemus, vt præallegatum est. Et omnia concessa intelliguntur de iure communi, nisi prohibita in certis casibus inueniantur: vt innuitur 97. quæst. 2. Lex Diuina de sent. excommu. Nuper. Concordat nobiscum, si saltem bene perpendamus. Frater Astensis libr. primo, capitul. decimoquinto, licet breuibus verbis: Quia attentus pluribus alijs.

Iudicia feruẽtis aquæ & cãdentis ferri, quidam volebant in tẽplis fieri.

Sed ad sedandam rigoris seueritatem illorum, qui nimis rigorosè solẽt in his Exorcismis simpliciũ mẽtes per-

perturbare: Notandum vt legitur & notatur 11. *dist.* §. 1. *quod Salomon ante nominis Domini nostri Iesu Christi inuocationis institutionem & eius aduentũ, quendam modum exorcizandi adinuenit, quo Dæmones adiurati ab obsessis corporibus pellebantur & igitur hodie huic officio mancipatis, Exorcistæ vocati sunt: hæc ibi.*

De Salomonico modo Exorcisandi.

Vnde Nigromantici in vno librorum suorũ volumine, quod dicitur officiorũ, habent canones, quos dicunt vincula Salomonis: quem librũ cum multis alijs per Salomonem in Arabia in certis montium cauernis absconditum reperit Virgilius, tempore Octauiani imperatoris: & de Arabica lingua in nostram Latinã ꝓlationẽ transtulit, per quem hodie huiusmodi Nigromanticorum præsumptio Dæmones ad obsequiorum mirandorum ministeria hominũ coarctare consueuit.

Necromanticum volumen officiorum & Vinculorum Salomonis. Virgilius fortassis non fuit sed Vigilius: quia vigilantes habuit oculos, qui hæc videret in cauernis.

Item vt dicit Magister in Historia. 3. *Reg.* 4. *Salomõ excogitauit adiurationes, quibus ægritudines solebãt mitigari, alias quoq; quibus Dæmones eijcerentur & alias quibus obstricti nõ redirent. Excogitauit etiam characteres, qui inscribebantur gemmis, quæ positæ in naribus arreptitij cũ radice, Salomoni monstrata, statim eum à Dæmonibus liberauit. Hæc scientia plurimũ valuit in gentẽ Hebræorum, & maximè necessaria erat, hæc ibi, & plura alia hos exorcismos approbãtia.*

Characterum exarationes in gemmas tribuuntur Salomoni Regi.

Item scribit idẽ Magister in historijs Exodi 2. *quòd Moyses erat vir bellicosus, & dũ fugeret de Aegypto in Aethiopiam & succurreret regi Aethiopũ magnificè nimis, & ꝓpterea Tharnis filia regis oculos suos iniecit in*

De Moyse characteribus vtente.

in Moysen, cùm fuerit homo miræ pulchritudinis: & ex cōdicto ipsa tradidit Moysi ciuitatē si duceret eam in vxorem: & ita factū est, dum Moyses autem redire vellet ad populum suum, nō acquieuit vxor, quia philocapta, ipsum miro modo dilexit: proinde Moyses, tā-quam vir peritus astrorum, imagines sculpsit in gemmis huius efficaciæ, vt altera memoriā, altera obliuionem conferret amoris: cumq; paribus annulis eam instruxisset, alterum scilicet obliuionis annulum vxori præbuit, alterum ipse tulit, vt sic pari amore, paribus annulis insignirentur: Cepit ergo mulier amoris viri obliuisci, & tandem liberè in Aegyptum regressus est.

Gemmæ obliuionis & memoriæ.

Item, vt dicit Augustinus in libro de ciuitate Dei: & habetur 26. q. 5. Nec mirum: quòd illa nobilis mulier Circe maga famosissima, socios Vlyssis viri clarissimi, per carmina sua mutauit in bestias. Et Archades, id est, gentes in Archadia sacrificio suo Deo Ligeo immolabant, ex quo quicunque sumerent in bestiarum formas conuerterentur.

Lygeus Iupiter mutat sibi sacrificantes in bestias.

Item his diebus sunt homines arte naturali, & etiam ministerio Dæmoniali aëris serenitatem conuertentes in formidinem, & grandinis, & niuium, & pruinæ, & ventorum Borealium patenter inducentes tempestatem: de quo plenè scripsi in libro de nobilitate. capit. 32.

Doctoris Fœlicis Hemmerlein de nobilitate.

Et ecce, si tales & alij plures, de quibus narrat Valerius Maximus. lib. 1. c. vltimo, per carmina vel artes, aut alia machinamenta apud Deos suos permissione domini Dei nostri perfecerūt mirabilia: quare nō fidei

nostræ

nostræ veri professores dicerent cum Moyse (& nunc canit Ecclesia) non est alia Natio tam grandis, quæ habeat Deos sic appropinquantes sibi: sicut Deus adest cunctis obsecrationibus nostris Deute. 4. Et quare non idem omnipotens Deus noster non tantùm habentibus fidem sicut granum sinapis, sed sicut granum cucumeris, imò sicut montes & colles: ligna fructifera & omnes cedri: inclinaret aures suas ad preces nostras, & attenderet piè inuocantibus eum, & ostenderet illis salutare suum.

Arrogans: aliquem habere fidem vt colles & montes.

Vnde conuenienter scripturas introducamus, quas de supradicto domino meo domino Episcopo Lausanen. in forma propriè subscripta recepimus, de maledictione seu imprecatione ferenda contra sanguissugas, pisces inficientes, & omnes vermes terrestres seu aquaticos, mures, locustas, papiliones, & cætera animalia fructus terræ vastantia seu pisces: Quæ talis est.

Quoniam malũ pœnæ à Deo infligitur propter nostra peccata: primò & ante omnia debemus cõuerti ad Deum, & peccata dimittere, & cum orationibus & processionibus Deum rogare suppliciter, vt plagas ab ipso nobis inflictas propter peccata nostra dignetur amouere à nobis. Deinde curatus, seu ille, ad quẽ pertinet imprecationem seu maledictionem inferre contra animalia nocentia, tanquam Iudex ex officio, cõstituat vnum procuratorem pro populo: sed cõuenientius esset, quòd populus daret vnum cum reuerentia & honore debito, qui petat decerni citationem cõtra animalia. Citatione verò decreta, mittatur certus nuncius

Processus seruandus in adiurandis & propellendis insectis & nocentibus bestijs.

Procurator plebis contra locustas.

Citantur animalia.

cius ad campos seu vineas, aut littora aquarum, secũdum quod erit necessarium, & ibi citentur corã tali, in crastino tali hora responsoria, de his quæ sibi obijcientur, sub pœna maledictionis eis inferendæ, & ad locum & tempus constitutum compareat procurator populi, & petat mandari dictis animalibus.

Aliquid de cõiurãdis & condemnandis animalibus in iudicium proponendum.

Quo audito, nihilominus si potest habere aliquid de ipsis animalibus, ante eum constitutis, sedens mandabit eis præsentibus & absentibus, vt præsentibus, cõminando, maledictionem omnipotentis Dei & totius curiæ cœlestis & Ecclesiæ, vt intra tres dies, aßignando primum pro primo termino, secundum pro secundo, & tertium pro tertio, & peremptoriè à tali territorio vel aquis recedant: & animalia, quæ inficiunt, inquietè dimittãt, vel nocere fructibus terræ desistãt, & se in talem locum reducãt, in quo nulli nocere possint: quod si non fecerint, compareant ad tempus assignatum, reddituræ rationem quarè non paruerint, aliâs lapso termino procedetur in contumaciam contra ea. Et si animalia sint præsentia, restituantur ad locum seu aquas. Vnde recepta sunt: si autem recesserint infra terminum, dentur gratiæ Deo per processiones & orationes, & benedicantur aquæ in forma, quæ inferius continetur.

Sententia quõ ferenda cõtra noxia animantia.

Vbi verò non recesserint, cõtinuabitur processus sine intermißione: & si animalia haberi possunt: iterum ducantur ad præsentia, vt prius, & procurator populi petat ferri sententiam cum suis rationibus, ea absolui ab impetitione aduersarij: Et tandem quia Deus pro-

nior

nior est ad miserendum quàm ad puniendum, concludatur in causa pro populo, & ferat sententiam contra illa ex tunc, quòd ex parte omnipotentis Dei & totius curiæ cœlestis, ac Ecclesiæ sanctæ Dei sunt maledicenda, & omnia mala contra ea imprecanda, interficiat animalia ibi præsentia: & statim cum processione & aqua benedicta procedatur ad maledictionem animalium, et benedictionem aquarũ vel camporum: vt sequitur. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram: Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat: Dominus vobiscum.

OREMVS.

Oratio contra Vermes.

Preces nostras quæsumus, Domine, clemẽter exaudi, vt qui iustè pro peccatis nostris hanc vermium seu murium persecutionem patimur pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur, vt procul à tua potentia expulsi, nulli noceant, & hos campos vel vineas vel aquas in tranquillitate & quiete dimittant, quatenus ex eis surgentia & orta tuæ Maiestati deseruiant, & nostræ necessitati subueniant, per Christum dominum nostrum.

Item subiungatur mox alia & sequens collecta. Omnipotẽs, sempiterne Deus, oĩm remunerator, & peccatorum maximus miserator, in cuius nomine omnia genua flectuntur, cœlestia terrestria & infernorũ, tua potentia nobis peccatoribus omnipotẽs concede, vt quæ de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam efficacem cõsequatur effectũ, quatenus hos pestiferos vermes, vel mures, per nos seruos tuos maledicendos, male-

maledicas: segregandos segreges, exterminandos extermines, vt per tuam clementiam ab hac peste liberati, gratiarum actiones maiestati tuæ liberè referamus. Per Christum dominum nostrum.

Exorcismus contra vermes vel mures.

Item mox subiungatur Exorcismus talis, vt sequitur: Exorcizo vos pestiferos vermes, seu mures, per Deum patrem omnipotentem, & Iesum Christum filium eius, & Spiritum sanctum ab vtroq; procedentem, vt confestim recedatis ab his aquis, campis seu vineis, etc. nec amplius in eis habitetis, sed ad ea loca transeatis, in quibus nemini nocere possitis: pro parte omnipotentis Dei, & totius curiæ cœlestis & Ecclesiæ sanctæ Dei vos maledicens: quòd quocunq; ieritis, sitis maledicti, deficientes de die in diem vosipsos, & decrescētes: quatenus reliquiæ de vobis nullo in loco inueniantur, nisi necessariè ad salutem & vsum humanum: quòd præstare dignetur, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem.

Oratio super aquas.

Item sequitur oratio super aquas: Domine Iesu Christe, qui Iordanis flumen benedixisti, & in eodem baptizatus aquas mundasti & purificasti: vt elementum salubre efficerentur in remissionem peccatorum, has aquas quoque benedicere & sanctificare & mundare digneris: vt nil in eis noxium, nil pestilens, vel inficiens, nil corrumpens remaneat: sed omnia pura & munda in eis efficiātur: quatenus quæ ad vsum humanum ex eis creata sunt cū salute nostra, & gloria tua assumamus: Per Christum dominum nostrum. Amen.

Et tunc sequitur confirmatio prædictorum Officialis

lis curiæ Lausanensis venerabili & circumspecto viro domino Plebano Bernensi salutem. Visa supplicatione pro parte nobilium Dominorum, Sculteti & Consulũ de Berna, de & supra casu in annexis mentionato, ac eius tenore considerato, volentes eisdem & eorum subditis benigniter prouidere, vobis, de cuius legalitate & industria non immeritò confidimus tenore præsentiũ & committimus & mãdamus, quatenus maledictiones seu imprecationes inferẽdas contra sanguissugas, & alia animalia in annexis mentionata, populo prius ad deuotionem congregato, & casu ipsi populo exposito, iuxta formã & tenorem in dictis annexis mentionatis, vice & auctoritate Reuerendi in Christo patris & domini nostri domini Georgij de Salutijs miseratione diuina Lausanẽsis Epi, seruato modo in dictis annexis mẽtionato, faciatis & omnia & singula alia in dictis annexis mẽtionata, ad debitæ executiones effectũ demãdetis, super quibus vices præfati domini nostri Lausanensis Epi, & nostras vobis præsentium tenore committimus. Datum & actũ sub nostro manuali signo et sigillo curiæ nostræ, die 24. mens Martij. Anno 1451.

Iuridicialis. Confirmatio. Processus cõtra Mures, vermes & insecta.

Quo quidem adiurationis seu Exorcismorum & alijs inde secutis processu solerter inspectis: vidi, quod sunt de hic stãtibus, huius iudiciarij ritus subsannãtes prosecutionẽ, tanquam aduersus animalia bruta impeccabilia fulminatã. Et igitur resumo quod prædiximus, quod omnis Christi actio est nostra instructio, & quòd facta ipsius præcepta sunt tacita, &c. Nõne, vt legitur Mar. 11. Dominus noster Iesus Cristus similiter iusti iudicis

Defensio superioris Processus contra Vermes & locustas.

Facta Christi sunt præcepta.

dicis & contra rem inanimatam more congruo seruauit iudiciorum executionē. Nam dum ipse, qui nihilominus cuncta nouit antequam fieret. Dan.13. exiret de Bethania, & esuriret, & vidisset ficum à longè habētem folia: venit si quid fortè inueniret in ea: & cùm venisset ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum. Et respōdens dixit ei: iam nō amplius in æternum ex te quisquam fructus mãducet. Et dum alio die reuersus est, & discipuli cum eo, viderunt ficū aridā factā radicitus, cui maledixerat dominus.

Christus seruauit processum iuris in maledictione ficus.

Ecce Christus noluit maledicere huic arbori, nisi prius tanquã induci sibi cōstaret legitimo documento, videlicet per visum de illius sterilitatis maleficio. Et dum informatus fuit de hoc, pronūciauit maledictionis sententiam cum edicto publico: & hoc adiuncto solēniter discipulorum suorum, tanq̃ virorum fide dignorum cū exceptione maioris fidei testimonio. Est n. efficax ꝓbatio dū res, de qua agitur, subijcitur oculo: vt legitur & notatur de præsc. Quia Iudicis. de li. obl. c. 2 ff fi. regū. Si irruptione. in fi. de quo plenè per Io. And in addi. Spe. de testi. §. 1. verb. Item ꝙ non prohibet: in addi. maiori.

Sic etiam dominus anteq̃ damnaret Sodomitas: descendam, inquit, & videbo, vtrū clamor, qui venit ad me, opere compleuerint an nō, ita vt sciam. Gen. 18 de sim. licet Heli. 2. q. 1. inanimata, aut irrationabilis in hoc mundo Deus omnipotens. de accusat. Qualiter 2.

Nec nouū est ꝙ creaturæ Dei fit maledictio, et si sit. Nam dn̄s dixit: Maledicta terra in opere tuo. Gen. 3. et iterū dixit ad serpentē: maledictus eris inter oīa animantia terræ. Ibidē & Angelus domini filijs Israël 2.

Re.1. Et Iob vir simplex et iustus maledixit diei, in quo natus est Iob.3. Et Hier. Propheta dixit: Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea, nõ sit benedicta. De quib. iã dictis maledictionib. ꝓximis plenè videamus Greg. in Moralib. li. 4. c. 2. & seq.

Et legitur de Virgilio prædicto ꝙ exterminauit & relegauit perpetuò omnes muscas, aut genus muscarũ de macellis Parthenopes ciuitatis, ad nutum Augusti Imperatoris, videlicet Octauiani, cuius Cancellarius fuit. Quã Parthenopen quidem Augustus ex post Neapolim vocari maluit, ex qua totũ regnũ Neapuliæ nomen acquisiuit. Item, prout, publica vox ẽ & fama, imò veritas, ꝙ in Diœcesi Curiensis prouinciæ Maguntinæ rudissima videtur terra inter montes & colles Germaniæ præminentiores collocata: quæ propter arctitudinẽ valliũ & multitudinẽ mõtiũ multũ ẽ chara. Vnde quondã quoddã genus vermiculorũ seu brutorũ, quod secundũ Isid. li. Ethy. 12. c. 5. Cantharida vocant, vel secundũ alios limax: ex eo ꝙ de limo terræ nascatur, seu Alemanico nomine Juger nuncupatur, sunt aũt albi coloris, & nigri capitis, sex pedũ in longitudine medij digiti, & tertio anno suæ generationis ad instar formicæ ꝓrumpunt more volatili, quæ suo more malitioso, agros & prata, campos & cespites, & alia loca plana seu montosa, fœnum & herbã & gramina aliosq; terræ fructus, & germinantia, infra terrã & iuxta radices girãdo, spaciãdo, sulcãdo, euertendo, cõterẽdo, & corrosiõe sua germina terræ radicitus sterilizãdo. Vnde nõ sine cõsultissimo cõi terræ totius ibidẽ incolarũ decreto: quadã naturali sagacitate mod. talis adin-

Amaledicenti bus dies natiuitatis argumentatur.

Virgilius relegat omnes muscas ex macello Parthenopensi.

Scilicet Virgilius fuit Cancellarius Augusti Imp.

Ergo quasi noua Apuleia hac ratione.

Cantharides ante tribunal citantur.

adinuentus, & non carens ratione: Vnde prædicti terriginæ dictas cantharidas ad iudicium prouinciale per edictum publicum, prout quondam fiebat, in albo prætoris citari & euocari fecerunt, & ipsis citatis & non comparentibus, propter suorum corporum exiguitatem, & ætatis minoritatem.

Cantharides nõ comparent ob ætatis minoritatem.

Iudex ex officio, vt gauderent iure minorum, vt legitur & notatur ff. de minorib. quod si. per totum. & 15. q. 3. Non est. & Archid. c. vlt. de iud. lib. 6. eisdẽ cantharidis curatorem, procuratorem, syndicum, & oratorem certũ ibidem existentem & præsentem, qui fideliter, vt decuit, petitionibus & accusationibus terrigenarum respondens, & duplicationibus, & triplicationibus ritè peractis: obtinuit pro dictis cantharidis: cum sint creatura Dei, *& à tanto tempore, cuius initium non fuit in hominum memoria, habuerunt tale ius, & in talibus terris habitacula sua, & ne priuarentur alimento suo, petiuit procurator ipsorum, quòd non expellerentur à suis possessionibus, nisi ipsis consentientibus, alia sibi iudicialiter assignarentur loca: & ita factum est:* Et *hodie ritè seruatur, & ipsis cantharidis per annos singulos in tempore suo terræ portio certissima reseruatur, & ibidem conueniunt, & nullus de cætero per ipsos angariatur.*

Scarabæis procuraror & syndicus datur.

Cõuentio hominum cum genere Scarabæorum.

Sed, prout prædiximus, quòd facta mirabilia fidem præbeant rebus mirabilioribus: auribus percipe, prout nobis retulit nuper rusticus quidam antiquissimus, & contra animalia bruta processus breuioris concernitur apparatus. Nam dum habitationis domus ruralis

Processus breuior cõtra serpentes, lacertas, bubones, &c.

alicuius

alicuius (prout sæpè per rura fieri consueuit) qualitercunque contaminata fuerit, aut occupata serpentibus, colubris, aspidibus, viperis, natricibus, nepis, stellionibus, dipsis, anguibus, cæculis, lacertis, bufonibus, & exuuijs: aut quorumcunque vermium venenosorum generibus: & ipse rusticus, vel alter, bona fide quasi loqueremur, montibus se inclinarent, vt præmisimus, dixerit hæc verba, vel in effectu similia: Ich beschwere euch Würme bey dem Allmächtigen GOtt / daß euch diese Statt oder Hauß als vnmähr seye / als vnmähr GOTT ist der Mann / der ein falsch Vrtheil spricht / vnnd ein rechtes kan / Im Namen deß Vatters / ꝛc. *Ac si diceret: Ego adiuro vos vermes, per omnipotentem DEVM, vt ille locus sit vobis tam detestabilis, prout DEO est vir ille, qui falsam sententiam protulit, & iustam nouit, In nomine Patris, &c.* Verba coniurationis insectorum noxiorum.

Et hæc verba similiter mutatis mutandis dicta proficiunt, dummodo equum aut mulam, seu alia animalia, lubrici & vermes in visceribus corrodunt: prout fide digni nobis patenter retulerunt, & experienter probauerunt. Nam probat Ioann. in sum. lib. 1. titul. 11. quæst. 12 quòd incantationibus serpentum, vel quorumcunque animalium, si respectus habeatur solùm ad verba sacra, & ad virtutem diuinam, non est illicitum, vt hic fieri potest.

Et in hoc videtur, quòd sanctum & terribile est nomen DEI in vniuersa terra. Nam olim quidam Episcopus Lausannensis (prout Historiarum suarum

propalatio dicit) totum genus anguillarum de lacu grandi sibi vicino, & ex omnibus aquis confluentibus in eo, patenter perpetuò relegauit: vt vsque nunc, & præsentibus diebus nulla permanere poterit. Lacus autem in longitudine quasi dietam, & per latitudinem duas leucas comprehendit, & Rhodanus fluuius pertransiens, in eodem edicto permansit.

Anguillæ ex Lacu Lausannensi & Geneuensi, exorcismis propulsæ.

Rhodanus vi exorcismi cuiusdam non habet anguillas.

Sic beatus heremita Pruminnius Insulam Sancti Marci propè Constantiam venenosis coinquinata vermibus, totaliter mundauit suis præcibus.

Intelligit Insulam, quam vocant die Reichenauwe/im Bodensee. vbi San. Marci corpus reseruatur integrũ, quamuis integrum se habere etiam perhibent Veneti.

Sed nunc corroborando prædicta, ad Exorcismum præfati redeamus ruralis. Et non mireris, quòd execrabilis tanti prolatio criminis, videlicet falsi iudicis, sit causa expulsionis talis tam palàm violenti recessus eliminationis. Nam in hoc videtur, quòd non tantùm contrarium contrario purgatur, vt legitur & notatur in cle. cupientes. de pœnis sed etiam malum malo naturaliter repellitur, vt dum membrum igne læsum mox igni reapplicatur, aut membrum frigore viciatum repentim aqua frigida refocillatur, & quodlibet illorum contrario remedio periclitatur.

Contrarium contrario purgatur.

Et nunc redeamus ad propositum. Nam prout narrat prædictus Ioh. in sum. confess. & probat. lib. 1. titul. 11. quæst. 125. quòd non solùm actus Sodomiticus, sed de eodem prolatio, os loquentis, & aures audientium, & ipsa quodammodò polluit elementa. Et dicit Imperator in authent. vt non lux. contra na. §. 2. quòd de tali crimine generantur pestilentiæ & tempestates. Et sic ad propositum, conditiones dicemus iniqui iudicis

Nominatio Sodomiæ polluit os pronunciãtis, ipsumque aërem, & gignit pestes & tempestates.

dicis detestabiles. Nam talis iudex fuit Pilatus, & Caiphas, & Annas, & Scribæ, & Pharisæi, & Seniores populi, & principes Sacerdotum, & legis & iuris periti, qui Christum innocentem nouerunt, & per suas sententias, & simplicium seditiones, Christum & Stephanum, & Iacobum Maiorem, & alios innocentes morti tradiderunt, & Barnabam latronem dimiserunt. Et tales & sibi similes iniqui iudices dicuntur, innocentum oppressores, pro quibus Christus & Stephanus in mortis agonia non orauerunt: quia tales sciuerunt quid fecerunt: sed pro alijs simplicibus, imperitis, spiculatoribus, ac personis impotentibus, qui nesciuerūt quid fecerunt, preces ad Dominum, vt illis dimitteret, efficaciter fuderunt: & illi indubitanter salui facti sunt: alijs suis in paccatis, Tito & Vespasiano cooperantibus, pereuntibus, vt legitur & notatur. 1. q. 4. §. his ita. in fine.

Sententiæ iniquæ prolatæ inficiunt aërē.

Christus & Stephanus non pro omnibus inimicis orarunt.

Et igitur ad propositum, quia tales iudices Deo sunt tam odibiles, tanquam hominibus prænominati vermes: vnde non tantùm præsentis vitæ loca, sed etiam cœlorum relegati perdunt habitationes, & cum Pilato magistro suo (nisi pœnituerint, & læsis satisfecerint) complicibus quoque eius, recipiant perpetuas acerbitatis & doloris pœnarum portiones. De quibus nuper feci tractatulum, contra iniquos iudices intitulatum: & communiter alium, qui intitulatur de consolatione iniquè suppressorum, ad instar innocentis Boëthij, quem legimus per venerabilis philosophiæ consolationem resocillatum.

D. Malleoli Tractatus contra iniquos iudices.

Eiusdem consolatio iniquè oppressorum.

Et nunc vltra ad prædictorum corroborationis argumentum procedamus. Nam hodie in sepultura Pilati, quæ est in Lacu quodam montis fracti diœceseos Constantiensis: vt narrat Petrus in sua Lombardica, de Passione Domini, patenter videmus, dum talis lacus tangitur, aut paucissimè mouetur per homines, propter criminis falsi, videlicet Iudicis Pilati detestationem, indubitanter, etiam cœlo serenissimo, consequenter statim horrendissimæ per nubium coagulationes, & formidolosæ prorumpent tempestates in terrigenarum & incolarum perniciones.

De sepulchro Pilati.

Intelligit Lacũ Lucernatũ.

Et ego Fœlix, cum tribulationum socijs miserabiliter anxiatus, non frustrà Iudicis iniqui crimen scripturis sui persecutus: quia noui, tanquam expertus, quot & qualis cordis & animi cruciatus patitur, iniqua sententia latenter aut palàm odio duro grauatus.

Sunt autem hæc duo crimina, videlicet innocentis suppressio, & naturæ peruersio, de illis quatuor execrabilibus, præ cæteris ad cœlum clamantibus: & tertium est innocentis sanguinis effusio. Vnde Gen. 4. dixit Dominus ad Cain: Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Et quartum ad cœlum clamans, est mercedis deseruitæ retentio. Vnde Iaco. 5. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, qui fraudati sunt à vobis, clamant, & clamor eorum in auribus Sabaoth introiuit. Et glossa inter libr. ibidem dicit: Et si pauperes, omnia patienter ferentes, non clamant merces, tamen retenta clamat.

Crimina atrocissima quatuor.

Merces retentæ clamãt vindictã, etsi mercenarij nõ clament.

clamat. Vnde versus: Clamat in cœlum vox sanguinis & Sodomorum, Vox oppressorum, præmia retenta laborum. Et si per talis clamorosæ vocis fremitum moueatur natura: imò natura diuina, & etiamsi vindictam retribuat, non mireris, & sic facit ad propositum. Et vtinam præmissa proficerent, & quòd laboris sollicitudines operis artificem commendarent: ac quæ non prodessent singula, multa tamen collecta iuuarent.

Et concludendo dicimus (saluo iure loquentis syncerius) quod lector iste Augustinensis in studio Heydelbergensi, in huius articulo prolationis reuocatione indebitè fuit grauatus, & minus iustè, prout præmittitur, angariatus. Et quòd tales & sui similes adiurationes seu exorcismi, aut imprecationum pronunciatio licitè & conuenienter admittitur: & per prælatos Ecclesiarum non prohibeatur, & per hoc illius fides, spes & charitas conseruatur: qui fidei nostræ verbo & exemplo fuit exorcista disertissimus, & viuit & regnat per infinita seculorum secula benedictus, Amen.

Imò, Studium Heydelbergẽse optimè statuisse, publicè testati sunt Theologi Parisienses.

Christus fuit Exorcista disertissimus.



TRACTATVS III. D. FOELICIS MALLEOLI.

DE CREDVLITATE DAEMONIbus adhibenda.



Ominus noster Iesus Christus, dum in terra prædicaret, vsus est parabolis, exemplis, & rerum gestarum casibus: prout iuxta Gregorium eisdem temporibus fecerunt Palæstini, & communiter nunc Græcorum populus. Dixit autem Dominus inter cætera de diuite epulone, in inferno sepulto, & de sui feruoris dolore crudelissimo, Luc. 16. & non recordor me legisse, Christum alibi dixisse tam signanter de talis cruciatus igne perpetuo: licèt infiniti Doctores, vt viri sanctissimi, similiter & Iudæi: desuper quoq; & gentiles, vt fuit Virgilius, Iob, & Plato (de quibus infrà dicetur) descripserint huiusmodi tormentorum & tortorum qualitates.

Semel solùm Christus apertè locutus est. de igne inferni.

Iob recenseturhic inter Ethnicos.

Sed (prout ait Gregorius super Lucam in Homelia nobis quotidiana) sic inquiens Dominus & Saluator noster aliquando verbis, aliquando verò operibus nos admonet. Ipsa etenim facta eius præcepta sunt. Quia dum aliquid tacitus fuit, quid agere debeamus innotescit. Et in alio loco scribit: Christi actio nostra est institutio. Idem igitur etiam Gregorius

talem

talem ritum tenuit, dum librum Dialogorum ad fratrum Petrum descripsit.

Innuit Dialogos S. Gregorij, de apparitionibus animarum parabolicè esse scriptos.

Et nunc talem describamus casum, nouissimis diebus in veritate peractum. Quidam homo de plebeis & mechanicis, & progenie pauperculo procreatus, in suæ iuuentutis tempore propria sagacitate, & ambitionis increatæ naturalis inclinatione vehementer ditatus, dilaxatus & impinguatus, & omni temporali felicitate sublimatus, & inter potentiores vniuersitatis suæ fuit habitus, tentus & reputatus. Et in tantum, quòd populus in ipsum prospiciebat, ipsum obseruabat, & tanquam maiorem inter eos præferre studebat. Hinc etiam Prælati, Doctores & Clerici plures, ipsius adiutorio promoueri sperabant, similiter & ipsius odio persecuti terrebiliter timebant.

Res gesta, quæ præsenti Tractatui ansam præbuit.

Verùm dum in honore esset, non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quoniam iumentali more de Anno Domini M. CCCC. LIIII. sine discretione vitam finiuit, quia non sapuit, nec intellexit, nec nouissima prouidit: quem nihilominùs pomposè populorum curiositas exequiarum concursu tumultuoso sepeliuit, iuxta illud. Dum moritur diues, concurrunt vndiquo ciues, Dum pauper moritur, vix vnus adesse videtur.

Lazarinæ exequiæ sunt pauperum.

Hinc Anno sequentis quidam homo Dæmoniacus, id est, à Dæmone obsessus, & ab ipso miserabiliter cruciatus, quadam hora quietatus, dedit diuersa respon-

sionis relationis quoque verba petentibus. Et inter alia requisitus, vbi maneret anima illius iam prænominati defuncti: ibi Dæmon in hæc verba, vel in effectu similia: In inferno, ait, est propria sede locatus. De qua responsione, & alijs, homines circumstantes in Ecclesia ibidem, fuerunt perterriti: imò communitas fuit perturbata ratione talis edicti. Et hinc homo iste erat liberatus.

Propriis sedibus in inferno diuites locantur.

Ex hoc igitur themate tres oriuntur quæstiones. Primò, vtrùm Dæmoni in hoc casu sit credendum. Secundò, vtrùm sine Dæmonis relatione, hic diues sit tanquam damnatus per homines iudicãdus. Tertiò, vtrùm pro tali defuncto sint orationes & alia pietatis opera facienda:

Ad primam quæstionem videtur dicendum, quòd huic Dæmoni nullo modo sit credendum: quoniam mendax est, & per mendacium primos parentes decepit. Et frequenter legimus in vitis Patrum, quòd Diabolus ad ipsos veniebat, & per mendacium multos decipiebat, aut decipere sagaciter attentabat: inter quos etiam fuit Magnus Antonius. Et sic similiter veniebat ad CHRISTVM, & per mendaces promissiones ipsum tentabat, in finem, quòd ipsum adorare debebat, Matth. 4. Et igitur in his, quæ cunctis mortalibus sunt incognita, quid mitius & certius tenere debemus: vt legitur & notatur in capit. iuuenis. de spons. & in capit. estote. de re iudic. Igitur his & alijs Dæmonum lationibus non credemus, nisi fortiores probationis attestationes videamus. Nam scri-

ptum

ptum est: Nolite credere omni Spiritui, sed probate, vtrùm ex DEO *sint.* 1. *Ioann.* 4. *Et illud Deut.* 18. *Non inueniatur in te, qui ariolos suscitet, nec Pythones consulat.*

Huius duplex causa est. Prima, quia inuocatio Dæmonum fit per pactum expressum cum Dæmone: & hoc est omninò illicitum. Vnde de talibus scribitur & intelligitur illud Esaiæ vigisimo octauo capit. Dixistis, percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Et adhuc grauius esset, si sacrificium vel reuerentia Dæmoni inuocato exhiberetur.

Pacta cum Dæmone fiunt, si illi credatur.

Secunda causa, propter periculum sequens. Dæmon enim, qui intendit hominem decipere, ex huiusmodi suis responsis, etiamsi aliquando vera dicat, intendit homines assuefacere ad hoc, quòd ei credatur: & sic intendit peruertere in aliquo, quod sit saluti humanæ contrarium. Et vltrà infert. Vnde Athanasius exponens illud Lucæ quarto capit. Vbi legitur, quòd IESVS *increpauit illum, videlicet Dæmonem, dicens: Obmutesce. Quamuis igitur vera fateretur Dæmon, compescebat tamen* CHRISTVS *eius sermonem, ne simul cum veritate etiam suam iniquitatem promulget, vt nos etiam assuefaciat, ne curemus de talibus, etsi vera loqui videantur. Nefas est enim, vt cùm adsit nobis Scriptura diuina, à Diabolo instruamur. Hæc ille. Vnde Chrysostomus super* 21. *capit. Matth. Concessum est Diabolo interdum vera*

Obmutescat mendax etiam vera dicens.

Nefas, est aliũde nos institui cùm sacrã habemus scripturam.

dicere, vt mendacium palleat aliqua veritate.

Sed in contrarium videtur dicendum, quòd hîc S. Thomas loquitur de his, qui inuocant Dæmones ad consulendum, vt fecit Pythonissa Saulis de Samuële: & hodie faciunt Magi aut Necromantici, seu alij, operam suam promittentes ad inueniendum furtum vel thesaurum absconditum, aut alias nobis ignotas res quærere volentes. Et talibus actibus vti non debemus, nec ipsis credere licet.

Sed pro illo, quòd inducit Athanasium, audi quid dicat textus Euangelicus: & sunt hæc verba per ipsum partim allegata videlicet: Et in Synagoga erat homo, habens Dæmonium immundum, & exclamauit voce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi IESV Nazarene? venisti perdere nos: scio te, quòd sis sanctus DEI. Et increpauit illum IESVS, dicens: Obmutesce, & exi ab illo: & exiuit ab illo, nihilquè illi nocuit.

Hîc nota primùm, quòd Dæmon dixit veritatem, quam IESVS sciuit ipsum dicturum, antequam loqueretur: sed postquam locutus est, ne vltrà loqueretur ea, quæ nobis sunt incognita: & Iesus nouit, & dixit: Obmutesce. Et hic est alius casus. Nam Diabolus hîc & in alijs possessus compellitur, vt exeat, & non quòd aliquam Diuinationis, aut ariolationis, seu superstitionis, vel sortilegij, seu sortis artem ostendat, sed si tunc aliqua dixerit non compulsus, sed simpliciter interrogatus, aut aliàs voluntate diuina commotus:

Deus non vult Diabolum propalare sua quæ scit.

vt

vt hic dum loqueretur ad Iesum, & veritatem dixit Iudæis ignotam. Hoc non est contra sanctum Thomam.

Et quòd dicit Iohannes: Non omni spiritui credas: ita debet intelligi, quod aliquibus credendum est. Nam dicunt Doctores Sacræ Theologiæ, vt præsertim ille, qui glossauit Catonem, idq́; in hoc puncto: Maledictus ne esto. Vbi tangit, maledicentes & malè loquentes, & falsam sententiam, aut falsum testimonium proferentes. Et infert notanter, quòd Diabolus adiuratus per Deum viuum, frequenter dicit veritatem, quamuis ipse sit pater mendacij. Quomodo nō omni Spiritui credendum.

Item dicit ibidem, præcepto XIII. quòd Diabolus nunquam voluit mentiri in propria forma, nec conuictus est de periurio. Et dicit notanter, in propria forma, prout est inferno, aut purgatorio, vel in aliquo Idolo, aut in aliquibus terræ finibus, castris vel domibus, aut nemoribus. Nam Angelus Thobiæ Iuniori conuictus Diabolum ad interiora deserti relegauit. Et sanctus Bernhardus in monte Iouis Dæmonem ad permanendum ibidem perpetuò ligauit, qui propterea dicitur mons. S. Bernhardi. Diabolum in propria forma non mentiri. In montem S. Bernhardi relegatur Diabolus.

Est etiam in quibusdam domibus, in qua forma videri non potest, prout in Bononia est quædam domus largißima, in vico ad S. Mariam maiorem, quam Dæmones taliter occupabant, quòd per multa tempora homines in ea habitare non poterant: insultúsque Dæmonum frequenter auditur: attamen nihil vide-

videtur, quamuis Dæmonum voces audiantur, & linguis hominum loquantur: sed non mentiuntur, sed dum mentiri volunt, non aliter faciunt, quàm dum tãquam viuentium aërea corpora, vel materialia patienter assumpserint.

Non mentiuntur Diaboli in propria forma, sed semper in assumpta.

Prout in Paradiso assumpsit sibi formam serpentis, faciem virgineam habentis, & taliter primos parentes decepit. Nam si in propria forma, qua torquetur, animas in inferno superuenisset, Adam cum Eua ad audiendum vllum non permansisset. Vnde dicit Bernhardus, quòd facilius vellet fornacem calentißimè feruentem intrare, quàm Diabolum in sua propria forma apparentem videre.

S. Bernhardus mallet feruentem fornacem intrare, quàm Diabolus in propria videre forma.

Et igitur, vt dicitur, Diabolus apparuit Christo in forma humana. Sic Margarethæ in forma Draconis, & Anthonio, & multis sanctis Patribus in forma viri, vel mulieris.

De Trollis in Nortvvegia.

Et his diebus taliter apparet frequenter in Dacia, & Nortvvegia, & ibidem Trolli dicuntur: & propter assuetudinem ab hominibus non timentur, sed homines ipsorum obsequijs vtuntur: qui etiam Incubi, seu Succubi dicuntur, & in humana specie filijs & filiabus hominum commiscentur: Quod per Magistrum in Historia de causa Diluuij notabiliter cum suis proprietatibus explicatur: Quorum vnus filiam Regis Britanniæ monialem & virginem cognouit: quæ ex eo Merlinum Vatem famosißimum generauit. Spiritus autem tales Dæmones nolunt nominari. De quibus plura scripsi in libro de Nobilitate: attamen

Merlinus Vates Britannicus.

tamen adiurati non mentiuntur, nec dolum machinantur.

Vnde narrant de quodam sacerdote, qui propter vehementem fornicationis & suspicionis infamiam cum vxore potētioris villæ ibidem exortam, de suæ Parochia per quoddam nemus multùm perterritus fugiebat: cui Diabolus in forma Religiosi sapientis obuiabat, & ait illi: Quò vadis lamentabili tristitia grauatus? quod cognosco diuinis visionibus. Et ille rem gestam sinceriter narrauit. Et religiosus ait: si hoc maledictum virile non haberes, tu indubitanter in villa tua securè permaneres. Et ille, vtiq; Domine. Et religiosus inquit: Leua vestimenta tua, & tangam illud, prout tetigit, illud membrum penitùs illicò disparuit. De quo Sacerdos multùm gauisus, in villam est reuersus, & pulsatis campanis innocentiæ suæ sinceritatem ostensurus: & congregatis Parochianis continuò spe plenus, stans in Cancellis, & confitenter eleuatis vestimentis mox membrum suum abundantius quàm prius apparuit: & sic ipsum Dæmon in humana formia decepit.

Diabolus facit Sacerdoti cuidā crescere membrum virile.

Sed prout prædiximus, quòd in sua essentia simplici nunquam fuerit mentitus: Et taliter locutus est, dum Domino de beato Iob dixerat: vt ibidem c. 1. Et dum certis signis in Idolo reconditus, Sanctum Bartholomæum designauit.

Et dum Virgilio prædicto pœnas infernales, & infernorum dispositiones tanquam expertus, propriè notificauit: Et insuper, dum libros Salomonis de arte

Virgilio Maroni Diabolus indicauit scil. pœnas tartari.

arte Magica in montium cauernis Samariæ reconditos reuelauit. Et ex pòst consequenter, dum Octauiano Augusto declarauit: Et talia tam clarè significauit, quod S. Augustinus in libr. de ciuit. Dei, postquam totum mundum, & omnia quæ super terram, & in terra fuerant, perlustrauerat, de dispositione inferni, & pœnis infernalibus, & inferorum potestatibus tenebrarum, se ad Virgilium Maronem remisit, quem ibidem venerabilem Poëtam nominat, qui huiusmodi relationes à Dæmonibus receperat.

S. Augustinus perhibetur approbasse descriptionem inferni Maronianam.

Vnde in gestis Romanorum de quodam Idolo legitur, quod sub pedibus habebat Thesaurum absconditum, quē quidam Magus furabatur, & Idolo, si reuelaret furem, caput se velle confringere, comminabatur. Sed cum Idolatræ viderunt, Thesaurum esse sublatur, quæsierunt ab Idolo, id est Dæmone, qui fuerat in Idolo, quis furtum fecerit. Et ipse: Si quis veritatem dixerit, caput sibi rumpitur.

Magus comminatur Dæmoni, se caput illi velle comminuere.

Sed notabiliter dixit Gregorius, quòd vnus spiritus est subtilior alio, & alius alio nequior. Vnde Lucæ vndecimo scribitur de vno spiritu, qui abijt, & reuersus adduxit septem nequiores se. Vnde discipuli Domini certum genus Dæmoniorum non poterant eijcere. Et dixit Dominus: Hoc genus Dæmoniorum non eijcitur, nisi in ieiunio & oratione. Matth. 17. & Mar. 9.

Spiritum vnū subtiliorem esse altero.

Vnde temporibus nostris in Erdfordensi ciuitate

quadam

quædam mulier habuit Dæmonium, quod loquebatur Teutonicum, Latinum & Bohemicum: dumque Exorcista quæreret de nomine & conditione sua. Ego sum, inquit, ille Spiritus, qui nuper in Bohemia innumerabiles fidelium gentes contra Bohemos feruenter armatas, & prope ciuitatem Satz castra metatas, violenter dissoluebam: quia principum dissensiones audiebam: & hoc per ignis vehementissimi, tanquam infernalis crudeles immissiones. Fuit autem ignis iste, vt referunt, qui fuerunt præsentes, tam impetuosus cum vento terribili permixtus, quòd boues & oues, & equos consumpsit, cum preciosis rebus alijs mobilibus. Prout etiam legitur in Iob capite secundo, vbi Diabolus similiter Domino permittente persæuit.

Diabolus immissione infernalis ignis dissipat castra cōtra Hussitas metata.

Fuit autem hæc dissolutio diuini iudicij patentis dispositio. Nam dicti Principes non proposuerunt DEVM ante conspectum suum, sed inter se diuiserunt regni terminos terrarum ante Triumphum.

Ignis infernalis perpetuo sufflamine fouetur, quod ipse ignis fouet.

Sed his dimissis, prosequamur propositi nostri propositi conceptum. Et vt dicit Gregorius in suis Moralibus, prout vnus Angelus ministerium alterius Angeli sibi non appropriat: Sic vnus Dæmon alterius Dæmonis officium sibi non vsurpat. Et dicitur vltrà, quòd Dæmones quantumcunque maligni, nunquam tamen inter se fiunt discordes: Et hoc induxi nuper in libro, De libertate Eccle-

Dæmon nullus se ingerit in alterius munus.

Liber autoris de libertate Ecclesiastica.

Ecclesiastica: Vbi videtur, quòd Iurisperiti, qui dicuntur causarum & personarum in Iure contendentium Aduocati: & pro defensione cuiuslibet Iuris sunt ab Ecclesia deputati, in defensione causarum nunquam sunt concordes: & in hoc Dæmonibus peiores.

Virgilius Poë ta primus nouit distinctiones Dæmonum.

Hanc igitur concordiam Dæmonum, & proprietates officiorum eorum, primus nouit in Europa Virgilius prædictus, de rure prope Mantuanam ciuitatem in Lombardia natus, & qui post multa finaliter effectus est Octauiani prædicti Cancellarius, de quo plenius scripsi in libro de Nobilitate, capite penultimo.

Necromãtiam videtur autor approbare, describitque ipsam, cognitionem officiorum Dæmonum.

Dicitur autem propriè Dæmoniorum & ipsorum officiorum cognitio, vna species artis Magicæ, quæ Necromantia vocatur: quàm postea Simon Magus cum cæteris in contemptum fidei Catholicæ nequiter operabatur: & vsque ad præsens periculosissimè per aliquos frequentatur.

Sed his dimissis, tanquam ad rem propriè non facientibus, Dicamus (saluo iudicio peritioris) huius quæstionis solutionem. Et puto, præmissis syncerè consideratis, quòd in hoc casu, & similibus, sine peccato de huius diuitis mansione in inferno sit credendum Diabolo, tanquam experto, & præsertim de inferis: nam nouit præterita, similiter & præsentia, sicut Angelus, & non vltrà, nisi permissione diuina. De futuris autem, quoniam annesius non plus, nisi quantum de experientia rerum, & cursu temporum,

Angeli præterita & præsentia nouerunt.

prout

prout antiquus rusticus prognosticabit.

Dicit autem Bernhardus in suis meditationibus, Dæmonum esse malas suggestiones immittere, nostrum esse illis non consentire: quia quoties resistimus Diabolo, vincimus. Hæc ille.

Resistere Diabolo est vincere.

Idem dicit Sanctus Isidorus, de summ. bon. lib. 3. cap. 5. Dæmones cogitationes infundunt, mentem intrant, & corda inspirant, tribulationes & dolores dant, animum vexant, cogitationes tamen hominum non sciunt, &c. Item ibidem capite sexto, Somnia immittunt. Item ibidem libro vndecimo, capite vigesimo quinto: Cogitationes hominum prouocant. Item libro 1. cap. 26. Dæmones cruciantur igne gehennali. Item idem in lib. de creatione mundi, capite 7. Dæmones Domino permittente in hoc aëre prouocant tempestates, vt hominibus noceant. Hæc ille.

Dæmones cogitationes hominum non sciunt.

Ad secundam quæstionem sic proceditur: Et ponamus casum: quòd hic diues, de quo in Themate, nunquam per Dæmonem taliter fuerit publicatus, aut proclamatus: quid de suo statu posset iudicare homo discretus? & præsertim ille, qui nouit radicitùs aut humanitùs suæ conditionis apparatus: de quibus quidem plebeijs tam vehementer ditatis, notabiliter scripsi in libro de Nobilitate, in titulis suis: & ibidem ostenditur per experientiam cunctis quotidianam, quòd horum bona tanquam res malè acquisita, non sunt, nec hactenus fuerint duratura, & in tertium hæredem non profectura.

Bona Clericorum intoxicãt bona Laicorum.

Prout bona clericorum, quantumcunque larga, ad laicorum manus peruenientia, & hæc & illa bona recenter inficiunt, etiam res iustè quæsitas: imò intoxicant taliter, quòd rarò vel nunquam in eodem statu permanent, aut ad felicem finem perueniant: & hæc sunt certa signa, quæ res malè quæsitas demonstrant.

Sed nunc ad propositum quæstionis: vtrùm ille Diues post mortem sit iudicandus, sicut sæpè viuentes iudicamus publicanos, vsurarios publicos, & iudices iniquos, &c. Prout Egeas iudex impius, per Andræam Apostolum fuit iudicatus. Et videtur quòd non, quia dixit Dominus: Nolite iudicare, vt non iudicemini, Matthæi septimo. Et Apostolus: Nolite ante tempus iudicare, 1. Corinth. 4. Et iterum: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum, ad Romanos decimoquarto.

Triplex iudicium.

Ad quod dicendum secundum Doctores, quòd triplex est iudicium, scilicet suspicionis, quando videlicet ex re visa, vel personaliter audita de proximo statim oritur suspicio, & hæc est triplex: prima violenta, quando apparent omnia signa mali, & nulla boni. Secunda probabilis, quando sunt leuia signa mali, & fortia ac plura boni. Tertia temeraria, scilicet, quando multa signa boni, & pauca mali. Primum iudicium non est peccatum: secundum est veniale: tertium mortale.

Triplex suspitio.

De iudicio certitudinis.

Secundum autem iudicium est certitudinis, & est iudicare de manifestis: & hoc est licitum, & præsertim

ſertim Prælatis, adhibitis debitis circumſtantijs. Et ita ſi talis viderit, vel etiam alius, rem patenter malitioſam, vt adulterium, homicidium, ſimoniam, & iniqui Iudicis ſententiam, quis non iudicaret iniquitatem? & talem in peccatis ſuis, qui non ſatisfecit, ſi moritur, quis eum non iudicaret damnatum? Et taliter vſurarius publicus non ſatisfaciens læſis poſt mortem, iudicatur damnatus, quoniam in ſignum damnationis ad terram ſacratam, id eſt, cœmiterium, non admittitur ſepeliendus.

Tertium eſt iudicium temeritatis, quando videlicet quis firmam ſententiam de incertis, tanquam de certis habet, & eſt præſumptuoſum. Et ita intelligitur dictum Apoſtoli, dum dicit: Tu quis es, qui iudicas alium, &c. De iudicio temeritatis.

Igitur de illis tam vehementer & velociter ditatis, & non ſatisfaciendo læſis, aut reatum recognoſcendo, multis Eleemoſynarum diſtributionibus, & ſic iumentaliter indiſcretè, ſubitaneè defunctis quid dicemus? niſi quòd non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Et tales, qui ablata dum potuerunt, non reſtituerunt: & per conſequens in peccatis mori voluerunt, quid ſequitur, niſi, quòd ſuam damnationis ſententiam patenter prædiſpoſuerunt? Nõ dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.

Sic hodie iudicamus ſine periculo Herodem & Pilatum, Neronem & Diocletianũ, & infinitorum cæterũ uam Tyrannorum, & præſertim iniquorũ iudicũ, quos corporaliter cum animabus per Dæmones frequenter

legimus in vitis Patrum arreptos. Et igitur de tali taliter obstinato, similiter & defuncto in terrorem Christi fidelium, prout prædicamus de aliis tyrannis, crebris singultibus, & suspiriis largiter prædicandum foret in cancellis, & si non in loco suo propter scandalum suorum cognatorum mitius vitandum, aliâs tamen per Ecclesiam foret aliis locis pronunciandum, & cum terribilibus infernorum pœnis incutientium stuporem crebrius promulgandum.

Instructio concionatoris.

Et dum iustus vix saluabitur, talis qualiter iudicatur? & insuper foret de gaudiis iustorum, vt opposita iuxta seposita magis elucescerent, frequenter promulgandum & dicendum?

Oppositio fœlicitatis piorũ, & miseriæ impiorum.

Sicut amici Dei nimiùm felices perenniter cum Domino gloriantur: sic è contrario eius inimici miserabili tristitia iugiter cruciantur. Et sicut isti cum decoris lumine perlustrantur: sic è contrario illi caligine tenebrarum obfuscantur. Et sicut isti summa sunt agilitate præ gaudio præpoliti, sic illi supini præ tristitia sunt feruoribus denigrati. Et sicut isti firmissimo robore suæ stationis sunt consolidati, sic sunt illi sine spe valetudinis mortaliter debilitati. Et sicut isti glorioso libertatis priuilegio potiuntur, sic illi seuerissimæ seruitutis anxietate iugiter opprimuntur. Et sicut isti voluptate immensa perpetim deliciantur, sic illi famelicæ paupertatis egestate dietim cruciantur. Et sicut isti sanitate mentis & corporis perfruuntur, sic illi dolore perpetuitatis

tatis penè gemebundi fulciuntur. Et ſicut iſti de fœlicis immortalitatis prærogatiua lætantur, ſic illi de diurnitatis diſpendio mortis æternæ lamententur.

Et ſicut iſti ſunt redimiti ſplendoris fulgore cœleſtis ſapientiæ: ſic illi ſunt obſcurati ſtupore gehennalis impatientiæ. Et quod iſti ad congratulationis tripudium lætantes nouerunt, hîc illi hoc ad ſui doloris augmentum retorſerunt. Et ſicut iſtis dulcia iugiter, & organa Sanctorum ſonant: ſic illis truces damnatorum ſingultus in aures mœrorem inculcant. Et ſicut iſtis Angeli ſimiliter & Archangeli hymnum ante thronum Dei decantant, ſic illis Dæmonum latratus, & terribilis aſpectus maledictionis blaſphemias proclamant. Et ſicut iſtis cynamomum, & balſamum, & odor ſuauiſſimus redolenter conflagrant, ſic illos fœtor turpiſſimus, ignis quoq; ſulphureus amaritudinis fumoſæ ſine fine moleſtat.

Stuporgehennalis impatiẽtiæ.

Auditus.

Odor.

Et ſicut iſtos dulcis amicitia, quoad Deum & proximum ſinceriter perpetuò copulat, ſic illos inteſtina bella viſceroſius corrodentes exenterant. Et ſicut iſti dulcis concordiæ ſymphoniam cum omni creatura tenentes, ab omnium creatura glorificantur, ſic illi cum omni factura, & propria conſcientia diſcordiam ſuſurrantes, ab omni natura deteſtantur.

Diſcordia in inferno.

Et ſicut iſti ſummæ potentiæ corona clementer ſublimantur, ſic illi ſuffocatæ penuriæ iactura decaluan-

caluantur. Et sicut isti sunt honoris reuerentia sanctorum collegio reuerenter connumerati, sic illi vilissimo dedecoris contubernio viliter sunt conculcati.

Et sicut isti laudabili securitatis stabilitate lætanter perdurant, sic illi terribili tremore perpetuò trepidanter formidant. Et sicut isti sunt ineffabili gaudiorum tripudio iubilantes, sic illi miserabili mœroris dolore stant flentes stridore dentium eiulantes.

Odium enim habent Dei, quia, quantum in ipsis erat, ei restiterunt, ne vnquam ciuitas eius ex viuis lapidibus ædificaretur. Odium autem Angelorum, quia quantum potuerunt, efficaciter effecerũt, ne vnquam numerus eorum impleretur. Odium habent omnium Sanctorum: quia quantum in ipsis erat, impediuerunt, vt vnquam plenum gaudium haberent.

Impij impediendo augmẽtum numeri Angelorum, odium sibi angelorum conciliant.

Odium habent à nouo cœlo, & à noua terra, & ab omni creatura, quoniam tempus suæ visitationis non cognouerunt. O filij hominum, vsque quo graui corde? vt quid deligitis vanitatem, & quæritis mendacium? non perpendentes suspirando, quàm mirabilis contrarietas, quàm dispar diuersitas, quàm incomparabilis qualitas, & quàm dissimilis mansionum habitualitas: quàm istorum gaudia sunt inexcogitabilia, & inæstimabilia, ac ineffabilia. Illorum autem supplicia sunt incomparabilia, sunt indicibilia, ac omni fine carentia.

Impij grauabuntur odio noui cœli, & nouæ terræ.

Hæc

Hæc & alia dicat prædicantis industria, quoniam singulorum prædictorum essentia, & quodlibet in suo statu sunt vltra quàm dicere valeat humana sagacitas excellentiora: siue sint bona, siue mala.

Et nunc ad propositum redeamus. Nam non dubitamus, quàmplures magnæ discretionis apparentia mortuos aut morituros, quos iudicamus damnatos, vel saluatos: prout legimus de illo, qui ordinis Carthusiensis fuit causa principalis instructus.

Nam in ciuitate Parisiensi fuit Doctor famosus, & ab omnibus magnæ deuotionis & religionis vir fuit patenter imputatus, & taliter mortuus. Sed dum in Ecclesia fuerat cum exequijs solitis sepeliendus, clamauit primò de pheretro: Vocatus sum. Secundò: Iudicatus sum. Tertiò: Perpetuò damnatus sum.

Historia de Brunone, primo illo, qui ordinem cepit Carthusiensium.

Mortuus tertiò loquitur.

His (voce terribili) taliter auditis, Doctores & alij multùm perterriti, dicebant: Et quis saluus erit? Et consequenter post modicum tempus lapsum, ordinem instituerunt, qui nunc dicitur Carthusiensis, à Carthusia villa, in qua primùm fuit talis ordo, & ordinis locus inceptus: Sicut ordo Cistertiensis, à Cistertio, & ordo Cluniacensis, à Cluniaco burgo denominantur.

Carthusienses denominati à villa Carthusen.

Cistertiēsium & Cluniacensium ordines vnde nomen acceperunt.

Visum est quondam in ciuitate Bononiensi, quòd cum quodam potenti viro, & abundanter mori-

turo, ſtabat quidam religioſus, & illi ſalubriter ſalutis animæ vias oſtendebat: aſt ille diues, tanquam cordialiter perciperet, oculis & manibus annuebat: & poſt multa in ſui filij præſentia religioſus dixit ad moriturum: Et tu dabis decem libras ad Carmelitas? Et ille, placet bone pater. Item: dabis decem libras ad Prædicatores? Et ille, placet bone pater. Item, dabis decem libras ad Fratres Minores? Et ille, placet bone pater. Et ſic ille Religioſus loquebatur de ſingulis quaſi totius ciuitatis Religionibus.

Hiſtoria ridicula de vulture religioſo, inhiante hęreditati diuitis cuiuſdam.

Audiens verò filius, quòd pater plus quàm ſolito, & contra naturæ ſuæ conſuetudinum fuerat benignificatus, ait: Et quomodo placet pater, vt præſentem Fratrem Religioſum proijciam deorſum per omnes gradus ſcalarum? Et ait pater: placet bone fili. Et mox vidit filius, quòd pater ſuus alienatus mente, fuerat locutus ad religioſum. Vadas, inquit, illicò, & recede, alioquin te proijciam violenter per omnes gradus totius domus.

Sic ad propoſitum: Hic homo, de quo dicitur in themate, nec in mortis infirmitate, nec in mortis certamine habuit contritionis ſiue ſatisfactionis, aut veræ pœnitentiæ verbum, aut verborum ſtigmata. Dic, quæſo, qualiter faciamus illi ſaluationis indicia?

Sic legimus de quodam morituro, cui porrigebatur crucifixi imago: quam affectuosè, & deſideranter amplexus fuerat, & ori deuotis geſtibus coniungebat:

gebat : quod populus astans propter dissuetudinem suæ deuotionis mirando prospiciebat : sed post dies conualuit, & de prædictis gestibus requisitus diligenter, ait : Multùm feruenter sitiui, & petere nequiui : & credebam, quòd mihi porrigeretis flasconem vino bono plenum, & ducillum quæsiui, & dolenter inuenire non potui. Et sic ad propositum huius quæstionis, ad iudicandum quoslibet vtamur ingenti scrutinio rationis.

Ægrotus imaginem crucifixi pro lagena deosculatur.

Ad tertiam quæstionem, vtrùm pro tali defuncto, vel simili, sint orationis, aut alia pietatis opera fideliter aut confidenter perficienda ? Et videtur primò, quòd non, quia, vt dicit Sanctus Augustinus : Si scirem patrem meum in inferno, non orarem pro eo, quia in inferno nulla est redemptio. Nam si de quolibet verbo ocioso in die iudicij reddenda est ratio, illud vtique verbum foret ociosum, quod hîc vel in alio seculo nulli salutis æternæ generaret profectum. Nam si quis pro Pilato vel Nerone funderet preces, vtique peccaret, ac si pro hæreticis & infidelibus damnatis ab Ecclesia oraret.

S. Augustinus non vult orare pro parẽtibus in inferno cõstitutis.

Sed Ecclesia damnat omnes illos, qui patenter in suis peccatis moriuntur, vt dicit Regula iuris, & sunt verba S. Augustini : Defleat peccator : quia in vno reus, omnium est reus : & consequenter in pluribus est reus : quantò magis est reus, in quo tanguntur vsurarij Simoniaci, raptores, iniqui Iudices, & cæteri malefactores. Vnde dicit glossa in eodem cap.

In vno peccãs omnium habetur reus:

In vno peccato mortali mortuus, est perpetuò damnatus.

quòd in vno peccato mortali mortuus est perpetuò damnatus: Et durus est hic sermo, attamen verus. Dominus enim noster Iesus Christus, taliter frequenter ad Pharisæos & Hypocritas est locutus, & sua sententia declarauit fore damnatos, dum dixit: Moriemini in peccatis vestris. Iohannis octauo capite. Et remißius erit Sodomitis, &c. Lucæ 10. Et iterum: Publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Matthæi 21. Et, prout prædiximus, Christi actio est nostra instructio. Dicamus & nos eos taliter extinctos, & præsertim in terrorem crudelium hominum dissolutè viuentium, fore damnatos, in finem vt emendent, quos persenserunt impiißimos: super hoc addant infernalium cruciatuum pœnas interminabiles & amarißimas.

Et exemplum legitur de quodam monacho, qui habuit fratrem nobilem & potentem in seculo: Quo defuncto, monachus multùm religiosus, ad Dominum multas preces fundebat, missas celebrabat, & celebrari procurabat. Vnde illi die quadam post matutinam, frater suus igne terribiliter conuolutus apparuit: Cessa, inquit, tua mihi non prosunt beneficia, sed ignis prouocant incendia.

Missæ prouocant incendia inferni.

Simile legitur de Sancta Brigitta, Regina Suetiæ quæ de sui nepotis, damnati videlicet, Regis Daciæ, pœnarum visione perterrita, per triduum remansit in ecstasi.

S. Brigitta, Regina Suetiæ, nepotem damnatum videt.

In contrarium autem arguitur sic. Nam scriptum

ptum est: Nemo scit, vtrum odio vel amore dignus sit. Eccles. 9. Et iterum: Humiliamini sub potenti manu Dei, quia aduersarius noster Diabolus, tanquam Leo rapiens & rugiens quærit quem deuoret. 1. Petri 5. Vbi Doctores colligunt septem Diaboli conditiones, per quas simplicium hominum decipit opiniones. Primò, quia dicit Diabolus, tangit eius superbiam, & alios superbos, qui demum, vt ipse, secum cadant in inferos. Secundò tangit eius inuidiam, cùm dicitur aduersarius. Tertiò, eius potentiam, cùm dicit Leo. Quartò eius malitiam, cùm dicit rugiens. Quintò, eius proteruiam, cùm dicitur, circuit. Sextò, eius nequitiam, cùm dicitur quærens. Septimò, eius sæuitiam, cùm dicitur deuoret.

Septem Sathanæ conditiones ad decipiendum.

Ex his benè colligitur, quòd sit mille artifex, & si per talem multiplicis artis accumulationem vellet decipere simplicis hominis credulitatem, vt desperaret, nónne defuncti salute procuranda cessare faceret, & per consequens aliorum fidelium preces impediret? Et in hoc propriè hostis antiqui malitia apparet.

Et licèt si ita artifex, vt dicit Augustinus, internas tamen animæ cogitationes videre non potest, quod certum est. Sed motu eas corporis & affectionum iudicijs colligit experimento: Secreta autem cordis solus ille nouit, de quo dicitur: Tu solus nosti corda filiorum hominum. Hæc ille. Et licèt scriptum sit, quòd pœnitentia sera, rarò sit vera. Etiam scriptum est: Quotiescunque peccator ingemuerit,

Cogitationes hominis Sathan non videt.

Pœnitentia sera rarò vera.

Peccator quotiescunq; ingemuerit, saluus erit.

rit saluus erit. Ezechielis 18. Item omnis homo, quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit, ad Romanos 9. Et quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem, Ionæ 2. Et talis vnicæ suspirationis eructatio, contra gehennalem pœnam concernitur perpetua supportatio, & ad crudelissimos cruciatus purgatorij destinatio, qui tamen super omnes mundi pœnas est exæstuationis inculcatio.

Igitur piè videtur consulendum, vt ab illius diuitijs defuncti consolationis remedij nemo desistat: sed opera misericordiæ fideliter perficiat, in finem & euẽtum, si non sibi præcisè, sed indubitanter alijs animabus fidelibus subueniat.

De Missa restrictiua & ampliatiua.

Nam dicit S. Hieronymus, & est textus in Iure canonizatus, quòd Sacerdos suam missam pro defuncto peractam vel peragendam taliter restringere poterit, vt vni soli non prosit, sed ex statuto, auctoritate quoq; preciosissimi thesauri sanctæ matris Ecclesiæ, nihilominùs proderit omnibus fidelibus, in gratia defunctis.

Missa candelæ comparatur.

Et ponunt Exemplum Doctores, vt sit candela, multùm celebris ardens, ponatur in conspectu, & ad laudem principis, circumstantes æquè gaudent de fulgure tanti luminis, licet princeps abinde recipiat nomen honoris: vnde largiter fiant animarum remedia, vt prosint cunctis: huius enim pia & misericors quoq; videtur ratio.

Nam

Nam dum Rex, vel Princeps nobilis, vel diues moritur, multiplex diuinorum pro defunctis officiorum, Eleemosynarum, & aliorum remediorum executio solenniter perficitur. Sed dum moritur vnicus solus, & pauper in Hospitali, vel tugurio, mari, seu nemoribus, nullius remedij defunctorum beneficio videtur munitus. Nónne miserabiliter dicit vulgus: Videmus, quòd apud Deum & apud homines pauper est despectus, & remedijs defunctorum totaliter eiectus.

Pauper vbique iacet.

Et hoc patenter videtur in ciuitate Bononiensi, vbi est hospitale quoddam dictum ad mortem, & in eo recipiuntur omnes infirmi, etiam ad mortem: in quo est cellare subterraneum largum, & superius coopertorio stricto firmiter obstructum, & tanquam cœmiterium consecratum. Et dum pauper ibidem moritur recenter, per solum hominem, vel duos proijcitur. Ecce quàm indifferenter Rex & hic pauper sepelitur.

De Bononiensi Hospitali ad mortem.

Igitur reuertamur ad propositum, & dicamus necessariò, Misericordia Domini plena est terra, &c. Et eius misericordiæ non est numerus, vt opera misericordiæ diuina misericordiæ distribuat pariter cunctis in gratia morientibus diuitibus & pauperibus. Et hoc tenet etiam Magister Sentent. libr. 4. circa finem.

Puto tamen in veritate dicendum, quòd (cæteris paribus) & præsentibus nostris temporibus, plures saluen-

Plures saluari diuites, quàm pauperes.

saluentur diuites, quàm pauperes, & plures damnentur pauperes, quàm diuites.

Et licèt in vtrisque quandoque sit fidei quoque charitatis & alterius virtutis modica spes: in diuitibus tamen maiores sunt operum misericordiæ, fidelitatis, legalitatis, honoris & honestatis: similiter & exercitationis virtuosæ mansuetudines. Et econtra in pauperibus omnium vitiorum mansiones: sicut communiter videmus, fures & latrones inter ipsos ac alios malefactores, & vitam turpiter finientes. Et viinam per Prætoris iustitiam hic in mundi vltimo supplicio plecterentur, vt sic per infinitam misericordiæ Dei benignitatem, finaliter pœnitentes saluarentur in alio seculo. De quo pleniùs scripsi suprà in lib. de anno Iubilæo.

Diuites abundare operibus misericordiæ.

Pauperes & hic & illic affliguntur.

Sed ad præpositum, & ad Sancti Augustini dictum, qui ait, Si scirem patrem meum, &c. dicimus, quòd scire, est rem per experientiam cognoscere: prout Christus vitam & finem illorum nouit, de quibus dixit: In peccatis vestris moriemini, Iohannis 8. cap.

Scire est experiri.

Et S. Brigitta supradicta permissione diuina vidit sui nepotis in inferno tormentum. Et Lazarus pauper vidit diuitem in inferno sepultum. Et Paulus sursum gaudia cœlorum.

Sed pro nunc nos mortales de tali scientia seu experientia non loquamur: sed defunctorum remedia largiter prosequamur. Quia secundum Doctorum sententiam, nullum bonum irremuneratum, & nullum

lum malum remanet impunitum.

Nullum bonū manet irremuneratum.

Tenet etiam, quòd damnatorum pœna potest aliquando minui, vt quando quis iniunctam pœnitentiam non adimpleuit, de istis potest iuuari, sed non pro illa pœna, pro qua damnatus est. Sic etiam puto per rerum malè ablatarum restitutionem, damnatum mitiùs pati.

Damnatorum pœna potest minui.

Summariè igitur ad thematis principalis materiam redeundo, quod diximus de diuite, similiter & de potente: quod propterea non omnis diues & potens, tanquam damnatus, nostro sit iudicio detestandus, ex eo quod CHRISTVS dixit: Facilius est, camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum DEI, Lucæ 18. capitulo. Nam hæc verba, vt exponit venerabilis Beda Presbyter, salubrius sunt intelligenda, quoniam multi sancti diuites, & potentes veteris Testamenti, & etiam noui, leguntur cœlestibus gaudijs fore fruentes.

Quomodo diuites & potentes difficulter saluentur.

Sed loquamur cum Paulo: Nihil ad nos de his qui foris sunt. 1. Corinth. 5. Et habet in capit. gaudemus. de diuort. ac si diceret: Dimissis subtilitatibus, parentia, & non latentia: & tantùm præsentia, in quantum fieri potest, nobis pronunc perscrutari licebit. Et prout præmisimus de diuitum conditionibus in præsentiarum de gentibus patet, quòd tam viui quàm defuncti fructuosiores de diuitibus quàm de pauperibus recipiunt dietim vtriusque vitæ consolationis vsus.

Qui foris, nihil ad nos.

Diuites abundare comparatione meritorum.

Vnde diuites olim, & præsertim Principes, & generosiores Nobiles, Ecclesias, & Monasteria, præbendas & pauperum Hospitalia per singulos quoque dies pro viuorum & defunctorum salute Diuinorum officia largè desuper Eleemosynarum perpetua donatiua constituerunt: & solenniter dotibus & donationibus firmauerunt, quibus ad præsens pauperes gaudent, & gaudebunt: & sic similiter pauperes Christi vniuersalis Ecclesiæ, qui pauperes Spiritu dicuntur. Et ipsorum est regnum cœlorum, qui fundamenta in montibus Sanctorum construxerunt, vt fuit S. Franciscus, S. Dominicus, similiter & S. Augustinus, & quàmplures alij pauperes Doctores, præcepta Domini prædicantes, & conscribentes: quorum non est numerus. Et quis inter diuites & pauperes omnes sit saluus, nouit ille, qui creauit omnia solus.

Qui fundamēta in mōtibus Sanctorum construant.

Potentes in hoc seculo cōparantur lapidibus in ludo Scachorum.

Sed adhuc vnum restat dicendum de mundi potentioribus. Nam propriè tales cum sibi subiectis collocari videntur, prout in ludo Scachorum, signacula siue lapides, mundi status designantes, ordinatim iuxta suarum dignitatum qualitates castramentati disponuntur. Ita videlicet, vt Rex & Regina locum habent eximiorem.

Hinc Senatores, consequenter milites, & terrarum Marchiones: hinc pedones, qui plebeiorum iuxta singulorum status designant, vt sint simul in vnum diues & pauper.

Et

Et dum hi iuxta ludi talis, imò cursum mundi suas castrorum acies, & bellorum effigies nobiliter ritus & apparatus perfecerunt, Regem & Reginam cum cæteris ludentibus ad vnum saccum proijciunt, & secundum quod sors meritorum dederit, forsitan Rex & Regina, & seniores, aut alij potentes cum pedonibus ad profundum sacculi perueniunt, & pedentes sursum transire compellunt, prout ipsos despiciendo in hoc seculo suppresserunt.

Reges Reginęque cum equitibus & satellitibus in vnũ saccum conijciendi veniũt.

Sacculus autem iste mors fore concernitur, quæ omnia concludere videtur, & terribilis est: & secundum Philosophum, est vltimum terribilium, & maximum inter terribilia sustinenda, & etiam terribilis est prolationis, quoniam à nullo ritè declinatur.

Mors est vltimum terribilium.

Propterea Doctor meus olim Bononiæ in cathedra dixit, dum titulum de testamentis, quæ morte confirmantur, legere prædisposuit, & more sub Rubricam continuauit, & ait: Sicut mortem nemo declinare potest, sic hoc verbum, morior, nullus ritè declinare valet. Quis est, qui dicat morior, aut morimur præsentialiter in veritate, vel alia descendentia iudicatiuè: cum inter vitam & mortem non sit medium de tanto momento, vt fiat tantæ prolationis continuatio.

Mors est terribilis declinationis: quia non ritè declinare potest.

Dicunt etiam aliqui, quod vero modo dicimus morior, aut morimur, quia iam sumus vt mortui. Sicut dicimus fatuum, cui inest fatuitas, & album cui inest albedo. Sic ille dicitur mortuus, cui inest mors, & dicat

Morimur indies, quia mortui reputamur.

dicat continuò, morior. Vnde Salomon, nos nati continuò desinimus esse. Sap. 5. Et omnes morimur, & quasi aqua dilabimur super terram, 2. Regum 14. Vnde in Apocalypsi, capite 14. Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur, sed quis est hic, & laudabimus eum?

Vnde quidam Doctor Theologiæ famosus, nuper in Heydelbergensi Vniuersitate in die Parasceues sermonem fecit latißimum, in cuius præsentia quatuor Principes & quinque Principissæ cum magno populo fuerunt subsistentes, & inquit post multa nobilium & plebeiorum actionis & conditionis prædicamenta. Credo: imò firmiter teneo, quod de Principißis, sicut & de cæteris bonis ac honestis mulieribus sit spes æternæ salutis. Sed quòd de Principibus nulla sit spes æternæ salutis, nisi moriantur in cunabulis.

Principissas quidem saluari posse, est vix Principes, nisi moriantur in cunabilis.

Et hoc omnia dicere possemus de potentatibus infinitis siue sint spiritualium aut temporalium prælationum prærogatiua muniti: Et vt diximus de terrarum Regibus & Principibus, ita dicamus similis apud inferos commixtionis subuersionem: Vt puta de Papa, Præsulibus, & Prælatis. Et potentes potenter similiter cruciantur pro demeretis: De quibus dixit lamentando Iustinianus Imperator in lege sua, quoniam potentioribus pares esse possumus. Et dixit Azo in glossa, contra potentiores iura nulli faciunt honores: ac si diceret, non iura, nec leges, sed potentia regit omnium terrarum fines.

Iustinianus Imperat. lamentatur de statu suo.

Iura nulli faciunt honores contra potentiores.

Et

Et sic huius collationis materiam concludamus, ne legentibus tædium inferamus: qui similiter meæ simplicitati parcant, & huius Scripturæ compendium corrigant: Et hoc necessariò, cùm ego Fœlix, Doctor inutilis, scripserim illud in loco solitario, libris debitis non armato, Dei tamen omnipotentis munimine præsentialiter & misericorditer fulcito. Qui viuit & regnat sine termino.



QVAESTIO DE STRIGIBVS, PER EXIMIVM SAcrarum Literarum Professorem F. Bartholomæum de Spina Ord. Prædicat.

Sacri Palatij Apostolici Magistrum.

CAPVT I.

Proponitur quæstio, & inducuntur argumenta quatuor, quæ generaliter probare videntur, partem quæstionis falsam. Omnia inquam, quæ narrantur de Strigibus non in veritate, aut in corpore: sed per phantasticas visiones, aut in somnis diabolici spiritus illusione contingere.



VAERITVR, an maleficæ illæ personæ, quæ vulgo Striges dicuntur, ea verè corporaliterq́ faciant, ac patiantur, quæ se facere patíque fatentur, an certè credendum sit illusionibus easdem diabolicis adeò desipere, vt putent in vigilia sibi contingere, quæ contingunt in somnis. Et videtur quòd, vt præfertur, à Diabolo sint deceptæ.

Quod

Quod quidem probatur primò concilij Acquirensis authoritate, in quo, vt registratur in Decretis. 26. q. 5. can. Episcopi. sic decernitur. Non est omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres, retrò post Satanam conuersæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt se & confitentur cum Diana nocturnis horis, Dea paganorum, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierũ, equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia intempestæ noctis silennio pertransire, eiusq; iußionibus obedire velut dominæ, &c.

Primum argumentum pro parte falsa.

Herodias vt Circe habetur choraga.

Vbi patet per Concilium determinari, quòd hæ sunt illusiones Diaboli, & quod in phantasia solum perficiuntur. Quod manifestius etiam apparet per ea quæ ibidem paulo pòst habentur in verba hæc: Sacerdotes per Ecclesias sibi commissas populo Dei omni instantia prædicare debent, vt nouerint hæc omninò falsa esse: & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari arbitramur. Siquidem ipse Satanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiuscunq; mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem sibi subiugauerit, illico transformant se in diuersarum species personarum atque similitudines: & mentem quam captiuam tenet, in somnis deludens, modò læta, modò tristia, modò notas, modò ignotas personas ostendens, per quæque deuia deducit: & cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo sese, sed in corpore euenire opinatur, Quis enim in somnis & nocturnis

In somnis extra nos ipsos ducimur,

visionibus non extra seipsum deducitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, qui in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitratur?

Ezechiel in spiritu, non in corpore vidit visiones.

Cum Ezechiel Propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit & audiuit: sicut ipse statim inquit: Fui in spiritu. Et Paulus non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annunciandum est, quod qui talia credit & his similia, fidem perdit.

Et infrà: Quisquis ergo credit, posse fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut deterius immutari: aut transformari in aliam speciem, aut in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, & pagano deterior. hæc ibi.

Per prædicta igitur verba manifestatur non solùm esse falsum, quod tales personæ corporaliter ad ludum illum Diabolicum portentur, vt faciant quæ vulgo dicitur eas facere: verumetiam esse hæreticum, quemcunque talia credentem fieri, vel etiam posse fieri corporaliter virtute Dæmonis: & asseritur, quod hæc omnia & his similia, in solo spiritu, & in somnis duntaxat fiunt. Assertioni autem & determinationi Sanctorum conciliorum contradicere, vel etiam non acquiescere, hæreticum est, etiamsi concilia particularia sint, extra de hæret. cap. Ad abolendam. ergo &c.

Etiam concilijs particularibus contradicere hæreticum est.

Secundũ argumentũ ad idẽ.

Secundò idem probatur ex his quæ narrantur à tali-

talibus personis fieri in tali cursus eorum phantastici statu. Dicunt enim, quod ingrediuntur domos nobilium & diuitum, & ibi comedunt & bibunt: & quod tanta quandoque est eorum multitudo, vt dicant se vegetes magnas vino pretioso euacuasse: casei formas magnas, vt vocant, consumpsisse: boues pinguissimos mactasse, & assatos edisse: & isthæc plurima fecisse, quæ ex duplici capite falsa deprehenduntur.

Primò quidem, quia (vt eorundem etiam testimonio comprobatur) cùm redeunt de cursu, ferè semper inueniunt se afflictas, & non secus ac illis noctibus, quibus ad cursum non deportantur, famelicas: quod tamen esset contra naturam. Famelicæ redeunt Sagæ à conuentibus.

Secundò, quia in domibus illorum nobilium, in quibus asserunt prædicta consumere vel consumpsisse, nihil vnquam inuentum est defecisse, ciborum vel vini, nullum bouem, vel aliud quodcunque animal fuisse, ergo hæc omnia conuincuntur illusiones esse Dæmonum vel somnia, eis quæ leguntur in historia sancti Germani non dissimilia: quando hospitatus in quodam loco vir sanctus, cùm post cœnam iterum pararetur, admiratus, interrogauit, cui de nouo præpararent: cui cùm dicerent, quod bonis illis mulieribus, quæ de nocte incedunt, præpararent, illa nocte sanctus Germanus statuit vigilare: Et ecce vidit multitudinem Dæmonum ad mensam in forma hominum & mulierum venientem: quibus præcipiens ne abirent, cunctos de familia excitauit, inqui- Historia de S. Germano.

rens, si personas illas agnoscerent: Qui cùm omnes vicinos suos, ac vicinas esse dicerent, misit ad singulorum domos, Dæmonibus præcipiens ne abirent: & ecce omnes qui videbantur ibi comedere, in proprijs lectulis sunt inuenti. Adiurati ergo qui aderant, se esse Dæmones dixerunt, qui sic hominibus illudebant: vnde patet propositum apertißimè.

Tertium argumentum ad idem.

Tertiò, probatur hoc idem per alia, quæ ab eisdem flagitiosis personis narrantur: quæ credere accidisse, aut etiam fieri posse, hæreticum est, aut fatuum. Dicunt enim, quod illa domina cursus, quam striges, qui Feraria sunt, vocant sapientem Sibyllam, quæ videlicet in illa multitudine præesse videtur, sicuti iuxta prædictum cap. Episcopi. Herodias vel Diana: desiderat tangere aquam fluminis Iordanis, quo loci congregantur, vt aiunt. Et licet ad hoc plurimum conetur, nunquam tamen præualet eam tangere, sed fluuius ipse potius exsiccatur. Qua de re sic illa irascitur, vt à facie eius oporteat omnem illam multitudinem statim aufugere: alias, omnes ab ea protinus necarentur. Causam autem quare tantopere tangere desiderat aquam illam, hanc afferunt, quia si posset, inquiunt, hoc consequi, vt tangeret aquam, fieret tunc domina totius mundi. Et sic dicunt omni nocte accidere, qua sic in cursu conueniunt, bis videlicet in hebdomada. Quæ quidem omnia, quantum qualémue sapiant vanitatem, sapientes iudicent.

Sapiens Sibylla, Domina cursus strigũ.

Sibylla auet tangere flumen Iordanis.

Quartum argumentum ad idem.

Quartò, idem etiam confirmatur ex narratione ipsarum de his quæ videntur etiam apertam impos-

ſibilitatem præferre: & ob hoc non niſi deluſoria eſſe cenſenda. Dicunt enim, quod poſtquam comederunt aliquem pinguem bouem, vt ſuprà relatum eſt, vel aliquam vegetem vino, vel arcam, ſeu cophinum panibus euacuarunt, & conſumpſerunt ea vorantes, domina illa percutit aurea virga, quam manu geſtat, ea vaſa vel loca, & ſtatim, vt prius, plena ſunt vini, vel panis, ac ſi nihil inde fuiſſet aſſumptum. Similiter congeri iubet oſſa omnia mortui bouis ſuper corium eius extenſum, ipſumqúe per quatuor partes ſuper oſſa reuoluens, virgaqúe percutiens, viuum bouem reddit vt prius, & reducendum iubet ad locum ſuum. Cùm igitur hæc eſſe videantur miraculoſa opera, quæ à ſolo Deo ſeu diuina virtute fieri poſſunt, vt ſacri Theologi vnanimiter determinant: talia Diabolo attribuere, hæreſim importare videtur, vel certè deluſoriè omnia contingunt, quod eſt propoſitum.

CAPIT. II.

Duo argumenta producuntur ad idem, quæ ſpecialiter probare videntur, ſtriges ad ludum Diaboli cum vnctione, vel alio maleficio facto non portari. Inde vnicum pro parte quæſtionis vera ſubnectitur: quo fit, vt tota quæſtio dubia reddatur.

QVINTO, nonnullis experientijs ſpecialiter oſtenditur eſſe falſum, quòd ſtriges portentur à

Diabolo, facta quadam vnctione, vel quocunque alio modo, ad ludum, vel ad loca distantia.

Et primò quidem inducendum est id quod accidit Illustri Principi N. etiam temporibus eorum, qui adhuc supersunt. Cum enim strix quadam in carcere Inquisitoris cuiusdam conuentualis detineretur, quæ fatebatur se multotiens ad cursum esse delatam, desiderauit ille Princeps hæc audiens experiri si vera hæc essent, an potius somnia. Et aduocans D. Inquisitorem, illum tandem induxit, vt permitteret coram eis, & coram multitudine ad idem astantium nobilium, adductam mulierem se perungere suo quo vtebatur vnguento, & viderent si verè à Diabolo visibiliter vel inuisibiliter apparente, per aëra portaretur ad cursum. Quod cùm Inquisitor (& si perperam) admisisset, & illa coram eis profiteretur se ituram, seu portandam à Diabolo, si inungeretur vt suprà: inuncta sæpius, stetit immota: nec vnquam ei quicquam insolitum contingere potuit: cuius rei hanc etiam vsque diem perseuerant plures nobiles testes de visu. Ex quo facto patet esse falsum, quod portentur ad cursum pro voto striges, sed quod aliquoties eis videatur sic deportari, contingit ex delusione Diaboli, cuius rei plura alia testimonia, exemplaq; libet nunc subinferre, quæ etiam temporibus nostris contigisse feruntur.

Exemplis quibusdam comprobat, Sagas non deportari.

Dominus Augusti de Turre, Bergomensis, Medicus suo tempore celebratissimus, mihi superioribus annis in domo sua Bergomi retulit, quod cùm iuuenis Paduæ studeret, quadam nocte circa sextam horam

ram domum cum ſodalibus ſuis rediens, & pulſans, cum nemo reſponderet, aut aperiret, tandem per feneſtram, ſcalæ conſcendens, domum intrauit: & ancillam inquirens, reperit iacentem in cubili ſuper terram ſupinam, nudatam veluti mortuam, & penitus inſenſibilem, ita vt nulla potuerit arte per ipſum excitari. Facto mane, ab ipſo, quæ ad ſenſum redierat, ſciſcitata, quidnã illa nocte paſſa fuiſſet: tandem confeſſa eſt ſe delatam ad curſum. Ex quo manifeſtè patet, quòd non corporaliter, ſed in ſpiritu vel in ſomnis ita deluduntur, vt putent ſe longius deferri, quæ immobiles domi reſident.

Huic ſimile mihi Salutijs retulit ſuperioribus annis D. Petrus Cella, olim vicarius Marchionatus Salutiarum, qui ſupereſt adhuc, de quadam ſua etiam ancilla ſimilia paſſa, ſimilitérque ab eo deprehenſa deludi. Sed & fama publica apud noſtros fertur, quod cùm in diœceſi Cumana officium inquiſitionis exercetur à noſtris, contigit in caſtro, quod Luganum appellatur, vxorem notarij inquiſitionis iudicialiter accuſari, quòd eſſet ſtrix, atque malefica.

Turbatus eſt autem mirum in modum vir eius, eo quod ſanctam eſſe putaret. Diſpoſitione autem Domini mane diei Veneris ſancti, dum vxorem non inueniret, in ſtabulum porcorum conceſſit, & ibi nudam verendaq; præmonſtrantem, & penitus inſenſibilem in quodam angulo reperit, limo porcorum reſperſam. Iã igitur certior fermè factus de eo quod cre-

dere-

dere non poterat, arrepto gladio subita ira voluit eam occidere. Sed in se rediens, paululum substitit vt videret finem. Et ecce post modicum temporis ad sensus suos illa reuersa, viso marito sibi mortem intentare, coram ea prostrata est: & veniam petens promisit quòd omnem ei veritatem panderet, & confessa est, quod iuisset illa nocte ad cursum, &c. Maritus autem hæc audiens statimq; recedens, eam apud inquisitorem accusauit, vt ignibus traderetur. Quæ illico inquisita, nusquam comparuit. Putant autem, quod in lacum, super cuius ripam terra illa sita est, se immerserit.

Fertur etiam, quod quædam mulieres, cum eadem ratione se perungerent, vt videlicet ad ludum deportarentur, à nonnullis clam spectantibus, visæ sunt quasi somno statim oppressæ in terram cadere et ibidem per plures horas immobiles permanere, cùm tamen eædem in se reuersæ postmodum affirmarent, ad cursum, vt optabant, se tunc temporis fuisse deportatas.

Videtur autem quod per talem vnctionem id contingat his strigibus, cuius simile recitat diuus Augustinus 18. de ciuitate Dei, cap. 28. accidisse cuidam nomine Præstantio, cuius filius eidem sancto Doctori retulit, quod præfatus eius pater quadam vice venenum quoddam sumpsit comesto caseo malis artibus composito: & statim iacuit in lecto quasi dormiens: qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot autem dies eum velut euigilasse dicebat: &

quasi

quasi somnia narrasse, quæ passus est, capellum scilicet se factum, annonam inter alia iumenta baiulasse militibus, quæ dicitur retica, quoniam ad retias deportauit: quod ita vt narrauit factum fuisse, compertum est.

Sicut igitur huic Præstantio per caseum maleficum, ita strigibus per vnguentum prædictum diabolicum possibile est accidisse, vt accidere somnium vehementissimum, & somniare se ad loca deportatas longinqua, in catos conuerti, vel quæcunque alia facere etiam vel pati, quæ postmodum se putant in veritate fecisse, vel passas esse. Vnguẽtorum Diabolicorũ vis.

Neque iudicandum est hoc esse contra naturam omninò: cùm etiam quibusdam vnctionibus medici quandoque naturaliter somnum vehementissimum inducant inunctis (vt semel ætate nostra contigit) temporibus infirmi, qui nullatenus antea poterat somnum capere.

Ex quibus omnibus & innumeris alijs experientijs clarissimè patet, quod vel aliquid tale quandoque naturaliter potest accidere: vel tales sunt dæmonum illusiones: & quod non in corpore, sed in somnis & in spiritu fiunt ac videntur, quæcunque ab his personis fieri vel videri narrantur contra naturam.

Sextò probatur, striges non esse Diabolo ineuitabiliter obligatas, non conuerti in catos, non occidere pueros: quæ tamen omnia istæ infideles fœminæ asserunt accidere, vel se operari, dum sic deportari se dicunt à Diabolo. Affirmant enim, quod illi qui semel Sextum argumentum ad idem.

mel se obligarunt supradictæ dominæ cursus, non possunt vlterius ab obligatione illa resilire: quod libero arbitrio derogare, & consequenter hæreticum esse, imò contra naturam manifestum est. Item, quod promittunt strigare omni tanto tempore, puta omni quindena vel menstruo, saltem puerum vnum siue puellam, & quod id optimè seruant: Quod etiam vadunt per domos infantium, quos impetere volunt, ingredientes & saltantes in forma catorum per fenestras atque caminos, & super lectum puerorum ascẽdentes, eorum sanguinem sugunt à digitis manuum, atque pedum, ab ore stomachi, à fontanellis, & alijs eorundem corpusculorum partibus delicatis: qui tandem hac de causa post paucos dies deficientes moriuntur.

Promissio Strigum de strigãdo.

Dicunt etiam, quod domum propriam reuertentes, accipiunt quandam calamitatem de subliminari ostij domus suæ, quam calamitam ipse ad hoc ibi dum abeunt in cursum, relinquunt, vt in reuersione eam accipientes, statim in propriam formam (vt sibi videtur) redeant fœminarum, à forma qua sibijpsis videbantur cati. In quo quidem facto vel est hæresis in prædicto cap. Episcopi. damnata, quòd videlicet vna species creaturæ transformetur in aliam: vel certè maxima Dæmonum delusio, si hæc fiant in spiritu tantum, seu in somnis.

Calamita ad strigandum.

Nec est verisimile, quod tantum sanguinis à pueris sugant, ipsis non sentientibus, vel etiam eorum parentibus non aduertentibus, cùm præsentes sint,

boris

horis præsertim nocturnis, quando ista dicuntur contingere: vt inde necessario mors sequatur. a Aliâs sequeretur, quod innumera multitudo puerorum ita periret: cùm tamen sint rarißimi, qui videantur tali morte decedere. Dicunt enim quod est innumerata strigantium multitudo promiscui sexus, & quod quilibet tenetur qualibet quindena, vel saltem quolibet mense vnum maleficiare puerum, vt supra inductum est. Innumerabiles igitur quolibet etiam mense morerentur: quod non apparet.

a Vnde sequitur speciem falsitatis habere, iuxta ea quæ habentur in c quia verisimile de præsumpt.

Nec valet dicere, quod ab eisdem strigantibus, vel ab alijs etiam strigibus postmodum curentur: tum quia ipsæ striges communiter fatentur, quod nollent eos ab aliquo curari, & quod pro suo posse intendunt eos occidere: tum quia quædam, quæ dicebat se curare tam eos, quos ipsa strigebat, quàm ab alijs strigatos, fatetur ex alia causa in eodem processu per me facto contra eam, quod ipsæ quæ stringant, nollent quenquam curari. Ex qua etiam dictorum contradictione (volebat enim ista curare propter lucrum) patet manifestè, quod ista positio nulla veritate subsistit. Non videtur etiam consonum diuinæ clementiæ, vt tot innocentes pueros ab his maledictis personis pro earum occidi voluntate permittat. Ex his igitur omnibus quam clarißimè patet propositum.

An striges strigatos curent.

In contrarium faciunt infiniti penè processus Inquisitorum, & iustitia facta per eos cōtra tales personas

Argumentum pro parte quæstionis vera.

nas, quasi veraciter & corporaliter vadant ad cursum: & ibi fidem abnegent atque Baptismum, conculcent crucem, ac sacrum Christi corpus contumelijs, opprobrijs & horrendis vituperijs afficiant. Quæ quidem omnia si non verè, sed in somnis fierent, iniustissimi iudices essent Inquisitores, & non iustitiam ministrarent, damnando tales extremo supplicio. Et cùm Ecclesia id cognoscat & toleret, seu etiam eis faueat, & à Principibus & populis ad id exequendum Inquisitores inducantur & animentur, patet quod hæc non sunt tantum somnia, sed corporaliter & in vigilia prædicta horrenda scelera ab his maledictis personis perficiuntur: cùm præcipuè Inquisitores sint sapientia naturaliqúe prudentia communiter præditi, viri Ecclesiastici grauissimi, & probitate vitæ viri religiosi. b.

Pro Inquisitorum actibus præsumendum.

b Vnde pro eorum actibus præsumitur, iuxta text. not. & lib. Abba. in cap. nisi essent. de præben. & glos. in l. Titio fundus. ff. de con. & de. & in religiosis, est text. aureus in cap. 2. ibi. quod non fecissent, cum glo. de no. oper. nun. & per glos. in cap. de præsentium. 16. quæst. 1. & Felyn. in c. super his col. pen. in fin. de Accusat.

CAPIT. III.

Plurima maleficiorum genera officio Inquisitionis atque iudicio subiecta ostenduntur, de quibus tamen non esse principalem huius operis intentionem differere, manifestatur.

Pro

PRO *determinatione quæstionis huius præmittendum est, quòd hic non intendimus de toto superstitionis genere differere, vtrum verè contingant, quæ circa illud supra facultatem humanæ naturæ fieri videntur: an certè delusoriè phantasticéue. Iam enim exploratißimum esse puto, vel mediocriter erudito, imò etiam cuique rudi, nisi ex toto desipiat, his sceleribus totum penè orbem esse fœdatum, cùm idipsum quotidiana præmonstret experientia: tum etiam quia contra tales tam diuinæ leges desæuiunt, quàm humanæ: Siquidem contra Maleficos clamat Dominus, Exod. 22. Maleficos non patieris viuere: Similiter contra eosdem, nec non contra magos & ariolos, incantatores, pythones & diuinationis Spiritum habentes, in diuinis literis extrema etiam pendet sententia. Nam Deuteron. 18. sic dicitur: Non inueniatur in te, qui ariolos sciscitetur, aut obseruet somnia atque auguria: nec sic maleficus, nec incantator, nec qui pythones consulat, nec diuinos: & quærat à mortuis veritatem. Leuit. quoque 19. sic dicitur: Anima quæ declinauerit ad magos & diuinos, & fornicata fuerit cum eis (hoc est, illorum sceleribus communicauerit, & per hæc illorum auxilium implorauerit, ac peßimis eorum artibus vsa fuerit) ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi mei: Et in eodem lib. c. 20. sic dicitur ex ore Domini: Vir vel mulier, in quibus pythonicus vel diuinationis spiritus fuerit, moriatur: lapidibus obruent eos.*

Leges diuinæ contra maleficos.

Canones & Doctores Ecclesiæ contra Maleficos.

Sacri quoque canones, sancti Doctores Ecclesiæ, ac sacri Theologi de huiusmodi superstitionum ac diuinationum genere abundantissimè tractantes, omnia talia esse scelera nefandissima, extrema vltione digna definiunt: vt præcipuè patet 26. quæstio. 5. per diuum Augustinum in lib. de doct. Christiana. & registratur in eadem causa quæst. 2. Illud. & in libr. de natura Dæmonum, vt ibidem habetur. quæst. 4. c. Igitur, & c. Sciendum. In pluribus quoque libris de ciuita. Dei, eiusdem sancti Doctoris, videlicet libr. 7. cap. vlt. lib. 8. cap. 29. lib. 10. cap. 9. lib. 18. c. 17. & 18. & lib. 21. cap. 7. Diuus quoque Thomas hæc opera nefandissima verè fieri ab his sceleratissimis hominibus, in pluribus doctrinæ suæ locis declarat, & præcipuè, 2. 2. quæst. 93. & 92. Tertiò contra Genti. cap. 104. & 105. Secundò sententiarum. dist. 7. Pot. q. 6. art. 6. Ma. quæst. 16. art. 9. 10. 11. Cum eo quoque concordant omnes sacri Theologi in eandem distinct. 7. 2. sententiarum. c Vnde etiam ab Ecclesia speciale impedimentum matrimonij ponitur maleficium, quod non nisi per has artes, Diabolica interueniente virtute, perficitur, de quo diuus Tho. pertractat, in 4. dist. 34. cum alijs Theologis ibi.

c De hoc, si lubet, vide latè in decisi. Capellæ Tholosanæ. q. 380. incip. Quędam ætatis per totum.

Leges quoque canonicæ, sicut pro parte inductum est, talia vt nefandissima condemnant opera: contra talium auctores excommunicationis sententiam, aliasqúe varias pœnas promulgando, vel comminando, vt patet præcipuè 26. quæst. per totum, & vt ibi etiam specialiter de diuinationibus & sacrilegijs pertractatur.

Ciuiles

Ciuiles etiam leges contra maleficos & math. multipliciter fuerunt, vt patet præcipuè c. de malefic. & math. contra eosdem grauißimas promulgantes pœnas. Quæ quidem nefandißima opera, si nō verè fierent, sed delusoriè, vanè contra ea fuissent promulgatæ leges, & in legum ipsarum auctores, etiam in ipsum Deum, ista retorqueretur vanitas: quod extrema blasphemia est.

Ciuiles leges contra Maleficos.

Et etiam quæ temporibus nostris fiunt per Diabolicas personas promiscui sexus (quæ quanto vilioris sæpè sunt generis, tanto sunt in sceleribus istis potentiores) maleficia, quòd non in somnis aut phantasticè fiant, effectus ipsi præmonstrant, quos indies videmus ac patimur. Tantáque crescit illuuione pestis hæc grauißima, vt nouas etiam contra tales condere leges quodammodo coacta sit Ecclesia.

Viliores quò sunt homines, eò in hoc genere sceleris sunt peiores.

Vnde Innocent VIII. scribens Inquisitoribus Alemaniæ nec non Iulius II. scribens Inquisitori Bergomensi, sic sanxerunt, vt hæc quæ sequuntur Innocentij eiusdem praeferunt verba : Peruenit ad auditum nostrum, quòd quàm plures vtriusque sexus personæ propriæ salutis immemores, & à fide Catholica deuiantes, cum Dæmonibus incubis & succubis abuti, ac suis incantationibus, criminibus & coniurationibus alijsqúe nefandis superstitionibus, sortilegijs & exceßibus, criminibus & delictis, mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearum vuas & arborum fructus, nec non homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, & alia diuerso-

Epistola Pontificum ad Inquisitores Germaniæ.

uersorum generum animalia: vineas quoque, pomeria, prata, pascua, blada, frumenta, & alia terræ legumina, perire, suffocari, & extingui facere, & procurare: ipsi quoque homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, diris tam intrinsecis, quàm extrinsecis doloribus & tormentis afficere & excruciare, ac eosdem homines ne gignere, & mulieres ne concipere, virosque ne vxoribus, & mulieres ne viris actus coniugales reddere valeãt, impedire: fidem præterea ipsam quam in sacri susceptione baptismi susceperunt, ore sacrilego abnegare, aliaque quam plurima nefanda, excessus & crimina, instigante humani generis inimico, committere & perpetrare non verentur, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, ac perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum.

Et paulò pòst. Nos igitur impedimenta qualibet, per quæ ipsorum Inquisitorum officij executio quomodolibet retardari posset, de medio submouere, & ne labes hæreticæ prauitatis aliorúmque excessuum huiusmodi, in perniciem aliorum innocentium sua venena diffundat, opportunis remedijs, prout nostro incumbit officio, prouidere volentes, fidei Zelo ad hoc maxime impellente, ne propterea contingat prouincias, ciuitates, diœceses, terras, & loca prædicta sub eisdem partibus Alemaniæ superioris debito inquisitionis officio carere, eisdem Inquisitoribus in illis officium inquisitionis huiusmodi exequi licere: & ad personarum earundem super excessibus & crimi-

nibus prædictis correctionem, incarcerationem, & punitionem admitti debere, perinde in omnibus & per omnia, ac si in literis prouinciæ, ciuitates, diœceses, terræ & loca ac personæ, & excessus huiusmodi nominatim & specificè expressa forent, authoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, &c.

Ex his omnibus patet propositum, quod ista non fiant per has sceleratissimas personas delusoriè, vel id eis contingat in somnis: aliâs leges istæ derisibiles essent.

Patet etiam ex prædicta Apostolica determinatione, quod ad inquisitionis officium pertinet, contra tales procedere: quia licet ad Inquisitores Alemaniæ dirigantur literæ: non minus tamen se extendunt ad alios, quàm decretales in corpore iuris ordinatæ, quarum aliquæ ad singulares personas diriguntur: & nihilominus quod in talibus iubetur aut prohibetur, seu quomodolibet ordinatur, pro lege ab omnibus obseruatur, di. 19. Si Romanorum.

Quod etiam patet circa dispositionem & authoritatem officij inquisitionis promulgatam in c. Vt officium, de hæret. in 6. ad omnes Inquisitores simpliciter se extendentem: tametsi literæ aliæ non fuerint directæ nisi Inquisitoribus vnius determinatæ prouinciæ: quam etiam fuisse prænominatam in eisdem Apostolicis literis, insinuant verba paragraph. 1. vbi dicitur, Mandamus quatenus vbique in præfata prouincia. &c.

ADDITIO. Sed aduerte, quia ad hoc re-

ſponderi poſſet, quod ideo diſpoſitio d. ca. vt officium pro lege ab omnibus Inquiſitoribus obſeruari debet, quoniam reperitur in volumine iuris redacta: & ita glo. expreſſe dicit in l. 2. Vbi Bart. & Doct. ſequũtur. C. de legi. Secus videtur in hac conſtitutione, quæ extra corpus iuris reperitur. benè faciunt not. per Pau. de Caſt. in l. 1. ff. de conſt. prin. vbi vult, quod epiſtola principis tunc demum habeat vim legis generalis quando clauſa eſt in corpore iuris. Et ſequitur Decius in rub. extrà de reſcri. col. 2 Et eſt de mente Bart. in parag. fi. in 1. conſtitut. cod. & in d. l. 1. Vbi etiã Albe. & idem in ſimili dicit Hoſtien. in auth. cùm ſuper. de ſepul. quem ſequuntur Fely. & Dec. in c. 1. col. 4 de conſtitut. Et hoc modo declarari debet dictum Angel. in l. item viuunt. paragraph. cæterum, de peti. hær. vbi vult, quod epiſtola principis habentis poteſtatem condendi legem, pro lege in ſimilibus caſibus obſeruari debet. & ſequitur Barb. in c. 1. col. 2 de proba. vbi etiam Fely. col. 5. quia procedit quando epiſtola eſt in corpore iuris redacta. licet de hoc dubitet Iaſ. in l. ciuitas. col. 4. ff. ſi cer. pet.

Quando epiſtola principis vim legis obtineat.

Puto tamen non eſſe recedendũ per iſta ab opinione huius reuer. patris, quoniam conſiderandum eſt, quod ante hanc conſt.

Inno.VIII. Inquiſitores hæreticę prauitatis habebant poteſtatē ſuper huiuſmodi maleficis & ſuperſtitioſis, quia talia ſapiunt hereſim manifeſté. vt no. gl. in c. accuſatus, paragraph. ſane, de hęr. in 6. & Apoſtaſiam, quæ ſpecies hæreſis eſt, vt not. Inno. in c. 1. de apoſta. Et hoc eſt, quod hāc poteſtatem habere Inquiſitores ſupponit ipſe Innoc. VIII. prout eleganter præfatus Reueren. Pater probat infrà ſtatim. Vnde ſequitur, quod cōſtitutio iſta eſt declaratio iuris antiqui, non autem nouum ius inducit.

Quod etiam patet: quia facta eſt in reſponſione ad conſultationē Inquiſitorum Alemaniæ: quo caſu non cenſetur Papa nouum ius condere, ſed antiquum declarare. Sicut gloſ. not. in c. Conſultationi, de tempor. ordin. & in c. Ex tua, de fil. preſbyt. Quam Abbat. ſequitur in c. fin. col. 2. de re iud. cum ſim. vt conſtit. tradit in ſing. ſuis in verb. conſultatio. Et Felyn. in d. c. 1. col. 4. Et propterea ſuccedit, quod talis declaratio iuris cōmunis facit ius generale, licet verba dirigantur ad Inquiſitores Alemaniæ, prout expreſſe tradunt Felyn. & Decius in d. c. 1. col. 4. de conſtit.

Nec obeſt verbum Statuimus, poſitū in d. conſtitutio. de cuius natura eſt inducere ius nouum. cle. fi. cum gloſ. de reſcription. *Statuit, qui nouum ius inducit.*

& tradit Bartol. in c.2.col.2 de re iud. quoniam ſecundum materiam ſubiectam accipi debet, vt Abb. & Mod. tradũt in d.c.2.

Et prædicta comprobantur: quoniam quãdo Papa conſulitur ſuper caſu ſeu quæſtione pendente in propoſito, etiamſi per verba alia nouum ius indicantia reſpondeat: cenſetur tamen antiquum ius declarare, non nouum condere: quia de natura noui iuris eſt, quod ad caſus futuros referatur, 6. fin. de conſtitut. & ita expreſſe declarat Decius in c. paſtoralis col.2. de exception. Pro quo allego bonam gl. in c. fin. in verb. reſpondemus de verb. ſignifi. in 6.

Vltra quod & ſecundò fortè attentari poſſet, quod dato, quod conſtitutio illa Innoc. VIII. contineret ius nouum, tamen extendenda eſſet ad alios Inquiſitores: quoniam cauſa immediata eius non fuit particularis affectio erga illos Inquiſitores Alemaniæ, ſed zelus fidei & officij Inquiſitionis, vt in ea expreſſe habetur: quæ cauſa vtiq; in alijs Inquiſitoribus militat, vt nullus ibit inficias. Vnde etiam ad alios diſpoſitio extendi debet, per no. in l. non ſolùm. ff. de in integrum reſtitutio. declarando vt per Bartol. in l.1. col.1. de conſt. prin. & Decius in omnibus cauſis id. col.1. de reg. iur. Primum tamen totius eſt.

Sed

Sed specialiter ex eisdem literis Innocentij habetur, quod Inquisitores illi, quibus ex nomine literas dirigit, seu ad quorum eas instantiam & propter quos eos edidit, etiam ex ipso suo officio poterant contra tales procedere: & consequenter id omnibus Inquisitoribus esse commune, quibus eadem auctoritas impartitur. Reprehendit enim clericos illarum ciuitatum, in quibus Patres illi erant Inquisitores, quod volentes plura sapere quàm oporteat, ipsis Inquisitoribus voluerint impedimentum præstare, ne contra præmissas personas maleficas inquirere possent.

Sic enim ibi dicit Pontifex, post ea quæ supra induximus, interpositis tamen nonnullis: Tamen nonnulli clerici & laici illarum partium, quærentes plura sapere, quàm oporteat, pro eo, quod in literis deputationis, huiusmodi prouinciæ, ciuitates, diœceses, terræ, & alia loca prædicta, illarumque personæ ac excessus huiusmodi, nominatim & specificè expressa non fuerunt, illa sub eisdem partibus minimè contineri. Et propterea præfatis Inquisitoribus, prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis prædictis, huiusmodi Inquisitionis officium exequi non licet: & ad personarum earundem super excessibus & criminibus antedictis, punitionem, incarcerationem, & correctionem admitti non debere, pertinaciter asserere non erubescunt. Propter quod in prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis prædictis, excessus & crimina huiusmodi non sine animarum earundem

Clerici & Laici primo resistebant Inquisitoribus.

rundem euidenti iactura, & æternæ salutis dispendium remanent impunita. Nos igitur, &c.

Ecce quàm acriter eos reprehendit Pontifex, qui impedimentum præstabant Inquisitoribus ne procederent contra tales. Quod vtique summus Pontifex non fecisset, nisi tales reprehensibiles essent. e Neque ipsi impeditores illa penitus reprehensione digni essent, nisi Inquisitores officium suum exercere contra tales potuissent, auctoritate Apostolica communiter officio inquisitionis impartita.

Quod etiam approbatur per alia, quæ habentur in eisdem literis. Nam post prædicta & nonnulla alia, sic in eis continetur: Próque potiori cautela, & infrà, ipsasqúe personas, quas in præmissis culpabiles reperirent, iuxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire, & multare: necnon in singulis prouinciarum huiusmodi parochialibus Ecclesijs, verbum Dei fideli populo, quoties expedierit ac eis visum fuerit, proponere & prædicare: omniaqúe alia & singula in præmissis & circa ea necessaria & oportuna facere, & similiter exequi liberè, & licitò valeant, plenam ac liberam eadem authoritate de nouo concedimus facultatem, hæc ibi.

Notandum est enim in proposito id quod dicitur, de nouo. Iam enim igitur ex sua ordinaria iurisdictione prius eandem facultatem Inquisitores habebant contra tales personas. Sed & quod omne scrupulum in hoc tollit, est, quod prædictæ literæ ad Inquisitores Alemaniæ pro maiori parte tenoris confirmata

mata & directæ sunt bonæ memoriæ Magistro Georgio de Casali, quondam Inquisitori Cremonensi per fœlicis recordat. Iulium II. & eadem demum ad omnes Inquisitores congregationis Lombardiæ ord. Prædicatorum extenduntur per Apostolicas literas fœlicis Recor. Adriani VI. Quarum tenor talis est.

e Quia culpa non cadit in his, quæ non possunt, vel non debēt fieri, vt patet ex no. per Bart in l. quod Nerua. ff. de posi. & Salyc. in l. si nullam. C. de pig. act. per doct. in cap. culpa caret. de reg. iuris.

f Huiusmodi enim dictio, de nouo, vel aliud ibi videtur importare, quam denuo, vt patet cuilibet diligenter consideranti verba Pontificis cum his, quæ proximè dicta sunt.

Adrianus Papa. VI.

Tenor Epistolæ Apostolicæ ad Inquisitores, ne impediātur exequi officium iniūctum contra maleficos.

DILECTE fili Salut. & Apostolicam benedictionem. Dudum vti nobis exponi fecisti per fœlicem Recordat. Iulium Papam III. prædecessorem nostrum, non sine magna tunc animi sui displicentia, accepto, quod per quendam Georgium de Casali ordinis fratrum Prædicatorum professorem, & in Ciuitate Cremonensi hæreticæ prauitatis Inquisitorem deputatum in nonnullis Lombardiæ partibus, & præsertim in locis in quibus dictus Georgius Inquisitor deputatus erat, repertæ fuerunt quàm plures

vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & à fide catholica deuiantes, certam sectam facientes, fidem quam in sacri susceptione baptismatis susceperant, abnegantes, sanctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria super eam perpetrantes, ecclesiasticis, & præsertim Eucharistiæ Sacramentis abutentes, Diabolum in suum dominum & patronum assumentes, eíque obedientiam & reuerentiam exhibentes, & suis incantationibus, carminibus, sortilegijs, alijsq́; nefandis superstitionibus, homines, animalia & fructus terræ multipliciter lædentes: aliáque quam plurima nefanda, excessus & crimina eodem Diabolo instigante committentes & perpetrantes, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, perniciosum quoque exemplum & scandalum plurimorum: contra quas, cum (vt prædictus Georgius tunc asserebat) in dictis locis suæ inquisitioni deputatis, prout ipsius Georgij incumbebat officio, ipse processisset: nonnulli autem tam clerici, quàm laici illarum partium, quærentes plus sapere quàm oporteret, præmissa delicta ad eiusdem Georgij inquisitionis officium non pertinere, temerè asserere præsumentes, in populo errores & scandala seminauerant: sicqúe eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgij officium impedire conati fuerant, prout etiam tunc impediebant, ita quod propter præmissa, personæ prædictæ delicta huiusmodi perpetrantes remanebant impunitæ & aliæ earum exemplo ad similia perpetranda quotidie induce-

duce-

ducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum, dictus prædecessor volens ne inquisitionis officij executio quomodolibet, retardaretur, & labes hæreticæ prauitatis longius venena diffunderet, prouidere, dicto Georgio per quasdam suas in forma breuis literas commisit, & mandauit, quatenus in locis eiusdem Georgij inquisitioni deputatis de excessibus huiusmodi cognoscere, & contra quascunque personas cuiuscunque conditionis & praeminentiæ forent, inquisitionis officium exercere & exequi, ipsasq; personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, vna cum locorum ordinariorum vicarijs, quatenus voluissent interesse, iuxta dictarum personarum demerita corrigere & punire deberet & valeret, secundum modum contra alios hæreticos à iure & sacris canonibus statutum: contradictores quoscunque per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia compescendo. Eos verò qui in præmissis consilium, auxilium, vel fauorem præstarent, præfatus prædecessor eisdem indulgentijs vti & gaudere decreuit, quibus cruce signati contra alios hæreticos, ex indulto Apostolico eis concesso, tunc gaudebant, & vtebantur, prout in dictis literis plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat, non solùm delicta & crimina huiusmodi contra fidem catholicam & Christianam religionem sub iurisdictione Inquisitoris Cremonensis committuntur, & perpetrantur, sed in omnibus alijs locis & diœcesibus

Indulgentiæ eædem, quæ cruce signatis dabantur, etiam conceduntur auxilium præstantibus contra maleficos Inquisitoribus.

bus sub iurisdictione aliorum Inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ in dies perpetrantur & committuntur. Et cùm eadem sint delicta, eadem profectò prouisione & castigatione eis sit iuxta earundem literarum tenorē prouidendum. Quare tu, sicut asseris, in ciuitate Comensi dictæ prauitatis Inquisitor deputatus existis: tam tuo, quàm aliorum omnium dictorum ordinis & congregationis hæreticæ prauitatis Inquisitorum vbilibet consistentium & deputatorum nominibus, fecisti nobis humiliter supplicari, vt literas prædictas ad vos extendere & ampliare, aliasq; desuper oportunè prouidere dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, literas prædictas cum omnibus in eis contentis clausulis in omnibus & per omnia, prout in eisdem literis continetur, ad te & alios ordinis & congregationis huiusmodi Inquisitores, tam in præsentiarum deputatos, quàm in futurum perpetuis futuris temporibus deputandos, ac si tibi & cuilibet dictorum Inquisitorum dirigerentur, & directæ fuissent, Apostolica authoritate, tenore præsentium extendimus: ipsasq; literas tibi & illis vt præmittitur, eisdem auctoritate & tenore concedimus. Non obstantibus omnibus illis, quæ idem Iulius prædecessor in dictis literis voluit non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula loca in quibus de eis fides forsan fuerit facienda deferre: volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd ipsarum transsumptis

ptis manu cuiusque notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ Ecclesiasticæ seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio & alibi, vbi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die 20. Iulij 1523. Pontificatus nostri anno primo. Euangelista. A tergo vero.

DILECTO FILIO MODESTO
Vincentino Ordin. Prædicatorum.

INSVPER *est breue Apostolicum directum Domino Gubernatori Bon. Domino Altobello Episcopo Polensi, impetratum per Reueren. in Christo P. Fratrem Hieronymum Fauentinum ordinar. Prædicatorum, Inquisitorem Parmensem, anno Domini 1524. 18. Ianuar. à moderno Summo Pontifice Clemente VII. in quo mentionem facit de hæresi strigiatus, præcipiens præfato Domino Gubernatori, vt prædicto Inquisitori omnem fauorem præstet contra quosdam infectos prædicta hæresi. Et incipit breue. Accepimus non sine animi, &c.* Hæresis strigiatus.

Hoc autem non narrasset, neque talia iussisset sanctissimus Dominus noster, si tales personæ scilicet striges, quæ iudicantur hæreticæ, non verè essent hæreticæ; vel si ea, quæ per ipsas fiunt, propter quæ iudicantur hæreticæ, solùm essent illusiones Diaboli.

Qua

Quæ quidem omnia non alia ratione constituta sunt, & iudicio Inquisitorum hæreticæ prauitatis commissa, nisi quia tales personæ malignæ per hæc opera, quæ facultatem excedunt humanæ potentiæ, ostendunt se pactum expressum habere cum Diabolo: & consequenter apostatasse à fide catholica, iuxta verbum D. Augustin. 26. quæst. 7. c. Non obseruetis. & secundum diuum Thom. 2. sententiarum. dist. 7. art. vlt. & in ea. dist. eum sequuntur omnes Doctores Theologi. Et super Isa. cap. 3. idem repetit diuus Tho. inducens etiam diuum August. vt & alibi facit, vbi hoc ipsum docet.

Pacta cum Dæmonibus sunt meræ apostasiæ.

Ex hoc autem expresso pacto cum Dæmone habito, apostasiam à fide sapiente, quæ ad hæresim reducitur, vt patet per S. Thom. 2. 2. quæst. 12. artic. 2. in argum. facto in contrarium, dicuntur talia sortilegia & diuinatoria opera maleficorum, hæresim sapere manifestè: & cõtra tales patratores horum operum, Inquisitores habent procedere, vt patet in cap. Accusatus. de hæret. in 6. Et per glos. & Doct. ibi in verbo, saperent. Hoc ipsum igitur quod videlicet Inquisitores hæreticæ prauitatis poßint & debeant contra prædictos maleficos procedere, aliter probare minimè intendo, sed relinquo pro manifesto tam per ea quæ nunc dicta sunt, quàm per alia plura, quæ cuilibet vel mediocriter erudito facilè possunt occurrere.

Qu

CAPIT. IIII.

Quæ sit operis huius principalis intentio, quotúe sint in eodem specialiter declaranda.

Principalis autem nostra intentio in hac quæstione est, ostendere, quòd ea quæ dicuntur fieri à strigibus, vera sunt pro magna parte: pro alia verò, eo tãtum modo vera esse censenda sunt, quo permittit rerum conditio, vt plenius declarabitur, & sic ea quæ contra tales impijssimas personas faciunt Inquisitores, conuenienter & secundum leges procedunt.

Et nihilominus opinio vulgi, vel etiam nonnullorum sapientum, qui tamen sacræ Theologiæ expertes esse cõuincuntur, & ob hoc omnia prædicta simpliciter negant, quæ ad strigum impietatem præcipuè pertinent, licet in multis vana sit & irrationabilis: quò ad aliqua tamen veritati innititur. Eorum enim quæ à strigibus, fieri vel videri corporaliter dicuntur: quædam non eo modo vera sunt, quo ab ipsis strigibus existimatur, vt inferius declarabimus.

Quia verò huius assumpti laboris principalis intentio est, vt ostendamus, quomodo hæc esse vera vel falsa, fidei catholicæ consonet, vel ab ea deuiet: & sic ad Inquisitorium iudicium spectent talia vel non spectent, tria principaliter in hac quæstione probabimus.

Primò, quòd hæc quæ ab his personis asseruntur, non sunt contraria sacræ scripturæ, sed potius secundum eam sunt poßibilia, imò nonnulla his similia in sacris literis panditur contigisse.

Secundò, ex sacris etiam literis deducemus, hæc omnia, quo ad relatum modum, non posse fieri tantùm in somnis.

Tertiò probabimus, esse credendum ab omnibus & nullatenus dubitandum, eo modo ista contingere, quo ab Inquisitoribus asseruntur.

In fine verò quæstionis argumenta in oppositum præinducta soluemus, ostendentes in solutione primi, quomodo prædicta determinatio quæstionis non aduersatur determinationi concilij Acquirensis, neque prædicto ca. Episcopi. imò potius consonet.

Circa primum quoque quod probare intendimus, sciendum est, quòd tria sunt, quæ principaliter asseruntur à strigibus fieri miranda per eas, & à nonnullis decreduntur, quasi vel impoßibilia virtute Dæmonum, vel non facta seu fienda probibitione Diuina. Et tria alia sunt, accessoria pariter, non credita per prædictos.

Primum principale est, delatio corporalis à Dæmone, siue inuisibiliter aßistente, siue in formam cuiusuis bestiæ vel homine transfigurato, etiam per longinqua spacia, vt asseritur. Accessorium huic est, comedere, bibere, corrizare, omnisque generis voluptatibus perfrui, verè & corporaliter Dæmoni in forma magni principis apparenti, obsequi, vel aßistere: fidem quoque Catholicam, sacraque coram eo multipliciter contemnere.

Secundum principale est, apparitio Dæmonum in forma humana, vel etiam bestiali: & patratio Venerei operis

operis cum eisdem pro apparente sextus diuersitate diuersimodè. Accessorium est omne aliud, quod per eos expleri dicitur in tali forma præsentes: puta, reparatio ciborum, aut liquorum, quæ consumpta fuerint: suscitatio apparens animalis cuiusuis extincti atque commesti.

Tertium principale est, apparens conuersio virorum ac mulierum in catos. Accessorium est, strigatio puerorum. Sed tamen hæc omnia, hisque similia (ad sanum tamen intellectum circa illorum aliqua) in sacris literis habentur expreßè, vel deducuntur ex eis apertißimè, vel certè non aduersantur eisdem.

CAPIT. V.

Homines à Dæmonibus posse deferri ad longinqua terrarum spatia itidem facto huic accessoria, sacris literis non contradicere, quin potius congruere.

VT autem manifestum fiat primum principale cum suo accessorio, præsupponenda sunt duo ex doctrina Theologorum omnium. Primum est, quod quò ad motum localem, materia rerum corporalium obedit angelis tam bonis, quàm etiam malis ad nutum: Hoc primo *ponitur ab Augustin. in 3. de* Trinit. *virtualiter, Quòd si huius veritatis plenam probationē forte desideras, vide sanctum* Doctorem *1. quæst. 110. artic. 2. & 3.* Poten. *quæst. 6. artic. 3.* Ma. *quæst. 16. artic. 10. Quod libet 9. artic. 5.*

Corporalia obedire angelis, quo ad motum localem.

Secundum est, quod in Dæmonibus naturalia mansere splendidißima, & in sua prima perfectione. Hoc

In Dæmonib. naturalia mãsisse splendidissima.

docet Theologorum princeps Dion. 4. ca. de diui. no. Pro quo vide Diuum Thom. 1. q. 64. art. 1. 2. d. 7. q. 2. art. 1. Et in quæstionibus, de Dæmonibus diffusè.

Ex his autem duobus manifestè concluditur, quòd tam boni quàm mali Angeli possunt homines deferre corporaliter de loco ad locum sine vlla difficultate.

Quod ex his etiam, quæ per Philosophiam circa cœlorum motum cognoscimus, comprobatur. Qui enim possunt mouere cœlos, sicut de facto Angeli mouent, etiam secundum Philosophos, & magis secundum sacros Theologos, poterunt hominem de loco pro libitu transferre ad quemcunque distantem locum. Licet maligni spiritus cœlos mouere non poßint, non quidem ex defectu naturalis virtutis, sed ex propria culpa, vt dicit S. Tho. Ma. q. 16. ar. 10.

Argumentum à motu cœlorum.

Angeli boni mouẽt cœlos est non maligni.

Secundum sacros Theologos etiam quilibet Angelus montes etiam maximos potest in Oceanum dimittere, si à Deo permitteretur. Cur ergo non poterunt Dæmones, qui bonis Angelis in naturalibus pares sunt, & plures eorum pluribus superiores, etiam montes, & multò magis homines de loco ad locum omni facilitate transferre? Quod quidem esse factum aliquando, in bonis & in malis Angelis in sacris literis habet exemplum & testimonium.

Exemplum quidem de bonis, habemus Daniel. 15. de Angelo, qui capillo capitis apprehensum Abachuc Prophætam ex Iudæa duxit in Babylonem, in modico temporis spacio, & itidem inde reduxit. Quò ad malos verò habemus Matth. 4. de Diabolo, qui dominum Iesum assumpsit

Multi maligni spiritus in naturalibus superant bonos

sumpsit, & statuit eum suprà pinnaculum templi: & inde etiam assumptum duxit supra montem excelsum, ipso Domino permittente ob illius maiorem confusionem, dum in omnibus victus abscessit.

Testimonium quoque de potentia Diaboli ex sacris literis habemus Iob. 41. dicente Domino, quòd non est potestas super terram, quæ ei valeat comparari. Quæ etiam quàm magna sit, apparuit, præcipuè in his, quæ fecit contra ipsum sanctum virum Iob, in imperceptibili ferè tempore. Vt nulla sit ratio, quare non possint omnes Dæmones pari virtute facere quod minus est, deferendo scilicet corpora humana de loco ad locum etiam longinquum. g Vnde si Dromedarij possunt citò deferre homines, vt communiter dicitur: multò magis Dæmones, quorum minimus posset tale quid citius & fortius efficere, quam mille millia Dromedarij simul. Neq; enim lassitudinem aut fatigationem patitur, quod corpus non est. Spiritus non fatigatur aut lassatur.

De bonorum etiam potentia non minori, ratio suadet: necnon historiæ subuersionis quinque ciuitatum in valle maris mortui, Gen. 19. & occisionis exercitus Sennacherib, Isa. 37. apertissimè pandunt.

Item quod supra confirmari potest ex Authentica, & à tota Ecclesia celebrata historia sancti Iacobi Apostoli, dum iussu eiusdem Apostoli Dæmon Hermoginem magum ligatum de domo propria ad domum beati Iacobi per aëra deduxit.

Legitur etiam de sancto Ambrosio, quòd ex Mediolano spacio trium horarum à Dæmone Romam delatus S. Ambrosius à Dæmone spaciū trium ho-

rarum Mediolano Romam defertur.

latus fuit, ipso sancto viro præcipiente, & inde Mediolanum reductus est ab eodem: quatenus potentia Sanctorum super Dæmones ita patefieret.

De deportatione etiam hominum à Dæmonibus per aërea virtute magicæ artis, optimum affert testimonium viridica historia sancti Petri Apostoli, & quòd in Itinerario Sancti Clementis legitur, de illo pessimo viro Simone mago, qui se deportari fecit à Dæmonibus visibiliter per aëra, quasi cœlum conscenderet. Quem Paulus orationibus, & Petrus præcepto facto Dæmonibus, elisit ad terras: & toto fractus corpore expirauit.

Ab exemplo Simonis Magi.

Sed & Necromanticorum vniforme testimonium idem confirmat, cùm Auic. in lib. de Necromantia, vt recitat Augustinus Nyphus in Commen. suo super tertia dispu. dubij. 18. Omitto, quæ narrantur in Malleo maleficiorum, id generis plura. Sufficit enim per hæc innotuisse propositum manifestè.

Dicere autem quòd Deus hæc non permittat in strigibus, est loqui sine ratione: cùm Deus multò maiora mala permiserit, exigēte sic malitia non timentiū eum, prout fuit Angelorum irreparabilis casus: & primorum parentum, imò totius humani generis exitialis ruina. Iudicia quippe Dei inscrutabilia sunt: & illa Deum permittere confiteri debemus, quæcunque comprobantur testimonio fideli accidere, sanctarum præcipuè scripturarum, h virorum sapientum, & multitudinis testium iuratorum sensu non carentium.

Accessorium autem, ipso principali constante, iam exse-

ex seipso patet. Possunt enim homines, sic delati, domos ingredi præapertis ianuis à Dæmone vel fenestris: & ab eodem præparata sumere alimenta, fruiqúe delitijs, prout alij faciunt vigilantes: & idem dicendum de consequentibus actibus. Opere Dæmonum etiam eorum qui de domo tali sunt, potest sopor profundari dum dormiunt, per causatam in eis resolutionem vaporum cerebrum petentium, vel per quamcunq; aliam dispositionem corpoream, vt interim non audiant sonos, aut strepitus, qui accidunt ex prædictis motibus? Possunt etiam obstaculum aliquod apponere oculis & auribus vigilantium, quòd nihilominus ab astantibus non percipiatur. Hæc enim & his similia plurima posse Dæmones efficere, clarum est apud exercitatos in sacris & Theologia: & ex secundo supposito facilè deducuntur.

Possunt Dæmones somnia profundissima immittere.

Cùm autem tales personæ sint Diabolicæ habentes scilicet pacta infidelis amicitiæ cum Dæmonibus, secundum Diuum August. in 2. de doct. Christiana: quod & registratur à Domino Gratiano 26. q. 2. Illud. Et consequenter sint apostatæ à fide, vt idem Aug. dicit cap. 3. & à Theologis confirmatur, vt suprà inductum est: non est mirum, si sic vigilantes, & in consortio Dæmonum in humana specie ibi etiam apparentium, negant fidem & baptismum, conculcant crucem pedibus, vel etiam posterioribus suis: & vituperijs diuersis afficiunt sanctissimum corpus Domini nostri Iesu Christi in sacramento altaris, per easdem illuc deportatum: faciunt homagium Diabolo de anima & corpore suo, & quandoque filiorum suorum: promittunt strigare pueros,

& id omni desiderio studioqúe perficere satagunt. Hæc *enim omnia cùm ex probabili consequentia se habeant ad præmissa vt effectus ad causam: si plurimorum testimonio esse vera probentur, non sunt neganda. Sunt autem innumerabiles Inquisitorum processus contra eos facti, quæ se pluries talia perpetrasse corporaliter sub iuramento confeßi sunt. Vnde patet, quòd omni proculdubio sunt credenda.*

g Ad hoc faciunt quæ habentur in reg. cui licet quod est minus, de regu. iur. in 6. vbi latè per moder. ff. eo. tit.

h Quandoquidem ab huiusmodi exemplis sacræ scripturæ argumẽtum sumi posse nemo ibit inficias. Vt patet ex not. per gloss. & Gem. in cap. final. 20. distin. Et Abb. in ca. afferte. in 1. no. de præsumpt.

CAPIT. VI.

Dæmones hominibus apparere posse in forma humana, & etiam in brutali: ipsosque se præbere incubos eisdem & succubos.

SECVNDVM *etiam principale circa primam partem quæstionis considerandum, quòd videlicet in forma humana vel etiam bestiali poßint Dæmones apparere, habet ex sacris literis exempla simul & testimonia. Sed ad huius declarationem oportet supponere vnum, quod quidem ex secundo supposito facto suprà pro primo principali, facilè sequitur, quo etiam superius*

rius vsi sumus, videlicet, quòd quicquid dicitur de bonis Angelis, quò ad potentiam naturalem esse possibile, est etiam possibile naturaliter malis. Naturalia enim in eis splendidissima remansêre post culpam, secundũ Dionysium, vt suprà inductum est.

Possibilia naturaliter bonis Angelis, possibilia eadem ratione sunt malis.

Patet autem ex sacris literis, Angelos bonos posse assumere corpora aërea, sicqúe densare, vt humana videantur: sicut patet Iudicum 13. de angelo, qui apparuit Manuæ in forma iuuenis loquentis & prædicentis ortum Samsonis iudicis Israël. Ex eo enim quod dicitur ibi: Apparuit ei vir terribilis nimis, & ex eo, quod locutus est cum eis, & quòd ipse Manue offerebat ei cibum: patet expressè, quòd in humana ei forma apparuit.

Item etiam euidentius manifestatur in Angelo Raphaële, de quo Tobiæ capit. quinto dicitur: Egressus Tobias inuenit iuuenem splendidum, stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum, & ignorans quòd Angelus Dei esset, salutauit eum, &c. Cap. quoque 9. eiusdem libri dicitur. Vocauit Tobias Angelum, quem quidem hominem existimabat, &c. Et non fuit mirum quòd sic æstimaret, quia non solùm figuram humanam prætendebat, sed etiam omnia opera humana exercere videbatur, vt patet in historia illa, & ipsemet Angelus testatur ibid. cap. 12. dicens: Cùm essem vobiscum, videbar quidem manducare & bibere: sed ego cibo inuisibili vtor, &c.

Ex quibus omnibus patet, quòd in figura corporis humani apparebant Angeli sanctis patribus, & nihilominus fuisse aërea talia, quæ videbantur humana

corpora, ex hoc manifestum sit, quòd subitò ex oculis astantium euanuerunt, & in materiam præiacentem resoluta sunt. Quod quidem fieri non potuisset, si ex quocunque alio elemento, vel etiam ex pluribus fuissent compacta.

Hæc eadem confirmantur in apparitione duorum Angelorum, quos Lot recepit hospitio, Genes. 19. & eorum qui apparuerunt Abraham, Gen. 18. & in alijs libris sacræ Scripturæ, & præcipuè in Testamento Nouo frequentius idem patet.

Angeli boni bestiarum formas nūquam assumpserunt.

In bestiarum autem similitudinem assumpsisse corpora bonos Angelos non legimus, sed neque decebat: licet bestiarum mouisse corpora ad operandum ea quæ suprà illarum naturam erant, legamus, vt patet de asina Balaam, Num. 22. Cuius linguam bonus angelus (vt præclariores Doctores exponunt, & S. Thom. confirmat. 2. d. 8. articul. 3.) mouet ad loquendum malos autem angelos posse in similitudines bestiarum ex aëre formare corpora quæ assumant, habet nullus negare. Si, vt deductum est, possunt sicut & boni talia formare, quæ hominis similitudinem præferant, quod creditur factum à Dæmone, qui tentauit Christum Dominum nostrum. Maior enim in hoc facto est difficultas, quantum est ex parte eius quod fit, quandoquidem plura organa, pluresq; dispositiones ad opera requirat corpus humanum, quàm quodcunque bestiale, vt sensu patet: exigente hoc ipsum hominis dignitate super cætera animalia.

Sed & teste Apostolo 2. Corint. 11. se transfigurat in angelum lucis: quantò magis ergo potest in speciem vilissimo-

ssimorum animalium se transformare? Quod, & sanctorum historiæ, Anthonij, Margaritæ, Catharinæ Senensis, & aliorum plurium confirmant expreßè, vt id negare iam magnæ sit impudentiæ.

Inhabitasse quoque Dæmones ad tempus animalia vera corporaliter, sacræ literæ pandunt tam in serpente, Genes. 2. in quo & opera vitæ exercebat hominibus propria, vt loqui: quàm in grege porcorum. Matth. 8.

Quòd inhabitent etiam & arripiant homines, sacræ quoque literæ nos erudiunt, quãdoquidem legitur pluries in Euangelio, Dominum nostrum homines à Dæmonibus liberasse. Qui etiam per ora talium arreptitiorum confitebantur Dominum Iesum esse Christum: & ille increbans non sinebat ea, scilicet Dæmonia, loqui.

Sed & id ipsum quoditiana de multitudine arreptitiorum experientia probat, ad quorum etiam liberationem, & ipsorum Dæmonum ab hominum corporibus expulsionem, sancta mater Ecclesia statuit clericorum exorcistarum determinatum ordinem, vt patet. 21. dist. ca. Cleros. & 25. distin. ca. Perlectis. vt iam nullus maneat inficiandi locus. Ab ordine clericorum Exorcistarum.

Hæc tamen minus sunt ad propositum quæstionis: sed pro tanto dicta sunt, vt cognoscatur ex his Dæmonis potestas, in transfigurando videlicet se tam in humanam, quàm bestialem figuram sine difficultate, obediente illi materia ad nutum quò ad motum localem, vt dictum est, in hoc, quòd potest ẽt contra voluntatem & libertatem hominis oĩa illius membra mouere pro voto.

Quòd etiam Dæmones incubi sunt, vel succubi, quod in hoc etiam secundo principali continetur, licet nullum de hoc habeatur exemplum in sacris literis, aut aliqua expressa authoritas: nihilominus tales esse dari ve asserunt omnes Doctores Theologi, & præcipuè dum exponentes illud Genes. 6. Videntes filij Dei filias hominum, &c. reprobant quorundam opinionem, dicētium, quòd filij Dei, à quibus Gigantes generati sunt. Dæmones incubi fuerunt. Dicit enim August. super Genes. ad literam, & 15. de Ciui. Dei. cap. 23. quòd tales non fuerunt Dæmones. Neque enim Dæmones vocari possunt filij Dei, cùm sunt inimici eius: Nec de incubis Dæmonibus intelligitur illa scriptura: licet quædam gloss. hoc ibi cum Iosepho affirmet: sed intelligitur de filij Seth, vt dicit S. Thom. 2. di. 5. artic. 4. ad 2. Nec approbat ibi opinionem Iosephi, sed solùm tam ex ea, quàm ex aliorum plurimorum dictis approbat dari Dæmones incubos. Idem quod dicitur de filijs Seth, confirmat sanctus Tho: Pot. quæst. 6. artic. 8. ad 2. in contrarium. Et Augustinus in præfato cap. 23. asserit dari incubos Dæmones, vt infrà inducemus. De quibus etiam Gregor. interpretatur illud Esa. 34. Et pilosus clamabat alter ad alterum, vt patet in gloss. ord. Et sanctus Thom. de eisdem interpretatur, eadem verba ibi. & etiam in cap. 13 vbi circa finem capituli, homines illi pilosi etiam introducuntur. De eisdem etiam loquitur super Iob. 40. & 1. q. 115. & 2. di. 8. vt diximus, & quodlibet 8. articul. 10. Isidorus quoque lib. 8. cap. vltimo. Quod si incubi conceduntur, succubos etiam concedere, nullum est inconueniens.

De succubis & incubis.

Gigantes ex incubis nati.

Homines pilosi vocantur incubi.

Hoc

Hoc autem iusto Dei permittitur iudicio, vt ex maiori vtriusque malitia, hominis, inquam, & Dæmonis, maiorem etiam pœnam incurrant. Neque inconuenit hoc ipsum à Deo, tametsi nefandissimum, in natura permitti. Nam Diuinæ sapientiæ decentissimus ordo non patitur, vt natura libera semper impediatur à Deo, quò minus prauæ etiam suæ cupiditatis compos efficiatur: quando videlicet in tantam deuenêre miseriam homines impijssimi, vt vnde misericordiam Dei reuocantis, à malo erga se prouocent, habeant nihil. In tantam enim concupiscentiæ carnalis vesaniam nonnulli decidunt, sic effrenata libidine feruntur insani, vt concupiscant & annitantur etiam cum bestijs, imò cum insensibilibus quandoque tale opus perficere. Et quod cogitatu nefandissimum est, audiui ego quendam, aliâs in confessione supra quam dici posset libidinosum, q dixerat quòd cũ Deo (prô pudor) faceret talia opera si posset. Hac ergo insuperabili concupiscentia grauati, iusto Dei iudicio merentur, vt non perhorreant fœtidissimos Dæmonum occursus: quandoquidem Dæmones ipsi in forma pulcherrima virorum ac mulierum se transfigurant, vt miseras animas his laqueis captiuare possint.

Natura libera non semper impeditur à Deo.

Horrenda libido italica.

CAP. VII.

Dæmones virtute seu naturali posse quæq; perdita, seu destructa, non eodem numero, sed specie, nō solùm in apparentia, sed verè etiam recuperare.

P*Rimum verò quod huic principali, quò ad primam eius partem accessorium est, Dæmones, inquam, in*

humana

humana forma apparentes recuperare, quæ commesta sunt, vel aliter consumpta in diabolico illo conuentu, patet non esse vsquequaque falsum vt vel impossibile. Possunt enim eadem specie recuperare, nō numero quod etiam humanæ subiacet potestati. Hæc autem Dæmones mirabilius efficere possunt quàm homines, quod quidem inducitur eodem supposito semper facto, materiam, inquam, corporalem pro voto parêre Dæmonibus quò ad motum localem. Possunt ergo Dæmones in modico temporis interuallo similes panes in cophino, simile vinum aut etiam melius vel deterius in vegentem transportare. Et idem dicendum de alijs comestibilibus: & per singula ex diuersis locis, & ex singulis modicum, vt defectus in singulis etiam minus appareat, & omnia simul accepta sufficiant pro commutatione eius, quod est consumptum.

Dæmon nec mortuum asinum suscitare potest.

Aliud verò quod consequenter inducitur accessorium, sano modo putandum est euenire. Neque enim potest Dæmon bouem, vel quodcunque aliud mortuum suscitare. Id idem non nisi Diuina virtute fieri potest: quia id est supra, imo contra cursum naturæ: Qui naturæ ordo vel cursus, authori naturæ duntaxat subiectus est, à cuius etiam sapientia emanauit, atque firmatus est. Dæmonis autem potestas tali ordini subiecta est, vnde ipsum immutare non potest.

Naturæ ordo naturæ solum subiacet authori.

Et propter hoc dicitur à Theologis, quòd licet materia corporalis obediat ad nutū Dæmonibus, quò ad motum localem: non tamen quò ad formam immediatè producendam, seu etiam educendā de potentia materiæ.

Hoc

Hoc enim esset ordinem naturæ peruertere, quò per varias dispositiones peruenitur ad esse formatum. Vide hoc si placet S. Thom. in quæstionibus de Ma. quæstione 16. articul. 9.

Sed neque ad motum localem obedit eis materia cōtra naturæ ordinem. Vnde licet, quantum est ex parte fortitudinis naturalis, posset Dæmon totam terræ molem, non obstante illius grauitate, de loco ad locū transferre; quia tamen ex hoc peruerteretur ordo naturæ: oporteret enim eo casu, ne daretur vacuum in natura, aliud elementum locum terræ subintrare, & fieri centrum mundi, quod est contra naturalem ordinem situs elementorum: ideò non potest Dæmon terram mouere totam de loco ad locū: vt dicit etiam S. Tho. vbi sup. art. 10. ad octauum: Quamuis creatura spiritualis poßit mouere, quod maius est, scilicet cœlum, & idem poßint naturaliter Dæmones, & hi præcipuè, qui ex superioribus ordinibus ceciderunt, licet hoc eis nunc impoßibile reddatur ex culpa, vt suprà inductum est.

Ex naturali fortitudine posset Dæmon totam terræ molem transferre.

Cum igitur non poßint Dæmones bouem, vel quoduis animal verè mortuum suscitare, aut quæcunque alia miracula facere, & tamen hæc communiter asserant striges fieri à domina vel domino nefandißimi illius cursus atque conuentus: necesse est, quòd in talibus inueniantur illusiones: Quod quidem multipliciter contingere potest. Et primò quidem præstigiando oculos intuentium, aliquando interueniente, vel descendente humore, vel alia impreßione, vel commotione spirituum facta ab imaginatione ad principium sensitiuum,

Multiplices illusiones in Sathanæ præstigijs.

sitiuum, hoc est, ad sensum communem, & ad organa sensuum etiam exteriorum, vbi simul descendunt impreßines & species relictæ ex sensibilibus motionibus, quæ in spiritibus sensibilibus conseruantur, vt communiter dicitur: & mouent principium apprehensiuum, ita quòd aliqua apparent: ac si tunc principium sensitiuum à rebus ipsis exterioribus immutaretur: & sic accidunt naturaliter in dormientibus somnia secũdum Philosophum in de somno & vigilia. Et idem euenire potest opere Diaboli tam vigilantibus, quàm dormientibus, vt dicit S. Thom. vbi suprà art. 11. & patet ratione sæpè inducta de obedientia materiæ quo ad localem motum, ad substantias separatas. Hæc igitur de lusione cõtingente, videtur talibus id esse, quod in veritate non est, puta viuum vel mortuum, homo vel bos, &c.

Possunt secundò bouem mortuum, seu pelles eius ac ossa aliò deportare, & alium sibi similem viuum reponere in citißimo tempore, sic vt mutationem non aduertant astantes, per interpositionem aliquorum corporum inter oculos astantium, & locum ablati corporis ipsius bouis mortui, & alterius deportati.

Vel certò tertiò deludit Diabolus perditas illas personas: eo modo, quo vnus etiam strigenus confessus est, vt videlicet quando domina vel dominus cursus illius maledici (diuersis enim in locis ac regionibus præfert Diabolus ille, qui vt princeps apparet, sextũ diuersum) percutit virga corium in quo collecta sunt ossa ex carnibus commestis electa, statim Dæmon vnus corium illud ingreditur, & in formã bouis sic erigit ac effert, vt astantibus appareat suscitatus.

Possunt

Poſſunt quartò Dæmones formare corpus ad ſimilitudinem bouis ex aëre, & illud aſſumendo quaſi viuum ex mortuo oculis aſtantium præmonſtrare.

Poteſt quintò Diabolus aëreum corpus ab intus in formam & ſimilitudinem carnium commaſſare, & ad tempus pro voto ſub pellibus conſeruare, indeq; recedendo poſtmodum relinquere, quaſi mortuum. Vnde à ſtrigibus communiter aſſeritur, quòd reducti tales boues ſuſcitati (vt ſibi videtur) ad ſtabula dominorum ſuorum ex mandato dominæ, vel domini curſus, infra triduum moriuntur, quaſi macie in horas exſiccentur ex toto. Et tumulatæ poſtmodum, quæ videbantur carnes, in præiacentem materiam citò ſoluuntur.

His igitur modis vel illorum aliquo circa hæc homines deludi, qui verè & corporaliter ducuntur ad curſum, non eſt negandum: Sed ſuppoſitis his, quæ communiter aſſeruntur à ſtrigibus, eſt valdè cõſentaneum rationi. Gaudetq; Diabolus, & geſtit in tali conuentu, ſic oſtendere potentiam ſuam, quaſi ſit Deus, vt æſtimari, & ſic ab omnibus adorari cupiat ſuperbiſsimus.

Sathan ſtudet æmulari miracula ſanctorũ.

S. Germanus reſtituit cõmeſtum vitulum.

In quo etiam facto ſpecialiter ſimilitudinem prætendere deſiderat, eius quòd miraculosè fecit S. Germanus: de quo legitur, quòd hoſpitis pauperis vitulum coctum, ſibique ac familiæ ſuæ in cibum traditum ab eodem hoſpite gratis, ipſe poſt cœnam ſuſcitauit hoc ordine, vt pellem ſuper terram extẽdi iuſſerit, & ſuper eam omnia iam extracta bouis oſſa reponere. Cùm ergo ſuo baculo poſt hæc corium percuſsiſſet, viuum ſtatim erexit vitulum præcommeſtum. Vult igitur inimicus ani-

marum, se propria potestate fingere potentem id effic-re, quòd sanctus ille verè fecit virtute Diuina. Non sunt igitur ista neganda velut impossibilia: sed si communi-ter contigisse creduntur, his modis esse facta, atque iu-sto Dei iudicio permissa, proculdubio credendum est.

CAPIT. VIII.

Viros ac mulieres in brutorum quorumcunque speciem virtute Dæmonum non verè conuerti, sed delusoriè.

QVantum autem ad tertium principale, quòd vi-delicet homines in brutorum speciebus appare-possint, in quas tamen verè non conuertuntur, suscip- pariter ex sacris literis veritatis exemplum, & ex s- prædictis patet, quòd non impossibile iudicandum e- imò Dæmonibus facilè.

Phātasia quid opereıur.

Pro quo sciendum, quòd cùm phantasia sit ani- potentia quadā allegata organo corporali, in quo pha-tasmata recipiuntur. potest illam Diabolus, sicut & c-tera corporalia localiter ad nutum mouere, & præcip- quantum ad humores, & quantum ad spiritus ei su- seruiētes, in quibus immediatè phantasmata residen- vt suprà inductum est.

Vnde licet, non possint noua phantasmata, rerum- nouas in ea species atque similitudines immediatè im-primere, vt patet per S. Thom. Ma. q. 16. art. 9. potest ta-men antiqua multipliciter variare, componendo, di-dendo, sicqúe perturbando, vt videatur quandoq; pe-sona, quòd brutalem præferat figuram, & opera etia- vigilando. Cùm autem affectus apprehensionem s- quantu

quantur, consequens est, vt illis apparent conuenientia fore vel vtilia, quæ tali brutali naturæ consentanea sunt.

Quòd de facto Regi magno Nabuchodonosor accidisse, sacræ literæ pandunt, Dan. 4. Quandoquidem ex hominibus eiectus, quasi bos edebat fœnum, & sub diuo in nemoribus brutalem vitam per septennium agens, rore cœli corpus eius perfundebatur, humano sensu perdito, & ex phantasiæ perturbatione, brutali sensu confusus. Dicitur enim vbi suprà, quòd post finem dierum, quibus scilicet comederat fœnum, vt bos, &c. sensus suus redditus est sibi, & benedixit altissimo, &c. Quæ quidem eius correctio atq; pœna, Angelico ministerio Diuina eidem iustitia inflicta est, vt vilissima deiectione puniretur sub homine, qui grauissima cordis elatione super homines eleuabatur vt Deus.

De mutatione Regis Nabuchodonosoris.

Non efficit autem per se Deus ista omnia immediatè, quandoquidem interiora omnia per superiora gubernet, vt Aug dicit tertio de Tri. Et idem docet Dion. in li. de cœle. hier. & corpora quidem hæc infirma per cœlestia: effectus verò nobis supernaturales hic accidentes, vel per se immediatè, qui solus naturæ vniuersalis est auctor, vel per eos spiritus, qui naturam nostram excedunt, siue boni sint, siue mali.

Quòd si etiam à bonis spiritibus id effectum esse dicatur quod Regi præfato contigit, pariter & à malis idipsum atque huic similia fieri posse, negandum non est, si sola culpa, non autem naturali potestate boni spiritus à malis discrepare tenendum est, vt patet ex supradictis.

De mulieribus, se catos putantes esse.

Ex his sequitur, non esse mirum, si quandoque mulieribus, opere Dæmonum illarum phantastia perturbata, videatur quòd proferant catorum naturam, speciem, figuram, affectus insuper & opera: quodq́ue soc... putent hoc ipsum de eis, ipsæq́ue de socijs, prout earu... fatetur innumera multitudo. Eo enim modo, eaq́ue f... cultate, talia Dæmonibus esse poßibilia fatendum e... qua & suprà probatum est, eos posse per præstigium d... ludere sensus hominum.

Potest etiam specialiter hoc accidere delusorium, ... per corpus aëreum in similitudinem cati formatum ... introductum, sic Dæmon illas decipiat, vt inter ocul... & vera corpora humana obstaculum interponens, ... lum phantasticum illud corpus videre permittat.

An Striges fugant sanguinē infantum.

Sugere verò puerorum sanguinem, & sic eosdem st... gare, tandemq́ue occidere per striges posse Dæmone... nullus sanæ mentis negare debet. Attamen & in his ... teruenire sæpius delusiones non dubito, & præserti... quò ad modum fiendi. Præstigiati siquidem, vel imag... naria perturbatione delusioneq́ȝ decepti, sicut verè c... tos putant striges, ita & se quādoqȝ iudicant puerorū... sanguinem sugere: ita vt sapor, liquor, & color sangu... neus non secus gestui atqȝ visui sese falsò offerat, ac sp... cies ipsa brutalis offert se mētis iudicio. Potest enim D... mon per oēs aditus sensuales se immiscere, vt etiā S. T... affert. Ma. q. 16. ar. 11. in arg. primo facto in contrariu...

Operatur etiam Dæmon inuisibiliter quandoque ... puerorum corporibus, causatq́ȝ languores, intromitte... do venenosa, seu quæqȝ mortifera, aut certe latentes ...

ven...

enis pestiferos humores ad cor deducendo: vt inde pueri languoribus statim afficiantur, vix suscipientibus medelam, dum striges se putant, ex sanguinis obstractione eosdem strigasse.

Potest insuper & fascinatio pueris naturaliter obuenire. Propter vehementem enim affectionem inuidiæ, ræ, aut odij, vetularum harum atque strigum, inficiuntur earum vitales spiritus, stante super hoc fixa imaginatione & intentione. Et hæc infectio pertingit vsque ad oculos, à quibus inficitur aër circumstãs, ex quo corpus infantis præsentis propter teneritudinẽ recipit aliquam infectionem, per modum quo & speculum nouum inficitur ad aspectum mulieris menstruatæ, vt dicitur in li. de so. & vig. Vnde gl. super illud Galat. 3. Quis vos fascinauit, &c. dicit, quòd quidam habent oculos vrẽtes, ita ut solo aspectu inficiant alios, & maximè pueros. De fascinatione per visum.

Possibile quoque est, quòd ex Dei permißione, vel ex aliquo fato occulto cooperetur ad hoc malignitas Dæmonum, cum quibus vetulæ Sortilegæ fœdus aliquod inierunt, vt dicit Sanct. Thom. 1. quæstio. 67. artic. 4. ad secundũ. Vnde & ad hoc vetulæ malignæ inuocant magnum Diabolum verbis inordinatißimis: & in nomine eius osculantur pueros, ad perdendum eos, vt per earum legitimas confeßiones cognouimus. Qua ex re debent omni studio prohibere parentes ne vetulæ infames, vel suspectæ pueris appropinquent, vel eosdem osculentur, aut quicquam eis offerant vel tradant. Hoc enim Maleficæ valdè desiderant, vt eos inficiant, & sic Dæmonibus obsequantur. Cauenda sunt oscula Maleficarum, quæ præbẽt infantibus.

Reuera catos Maleficos sugere puerorũ sanguinem.

Posse tamen, sæpeq; in veritate contingere, Striges puerorum sanguinem sugere, vel per se acus aut vnguium ministerio, vel opere Dæmonis venis apertis, factisque paruis cicatricibus in locis vitalibus & delicatis, ex quibus sugendo sanguinem ad vitam necessarium, pueri paulatim exsiccentur atq; intereant, negari non debet: cùm fideli testimonio id affirmetur: & præcipuè cùm post catorum apparentium discessum, guttæ sanguinis propè pueros ex tunc eiulantes, repertæ comprobentur. Nec necessarium est, vt factæ cicatrices, nisi curiosius inquirantur, appareant, cùm paruissimæ sint, & statim opere Dæmonum consolidari possint.

Saltare autem per cubicula, curreréve fugiendo, & id genus operum facere, more catorum striges, prout sæpe narrant de visu plurimi, & ipsæmet striges fatentur vbique, non esse impossibilia opere Diaboli, qui etiam eisdem obsequuntur, velocius deferendo, quàm propria hominis patiatur natura, manifestum est ex prædictis.

CAPIT. IX.

Deum Opt. Max. non nisi sapientissima dispositione permittere mala plurima, quæ per striges contingunt fieri: & ex eis elicere multa bona.

Cur innocentes patiantur maleficia.

PRædicta autem omnia, & quòd minus videtur, etiam innocentium puerorum interitum ipse Deus non prohibet, sed iusto suo permittit iudicio, vel propter patientium peccata: actualia quidem, si adulti fuerint, originale verò, si infantes. Vel certè (quod crebrius contingit)

ſi) propter peccata parentum. Viſitat enim Deus peccata patrum in filios, quòd ad malum pœnæ, vſque in tertiam & quartam generationem, Exod. 20.

Vel hoc ipſum etiam in pœnarum cumulum, exigit Maleficarum harum malitia maxima. Eis enim iuſtè in pœnam conceditur, vt mala faciant, ac ea expleant, quæ nequiſſimè deſiderant, quæ & promiſerunt Dæmoni ſe facturas: ne libertati arbitrij tam Dæmonis quàm hominis inferri videatur iniuria: ſed vnumquodque diſponatur à Deo ſiue agente, ſiue permittente, ſecundum propriam vniuſcuiuſq; naturam: indequé magis etiam puniantur, vt dictum eſt.

Iudicio quoque Diuino ſæpe iſta contingunt, vt ciuitas vel communitas, in qua tot & tanta flagitia regnāt, puniatur in membris ſuis: propterea quòd quandoque principes, officiales & populi non curant tales Maleficas extirpari, ſed potius eorum plurimi eas defendunt, fideiq; officiales, verbis inſequuntur, & factis.

Sed & ſpecialius hæc mala contingunt his, qui quomodolibet per ſe, vel per alios, ipſi vel ſui maiores, ad talia diabolica præſidia recurſum habuerunt, vel ad id aditus lubricum præſtiterunt ſermonibus ſuis. Id etiam ſicut & maleficiales infirmitatis incurrunt in ſe, vel in his qui quacunque attinentia ſeu ratione ſui ſunt, hi qui maleficijs faciendis, vel quomodolibet procurandis operam dederunt. Hoc enim profectò iuſto Dei contingit iudicio, vel per quæ quis peccat, per hæc etiam torqueatur, vt dicitur Sapientiæ ſecundo.

Per quæ quis peccat, per eadem torquetur.

Elicit etiam Deus ex malis illis plurima bona: Tum

quia per hæc maximè relucet iustitia Dei, tam in hoc seculo, vt claret ex his, quæ modò dicta sunt, quàm etiam in futuro, prout edocet sacra fides: Tum quia fulget ex his Diuina sapientia; quandoquidem, vt diximus, decentißimo ordine cuncta disponit, permittens naturam, quæ libera est, arbitrio seipsam proprio gubernare, votiq; compotem etiam pro malitia fieri tam hominem quàm Dæmonem: tametsi nocere permittat minus etiam quàm optarent: Tum quia diuina bonitas in huiusmodi maximè comprobatur. Vnde enim fides videtur ex parte vna vilißimis opprobrijs obfuscari, ac sanctißimorum sacramentorum puritas defœdari, inde fides ipsa, magis in mentibus fidelium solidatur, ac validius roboratur.

Ex his namque tria cognoscimus familiari experientia, quæ sola fide prius cognoscebamus, licet sub quæstione cadant apud eos, qui suo ingenio volunt cuncta metiri. Primum horum est creaturas quasdam intellectuales nostris in regionibus obseruari scientia potentiaque super omnes homines, sine comparatione præstantes, quos Dæmones appellamus. Secundum, quod propter hæc maligna opera cognoscimus est, eosdem Dæmones esse malignos. Nam sensim per hæc, quæ diximus, veluti palpamus, eosdem ad innumera flagitia, dolis ac fraudibus homines inducere. Tertium est, odio sæuißimo, Dominum Iesum Christum eosdem insequi bonosque Christicolas, & innocentes præ cæteris varijs nocumentis afficere fidem Christi persequi: & Ecclesiæ sacramenta omni quo possunt vilipendio, ludibrio

brio, opprobrioqúe, vt dehonestentur, procurare.

Ex quibus fit omnibus manifestum, quod de se clarissimum est, fidem, inquam, Catholicam omni veritate ac perfectione florere, & ad beatitudinem sui cultores perducere, cùm eo pro nixu (vt ex prædictis ac dicendis patet) oppugnent hi spiritus, qui maligni sunt. Neq; enim insequuntur pro posse Dæmones, nisi ea, quæ suæ malitiæ & iniquitati aduersantur. Vt sic in omnibus tam bonis, quàm malis, quæ diuina dispositione vel permissione contingunt Deum Opt. Max. benedicendi ac laudandi rationem inueniamus.

Religionem, quæ maximè regno Sathanæ aduersatur à Sathana impugnari.

CAPIT. X.

Ea quæ communiter referuntur de strigibus, non posse contingere tantum in somnis.

SEcundum principale, quod declarandum assumpsimus in hac quæstione, videlicet, quòd talia quæ communi voce referuntur de strigibus, haudquaquam in somnis tantùm euenire possint, habet ex sacris literis euidentiam.

Vnum quippe videtur per sacras literas demonstrari, quod etiam familiari experientia vniuersaliter comprobatur: hoc, inquam, quòd quando aliquid apparet in somnis, vel imaginaria visione aliquib. aliqua reuelantur: sic ab eis videri talia vel cognosci dicuntur, vt dum postmodum planè vigilant sani corpora, idipsum non in vigilia, sed in somnis innotuisse, aut visione imaginaria reuelatum esse, & non per sensus exteriores acceptum, neq; sub eorum cognitione factum, optimè discernant.

Et breuiter distinctio status proprij, dum quis sanus vigilat, & solutus corporeis sensibus operatur, à statu quo non vigilat, sed sensibus somno ligatis, vel certè altiori attentione impeditus, non vtitur, optimè quisque perpendit atque cognoscit. Neque putat dari quenquã, qui se expertum fateatur oppositum.

Visio S. Petri ab Angelo liberati.

Vnde factus Petrus imaginariè visioni ac ecstaticæ contemplationi assuetus, cùm vigilans Angelum vidisset in carcere clara luce: & iubenti per omnia obtemperasset vsque ad liberum carceris exitum, licet non plenè discerneret in tali statu, inter vigiliam & abstractionem, quam exigit imaginaria visio: postquã tamen angelum non vidit, & soli naturali cognitioni restitutus est, plenè cognouit, etiam se prius non imaginaria tantùm cognitione, cuncta & percepisse, & perfecisse: sed verè & realiter per exteriores sensus & opera. Vnde discedente ab eo angelo, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, &c. Actor. 12. In quo etiam libro capit. 10. fatetur se alio tempore ecstasim passum, & quadam sibi apparuisse, quæ licet vera non essent, vt apparebant, verè tamen ei futura prænunciabant.

Esaiæ Visio.

Item patet in Esaiæ visione, qua Dominum sedentem vidit, &c. Isa. 6. Neque enim putandum est talem prophetam sic esse deceptum, vt verè & realiter putaret se Deum videre, seu vidisse sedentem in solio. Spiritus. n. est Deus. Ioh. 4. Sedere aũt, conditio corporis est: Tantum ergo in sua hac imaginatione contingebat, vt communiter exponunt locum illum sancti Doctores. Et, vt

vno

vno verbo cuncta concludam, in omni passu sacræ scripturæ, vbi de somnijs & visionibus aliquid dicitur, semper datur intelligi, quòd diuersitatem status somniantis, aut quomodolibet aliter à sensibus abstracti, ab ipso statu vigiliæ, omnes quibus talia contigerunt, optimè perpendebant, vt testatur etiam S. Thom. Pot. q. 6. art. 7. siue sancti viri essent, vt hi de quibus iam sermo habitus est, & alij plures: siue Ethnici, vt Pharao & Nabuchodonosor.

Sed & quod & Paulo accidit, non opposito, sed proposito fauet. Licet enim non cognouerit an anima esset à corpore separata in raptu, vel certè coniuncta corpori, non tamen vtens corporeis sensibus: attamen cognouit, quòd non sic talia viderit quæ narrauit se in raptu vidisse, sicut tunc ipsa enarrans, corporeis sensibus vtebatur, & corporaliter, non autem somnians, aut ecstasim patiens, operabatur. Visio S. Pauli.

Ezechiel quoq; dum dicebat se fuisse in spiritu, seu in visione Dei in Hierusalē, optimè cognoscebat differētiam talis status & visionis, ab eo, quò cōmuniter & in vigilia corporalia opera sensib. expeditis operabatur. Et hoc ēt clarum est, ex modo ipso loquēdi sacræ scripturæ. Neque enim dixisset, Fui in visione Dei, & in spiritu: nisi declarare intēderet, quòd nō eo modo fuerat corporaliter in Hierusalē, quo tūc ibi erat, vbi hæc loquebatur: & cōsequenter, nisi cognouisset taliū statuū differentiam. Visio Ezechielis.

Si enim prædicta differentia non cognosceretur ab hominibus in vigilia, sequeretur quòd nunquam posset videri magis aliquid in corpore fieri, quàm in spiritu: Ab absurdo.

sed semper liceret cuicunque asserenti se aliquid corporaliter facere, respondere. Non sic est, vt putas, sed somnias. Et econtra, ille dicere posset: Imò tu nunc somnias atque deciperis, putans me somniare, & omnia inconuenientia possent omnibus accidere quæ delirãtibus communiter accidunt.

Cùm ergo innumerabilis multitudo virorum & mulierum, quæ deprehenduntur ad Diabolicum cursum deferri, diuersis in locis varijsque temporibus, vnanimiter confiteantur & affirment, se corporaliter ire, vel ferri ad ludum illum, corporaliterque ibidem facere quæcunque scelera confitentur: patet, quòd non est contra sacras literas, sed potius secundum eas est credendum, quòd ista corporaliter fiant, & non tantùm in somnis: cùm secundum eas, in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, Deuter. 7. & Iohan. octauo. i Et maximè si sit iuramento firmatum, prout prædicta communiter sub Inquisitoribus affirmant.

Neque tamen negandum est, posse talia in somnis tantummodo sic apparere, vt tamen putent, dum sic somniant, verè illa contingere, sicque pro tunc deludi. Sed hoc non latet postea personas illas, dum in se reuertuntur. Et si opere Diaboli sic in eorum mentibus ageretur, vt etiam in vigilia putarent verè sibi talia & corporaliter contigisse: deprehendit tamen finaliter, dum plenè solutus est sensibus, & à Diabolo dimissus, quòd somnia tantùm fuerunt. Quod etiam contingere facilè potest, dum ad Deum conuertuntur, & peccata sua confitentur. Sicut & phrenetici cùm plenè sanantur, perpẽdunt delu-

delusionem, quam veritatem esse infirmi credebant. Sed Strigones semper idem affirmant, etiam quando ad Deum conuersi sunt, & à Diabolo non tenentur vltrà captiui. Experientiæ quoque, & alia signa idem ostendunt, vt infrà dicetur.

i Et in cap. Nouit. de iud.

CAPVT XI.

Eadem quæ referuntur de strigibus, in veritate sic contingere posse, vt communiter fama volat, pluribus suadetur fidelibus exemplis.

P*Rincipalis etiam intentionis huius capituli firmitas apparet ex his, quæ diuus Augustinus affert decimooctauo de Ciuitate Dei, capit. 18. vbi Præstantium suprà per nos circa principium operis nominatum, introducit ita somno sopitum maleficijs, quod per plures dies excitari non potuit. Et nihilominus in statu illo sibi visum fuit quòd in equum conuersus esset, & annonam militibus equorum more portasset. Et licet aliquis equus, & talis, qualem se esse in somnis putauerat, verè portauerit annonam militibus illis: non tamen ipse fuit, neque phantasticum eius incorporatum, vt quidam videntur dicere, & Augustinus ibidem disputando recitat. Qui si etiam ipse hoc assereret, videlicet diceret fuisse phantasticum eius incorporatum: non est tamen sic intelligendum, quasi Dæmon ipsam vim phantasticam hominis aut etiam speciem in ipso conseruatam aliquo corpore circundet: Sed quia ipse Dæmon, qui speciem & imaginationem hominis format aliam similem speciem,*

Præstantius somnians se equum.

De Phantastico incorporato.

ciem, vel corporaliter exterius aliorum sensibus obijcit, vel intrinsecus in eorum sensibus similem speciem operatur. Vt S. Thomas exponendo dictum Augustini ponit in quæstionibus de Malo, quæst. 16. articul. 11. ad septimum.

Nemo operatur, nisi actu informatus per formam.

Neque etiam possunt Dæmones potentiam phantasiæ, neque etiam eius organum, vel cum ea subiectum spiritum, aliò deportare incorporatam. Qui si etiam possent, & facerent: iam is, cuius hæc essent, per illa tunc nihil videret. Neque enim operatur quis non actu informatus per formam, quæ est operationis principium.

Supponitur autem in enarratione, quòd ille in somnis hæc ipsa videret, vt diximus. Vnde concludi potest, imò necesse est, quòd operatione mali spiritus hæc omnia facta sint, qui in formam equi, antea postquam inuisi, corpus assumpserit, & ea peregerit, quæ narrantur: ille verò se, quasi equum talia fecisse, tantummodo somniauerit, & statum plenæ vigiliæ à statu somni facti distinctum esse cognouerit.

Aliquis somnians alteri locum quendam explicat.

Neque dissimiliter existimandum est, contigisse id quod in eo, capitulo idem Augustinus enarrat, dicens: Indicauit & aliud (is videlicet qui præmissa indicauerat) se domi suæ per noctem antequam requiesceret vidisse venientem ad se quendam philosophum, sibi notissimum, sibique exposuisse quædam Platonica, quæ antea rogatus exponere noluisset. Et cùm ab eodem philosopho postea quæsitum fuisset, cur in domo eius fecerit, quod in domo sua petenti negauerit: non feci, inquit, sed me fecisse somniaui, hæc ibi.

Vnde

Vnde patet, quod dicere neceſſe eſt quòd aliquis ſpiritus figura philoſophi aſſumpta in aëreo corpore id perfecerit, quod quidem factum tunc illum ſomniare malignus ſpiritus cognoſcebat, vel etiam procurabat. Qui ambo in exemplum inducti, ſi non aſſeueraſſent in vigilia poſiti, ſe talia dum dormiſſe ſe nouerant, ſomniaſſe: & econtrario ſi affirmaſſent, quòd non in ſomnis iſta vidiſſent, ſed in vigilia, & corporaliter ab eis hæc eſſe perfecta, iudicandum proculdubio eſſet, non eos, ſed Dæmones potius in illorum aſſumpti corporis figura iacuiſſe veluti dormientes.

Pro quo facto notandum eſt etiam, quòd nonnulli ſic in ſomnis etiam verè operantur opera vitæ, vt videantur etiam vigilare. Cognoui ego virum ſomniantem ambulare, loqui, & quod plus eſt, perſonas obuiantes cognoſcere: cum eiſdem loqui, ab eis occurrentibus diuertere, & eaſdem quandoque percutere illum tamen pro tunc dormire omnibus notum erat, & experientia comperiebatur. Inſuper ipſe confitebatur poſtmodum in vigilia, quòd ſomniauerat quidem ſe talia feciſſe.

De ambulantibus in ſomnis.

Quinimò quidam patruelis meus & comprofeſſor, dum prædicationi iuuenis inſiſteret, pro nimia cordis anxietate de nocte ſurgebat ſomnians, & aſcendens ſuper quadam porticu, qua prædicaturus fuerat, ordinatiſſimè, quaſi populo prædicabat, vociferationibus magnis omnes à ſomno excitans & conturbans.

Quidam ſomnians concionatur.

Alium noui hominem de nocte ſomniantem, & ſic in ſomnis de cubili ad ſtudium realiter pergentem, & ibidem

Somnians quidam ſcribit.

dem per multas lineas rectè scribentem sine lumine, & manè quòd se tantum somniasse putauerat, verè factum inueniebat.

Veruntamen & hoc etiam, quod diximus verum est, quòd videlicet vnus Diabolus efficit ea, quæ alius aliquis facere se somniat. Econuersò etiam aliquis verè & sanus in vigilia operatur, alicubi deportatus à malo spiritu, vel à bono, cuius loco spiritus assumpto simili corpore, alibi dormire videtur. Huic enim quid simile per sanctos Angelos factum creditur, iuxta ea: quæ leguntur in historijs authenticis.

Quæ quis somniat, interdum efficit Sathan.

Legitur enim de beato Ambrosio, quòd cùm Missam Mediolani casu celebraret, hora exequiarum S. Martini, qui Turonis defunctus erat, super altare caput inclinans, spacio trium horarum dormire visus est: qui postmodum excitatus, vt videbatur, à clericis causantibus populi tædium in expectando benedictionem & Missæ finem, dixit officium exequiarum fratris sui Martini se perfecisse Turonis: Quo in loco etiam in tantæ rei fidem, vt fertur, chirothecā dimisit, vt tam ex assertione eius, quàm ex signo prædicto, verissimè corporaliterquè illis interfuisse credendum sit: & loco eius Angelum altari astitisse Mediolani in assumpto simili corpore. Implicat enim idem, corpus in pluribus locis simul tempore inueniri, vt Theologi communiter tradunt.

S. Ambrosius dormiens Mediolani, officium exequiarum perfecit Turonis.

Chirotheca S. Ambrosij vnge Turonis asseruetur.

Huic etiam non dissimile contigit beato Clementi, Petri Successori. Cùm enim Missam Romæ celebraret, statim obdormire visus est, & post tres horas ad seipsum reuersus, vt videbatur, excusationem populo attulit,

quod

quod iussu beati Petri sibi necessarium fuit illo temporis spacio Pisanam Ecclesiam, quæ diuo Petro dicata fuerat, consecrare. In cuius rei fidem indubiam, tres guttas proprij sanguinis Pisis in Ecclesia illa reliquerat, super marmoreum lapidem: quæ in hanc vsque diem in summa veneratione habentur in Ecclesia cathedrali ciuitatis illius.

S. Clementis guttæ vnde Pisis habeantur.

Ex quo patet, quòd Angelus in figura sancti Clementis Romæ fuit pro tempore, quo sanctus ipse corporaliter Pisis erat ab Angelo deportatus, & inde Romam itidem creditur fuisse reductus. Secus autem de vtroq; fuisset æstimandum, si dixissent se somniasse.

Pari modo igitur affirmantibus strigibus, quòd corporaliter vadant ad cursum, credēdum est. Et si videantur interim alicubi dormire, æstimandum est esse Diabolum in illarum forma seu figura.

Quandoquidem tamen suis etiam artibus Magicis efficiunt, vt imaginaria tantùm visione cognoscāt, quæ realiter ab alijs consodalibus fiunt in cursu: & hoc, vt labores euitent atque pericula: quod quandoque facere præsumendam est tales personas dum corporaliter infirmantur.

Potes autem, si vis, in Malleo maleficarum videre, quem obseruant aliquæ Maleficæ modum ad id quod diximus assequendum. Dicere autem quod semper sic accidat, imò quòd ea quæ à strigibus enarrantur, non possint realiter accidere, videtur & historijs & sacris literis, veluti deductum est, repugnare, adeoquè contra vulgatissimam experientiam loqui, vt stoliditatem id

potius præferat, quàm obstinationem sine scientia. Hæc *etenim obstinatio, vt in pluribus admiscetur crassitudini talia dicentium, seu negantium ea quæ diximus veri contingere.* Et *hæc de secundo principali.*

CAPIT. XII.

Esse firmiter credendum, atque nullatenus dubitandum prædicta omnia eo modo contingere, quo ab Inquisitoribus affirmantur, ratione ex eorundem Inquisitorum iudicijs sumpta.

ESSE *autem procul omni dubio credendum, hæc taliter euenire; prout communiter à dominis* Inquisitoribus *affirmatur: quod tertio loco tractandum est, & non nisi proteruos vel ignorantes negare posse talia sic contingere, sicut in processibus eorum habetur, tribus rationibus persuadetur. Quarum prima talis est:* V*nicuique in arte sua perito & experto credendum est.* Expertus *enim certus est; & magis quàm sciens non expertus, vt habetur ex procemio* Metaphy. N*on minus etiam inhærendum est expertorum & seniorum sententijs sine demonstratione, quàm demōstrationibus ipsis, vt dicit* Philosophus *6. Ethicor.* Certissimus *ergo erit, & consequenter ei maxima fides est adhibenda, qui simul sapiens fuerit & expertus.* Fides *enim non nisi ob certitudinem facti vel dicti, quæ putatur ab aliquo possideri, adhibetur illi.* l.

Expertus est certus.

Qui simul sapiens est & expertus, est fide dignissimus.

Patres autem Inquisitores*, vt in pluribus sunt viri pertissimi, tam in iure, quàm in sacra* Theologia: A*d* Theologos *autem &* Canonistas *pertinet determinare an præ-*

an prædicta, impoßibilia ſint aut poßibilia, credenda vel non credenda: ſunt etiam iudices ſuper depoſitiones & teſtificationes factas de talibus, & ſuper confeßiones eorum, an impoßibiles & veriſimiles, aut certè ſint deriſibiles: an à fatuis, vel certè ab his, qui ſuæ mentis compotes ſunt, factæ fuerint: quomodo, qua aſſertione prolatæ, quàm efficaciter comprobatæ: & conſequenter in talibus iudicandis ſuper omnes experti ſunt.

Cùm ergo propter hæc ipſa, quæ confitentur, iuridicè ſint infelices iſtæ perſonæ ab Inquiſitoribus grauißimo iudicio condemnatæ: nemo debet eſſe tantæ temeritatis, vt eorum ſic damnet iudicia, ſic deludenda & execranda, imò iniquißima putet, quòd non niſi pro ſomnijs, vel pro his, quæ in ſomnis accidunt, acerrimis tormentis afficiant, & demum crudelißimè perimendos tradant homines innocentes. Siquidem ſecundum ſacros Doctores, nemo propter ea, quæ in ſomnis appetit, ſeu etiam operatur, niſi aliud interueniat, peccare poteſt. m *Vide pro hoc, ſi lubet, ſanctum Thom. 4. di. 9. art. 4. quæſtiuncula 1. Sed & ſi quòd etiam in ſomnis crimen per accidens quis admittat, ex hoc ipſo, quod in ſomnis perficitur, leuius iudicatur: quandoquidem homo pro ſtatu illo plenum non habeat & liberum in operibus ſuis iudicium.*

Nemo propter ſomnia punitur.

Cenſendum igitur & ab omnibus firmiter credendum eſt, hæc verè contingere, & in corpore perfici, prout ab Inquiſitotibus iudicantur hæc ipſa fieri.

Confirmatur aũt hæc ratio adhuc ex tribus: Primò,

quia Inquisitores, vt in pluribus sunt viri religiosi, opti-
mæ famæ, & integerrimæ vitæ: qui ex eo quòd religiosi
Deoqúe dicati sunt, magis ad clementiam & miseri-
cordiam inclinantur, quàm ad seueritatem: in hoc s
Saluatoris imitantes vestigia, qui diues est in miseri-
cordia. Ex eo verò quòd perfecto religionis statui cop
lant opera propria sanctitatis & innocentissimæ vit
cum odore optimæ famæ: quam ne admitterent, expedi
ret eis secundum Apostolum magis mori, necesse est,
omnem abhorreant iniustitiam: & præcipuè vbi agitu
de vita hominis: quam sine ratione perdere, omniu
iniustitiarum summa est. Cùm igitur in his iudicijs v
deantur, & sint potius seuerissimi, nec acquiescant c
iusquam precibus seu lachrymis: euidentissimum pr
fert hoc iudicium, non nisi ex causa summè rationabil
& non nisi vbi misericordia censeretur summa crud
litas apud Deũ & omnes homines, qui ea, quæ Dei sun
sapiunt, id eos efficere. Quod tamen nõ esset, si talia q
narrantur, & propter quæ striges comburuntur, ill
siones essent vel somnia. o

Inquisitorum laus à misericordia.
A iustitia.

Vitam hominis sine ratione perdere, omnium iniustitiarum summa est.

Confirmatur, secundò illa prima ratio, sic: Ea q
de peritorum consilio iudicantur vera, non sunt fals
censenda ab alijs. p Sed contra tales maledicas person
non procedunt Inquisitores, nisi de consilio peritoru
tam in Iure, quàm in sacra Theologia: & regularit
non nisi de consilio & consensu Domini Episcopi ciuit
tis, vbi iudicium hoc exercetur, vel eius Vicarij, qui
in pluribus periti sunt saltem in iure Canonico. Erg
quòd ab eis verum vel iustum esse determinatur, no
debet

debet (ab imperitis præcipuè) tam facilè condemnari. Sed neque hi, qui verè sapientes sunt, naturaliq́ue mentis elegantia & nobilitate pollent, in hoc contra peritorum consilium se opponerent, vel præcipites contradicerent, vt multi imperitorum faciunt: sed matura cogitatione prius cuncta librantes, disputatiuè potius, quàm sententiam proferendo, si talis opinio sibi minus placeret, vel apud eos rationes inductæ non viderentur efficaces, aut ineuitabiliter concludentes, opinionem suam vrbaniter in medium afferrent. Quod & gratissimum foret Inquisitoribus, vt literali discutione magis veritas elucesceret. q

Inquisitorib. quomodo refragandum.

Vbicunque autem officium exercetur (quod contingit per singulas ciuitates Christianorum in Europa per institutos Apostolica delegatione Inquisitores, & ab eis factos Vicarios) Doctores ad consilium contra striges vocati, semper in hoc vnum omnes, vel pro maiori parte conueniunt, quòd prædicta fiunt realiter, & in corpore, & super hoc extant processus, & consilia innumerabilia. Ergo per locum ab authoritate peritissimorum & sapientium. Quorum non est numerus, quia per totam Christianitatem tam nostra, quàm exacta ætate facta sunt hæc, omnibus persuaderi, nullusq́ue dubitationi locus manere debet, quòd prædicta fiant corporaliter, vt præfertur.

Confirmatur & tertiò præmissa ratio, sic: Id toleratur ab Ecclesia, vbi etiam agitur de alicuius tertij præiudicio maximo: quia tam in bonis exterioribus, quàm in fama, quam etiam in bonis corporis vsque ad crude-

lißimam vitæ priuationem, non est falsum æstimandum aut iniquum, si fiat hoc ordinariè, iudicialiterqúe ab officialibus per sedem Apostolicam institutis. Nam id esset de summa negligentia Romanam Ecclesiam sugillare, imò de summa crudelitate & iniustitia irreprehensibilem reddere, & calumniari: Quandoquidem Inquisitores non nisi vt delegati summi Pontificis hæc efficiant, a quo principaliter pendet quicquid per eos iustè, vel iniquè, ipso præsertim sciente, fit. Propter quod si in hoc iudicio inueniretur iniquitas, ipsi principaliter imputandum esset si taceret, aut non prohiberet. Quod quia non nisi temerarium est: ideo nullus potest nisi ignarus, vel valde præsumptuosus ista negare sic contingere, prout ab Inquisitoribus comprobantur. r

k L. semel. C. de re mil. lib. 12. & l. 1. in prin. ff. de ven. inspic. & vtrobiq; per Bar. & no. in c. proposuisti. de probatione.

Quod iudex facit, rectum præsumitur.

l Et hinc prouenit, quòd rectè factum præsumitur, quod facit iudex. ff. de acq. pos. l. iustè.

m Prout tradi consueuit in c. maiores. §. verum. de bapt. per illum tex. & in Cle. 1. de pæ. Et p. Alb. de Ros. in l. diuus. ad fi. ff. de off. præs. lat. in l. vt vim. col. 6. in prin. ff. de iust. & iur.

n Tu adde text. in l. isti quidē ad fi. ff. q. metu causa, & latè Barb. in cap. in præsentia. col. 69. de prob. vbi meminit de dicto Aposto. hic alle. facit id quod idem Barb. trad. in cons. 55, col. 14. primo volumine.

o Arg. d. c. 2. de no. op. nun. cum alijs sup. alle.

p V

p Vt patet ex not. per Abb. & mod. in c. proposuisti. de proba. suprà etiam alleg.

q Veritas enim hinc inde exagitata magis resplendescit in lucem, vt dicit text. in c. graue 35. q. vlt. & glo. in eo. cum Ioan. eremita. de fid. inst. Benè facit tex. in §. illud quæsitum. cum ibi no. per Christoph. Instit. de rer. di.

r Vt patet ex his quæ habentur in l. quæ dotis. ff. sol. ma. per Bart. & Doc. & per not. in c. 1. de of. dele. cũ multis similib. quæ allegari possent.

CAPIT. XIII.

Ad idem secunda ratio sumpta ex textuum multiplicium assertione fideli, omniq́ꝫ exceptione maiori. Et vnius responsionis reprobatio.

Probatur etiam hoc ipsum quod assumpsimus, alia principali ratione, quæ talis est: Quod ab innumera multitudine personarum promiscui sexus asseritur, & vbiq; locorũ varijsq; temporibus vniformiter quasi vno ore loquerẽtur oẽs, semper affirmatur, procul omni dubio credendum est, & nulla cunctatione negandum: vbi præcipuè taliũ testimonium in causa fidei admittatur in iure: & tam cõtra se, quã contra alios hæc ipsa ritè corã iudice manifestent: ẽt hi qui sibi vitã donari desperãt: sicut contingit his qui in hæresim sunt relapsi, vt non iam timore mortis, nisi confiteantur, incurrendæ, suspicari possit eos talia propalare. Hæc aũt omnia incurrunt in iudicio isto: imò sæpe quoq; cùm sibi vitam iam donatam alij sciunt, idipsum manifestãt: vt non iã timore immi-

nentis pœnæ, id quis iudicare poßit ab eis confiteri: cùm etiam plurimi concurrant ad hoc pueri, puellæ & id ge- nus innocentes & simplices, quorum facilè deprehende- retur, si fingerent, mendacium: qua ratione puerorum testimonium certißimum dicitur.

Puerorum testimonium certissimum.

Plures item, qui post conuersionem sunt integerrim vitæ ac splendidæ famæ, & plures aliæ conditiones con- currunt, quibus redduntur testes fide digni, & omn exceptione maiores: Et præcipuè etiam in causa fide vbi omnes non capitales inimici admittuntur in te- stes, quantumcunque alioquin flagitiosißimi, vt pate in cap. in fauorem, & cap. Accusatus, de hæret. in sexto Si enim tali tantæque multitudini non esset fides adhi- benda de talibus, quasi de non visis: pari ratione null credendum esset, vbi quis ea referret, quæ is, qui audi- ret, non per se cognouisset. Et sic periret humanæ conuer- sationis solatium, neq; daretur dissensionum terminus.

Etiam capitales inimici admittuntur in testes cōtra hæreticos.

Talem autem tantamq; esse multitudinem eorum, qui ista fateantur fieri corporaliter, iam vniuerso orb esse potest exploratißimum, ex multitudine eorum, qu propter hæc sub iudicio Inquisitorum per omnem Chri- stianorum regionem cadunt: ita vt millenarium sæp numerum excedat multitudo talium, qui vnius ann decursu, in sola Comensi Diœcesi ab Inquisitore qui pr tempore est, eiusq; Vicarijs, qui octo vel decem aut plu res semper sunt, inquiruntur & examinantur, & an nis penè singulis plusquam centum incinerantur.

In Episcopatu Comensi singulis annis mille striges incinerantur.

Quòd si quis huic rationi se opponat, dicens, eo meri to, tantæ etiam multitudini nō esse credendum, quo de

ludatu

ludatur à Diabolo: quod hinc manifestum fieri potest, quòd incredibilia quædam enarrent, & ea ipsa, quæ facultatem nostræ cogitationis aut conditionis videantur excedere: quinimò naturaliter contingentibus comprobatisq; aduersari. Vnde propter hoc, quòd ista negentur, non videtur sequi humanæ conuersationis, quæ circa naturaliter poßibilia contingentiaq; obuersatur, aliqua perturbatio.

Quærendum profectò est ab his qui taliter se opponunt, vnde nam ipsi nouerint talia, quæ referuntur non esse vera, sed Diaboli delusiones. (Si quidem omnes credunt, vel verè, vel delusoriè ista contingere, quæ à tanta multitudine confirmantur.) Si enim ex naturali poßibilitate vel contingentia, aliquod horum duorum, delusionem inquam Dæmonum, vel ipsum narratorũ euentum, verè contingere credendum sit: quia videlicet alterum horum magis poßibile est vt eueniat quàm aliud, id profectò magis erit vel æquè poßibile, vel fide dignum, quod naturalitati nostræ magis vel æquè fuerit consentaneum & propinquum. Nam & potestas Dæmonis ibi minor apparet, vbi factum vel faciendi modus virtuti naturali nostræ magis ẽt appropinquat. Quantò enim effectus naturam nostram excedit, tantò maiorem prætendit causæ virtutem. Difficile autem iudicare posse videtur, quid nam horum magis naturalem facultatem excedat Dæmonis, hominem, inquam, corporaliter per aëra, ad longinqua perferre loca, cibos & voluptas omnis materiam præparare atq; offerre, se etiam in forma humana familiarem, & ad vota obsequiosum

> Quantò effectus naturam nostram excedit, tantò maiorem prætendit causæ virtutem.

ſum reddere. (Hæc enim eorum ſumma eſt, quæ ab his enarrantur perditis hominibus veluti mirabilia) Aut certè ſic in hominum phantaſia ſubtiliter operari circa ſpecies formandas, componendas, & ſeparandas, circa etiam ſpirituum motus, vt hæc omnia, quæ ab his narrantur, videantur corporaliter euenire: quæ tamen non niſi (vt ipſi contradicentes autumant) phantaſticè contingant.

Imò ſi quis diligenter aduertat, inueniet hoc ſecundum naturalem potentiam proculdubio magis excedere quam primum: & conſequenter minus eſſe debere ſecundum eos credibile. Quod quidem per comparationem ad potentiam noſtram facilè liberabitur, ac perpendi ſubtiliter poterit. Quod enim magis excedit facultatem noſtræ naturalis virtutis atque potentiæ, magis eſt etiam in ſe ſupernaturale, maioremque depoſcit abſolutè virtutem. Cùm enim poſſibile reſpondeat potentiæ, vt illius obiectum: & ex hoc eidem proportionetur: ſecundum exceſſum rerum poſſibilium in eſſendo, erit & potentiarum proportionatarum exceſſus in virtute. Minus autem ab homine factibilis eſt tam artificioſa phantaſmatum, ſpecierum, ſpirituum, atque motuum diſpoſitio in potentijs animæ, vt vera videantur, quæ phantaſtica ſunt, & vt qualia velint per has ſpecies ordinatas pro voto repræſentari, ſtatim appareant, quàm talia quæ per ſtriges narrantur, corporaliter fieri.

Poſſibili reſpondet potentia.

Artificioſa phantaſmata.

Neminem quippe medicorum, aut Aſtrologorum eſſe puto, & nunquam fuiſſe relatione vel lectione cognoui,

gnoui, qui talia efficere potuerit, aut etiam attentauerit: cùm neque etiam determinata somnia per artem possit homo causare, quæ determinationem minorem naturaliter habent, minusque trahunt extra se hominem, quàm raptus, vel alienatio talis à sensu, qualem has personas pati necesse est, si deludantur. Quilibet enim post somnium cognoscit se somniasse vt suprà probatum est, & patet experientia.

Determinata somnia homo non potest causare.

Neque adhæret quis somnijs quasi rebus dum euigilauerit, prout striges facere opinantur hi, qui talia quæ narrantur, corporaliter contingere negant: Tum quia species illæ motusq; phantastici exteriori sensu cadere nullatenus possunt, & consequenter circa talia nullus incumbit artifex, cuius scientia practica vel notitia, sensibilia à quibus causata est, tantùm pertractat, qualis est homo: Tum quia communis hominum est sententia, naturaliq; veluti compertum lumine absque cunctatione aliqua pronunciatur ab omnibus, hæc non humana, sed superiori aliqua virtute fieri. Quæ communes animi conceptiones, cùm ex hoc ipso naturales conuincantur, quòd omnibus vel etiam pluribus sese offerunt, si falso initerentur falsitatem profectò retorquerent in authorem naturæ.

Concludendum est igitur, hominem naturali virtute nequaquam facere posse, quòd aliquis ita deludatur atque desipiat, vt verè ac corporaliter fieri putet, quòd non nisi phantastica visione contuetur. Ea verò, quæ ab his nequissimis narrantur in cursu contingere, quò ad multa subsunt etiam humanæ facultati,

vt pote

vtpote quæ vel viribus, vel ingenio possunt ab homine vel perfectè fieri, vel saltem imperfectè, seu aliquid pro parte simile.

Quò enim ad ciborum præparationes, ac voluptatum expletiones, nullus eas dubitat habere posse ambo rem hominem, nedum quales narrantur ab illis, verùm etiam maiores, quàm procurent Dæmones: non autem quàm procurare sciant, aut poßint: cum saporum & qualitatum proportio, quæ voluptatem afferat, eis melius innotescat, & ad illium citius & facilius mouere valeant, quàm hominum quicunque.

De delatione Dæmonis per simile de bombardis.

Quò verò ad corporalem hominum delationem per tanta terrarum spacia breui temporis decursu, licet homini sit naturaliter impoßibile: aliquid tamen quò ad genus saltem operis, ei simile per humanum ingenium procurari ac fieri potest, vt patet de proiectione quasi subitanea magni lapidis, vel alterius cuiusuis corporis mineralis molis per multa millia passuum ingenio tormentorum seu bombardarum. Magis ergo à poßibili recedit, & consequenter maiorem exigit virtutem atque potentiam, quicquid præter naturam mirabile fit in imaginatione, quàm quod fit etiam præter naturam, sed ad extra & corporaliter. Et sic Dæmoni non minus impoßibile, vel magis factibile illud erit, quàm istud: neque hoc igitur minus debet quisque credere ab eo fieri, quàm illud.

De aëreo corpore Dæmo-

Quantum verò ad operationem Dæmonum in assumptis corporibus aëre condensato, & in humanam figuram effincto, non maiorem id in Dæmone potentiam arguit,

arguit, quàm prædicto modo species in phantasia componere, quæ corpora, quæque quasi vera præsentēt, cùm maioris spiritualitatis sit phantastica species q̃ aër, & præcipuè condensatus. Vnde minus potest illa (si corpoream vtriusque naturam consideremus) repræsentare corpora densa, quàm aër.

Quantum etiam ad motum localem, qui in his efficiundis interuenit, minus sunt eius capaces species illæ, quàm aër: cum ille per accidens tantùm, aër autem per se etiam moueatur. Corpus enim est aër: species autem illæ non nisi corporalia sunt accidentia: quæ etiamsi æqualiter motum localem admitterent, etiam ratione subiecti, non minorem tamen ille motus in angelo mouente virtutem argueret, quàm motus interueniens in formatione corporis illius aërei, eò quòd æqualiter quò ad motum localem corporalia quæque virtuti angelicæ ad nutum obediant. Sic igitur ex his omnibus patet non esse minus credibilia, eò quòd non minus sint possibilia Dæmoni quæ narrantur ab his perditissimis personis corporaliter fieri, quàm eadem phantasticè solùm cum tanta contingere delusione, vt pro certo vera credantur, quæ falsa sunt & vana, veluti vulgus esse putat.

CAPVT XIIII.

Improbatio vnius euasionis ad prædictam rationem.

Fortè quis iterum contra prædictam rationem se opponet, inualidamqúe reddere conabitur, ex eo quòd capitulum Episcopi 26. quæst. 5. dicit, tales vel similis

milis sectæ personas deludi à Diabolo: & per consequens non verè posse cognoscere fieri quæ narrantur mala: neque huiusmodi personas maleficas. Qui si etiam corporaliter cōtingeret, aliquas personas sic portari, & facere mala quæ confitentur, quamuis posset sibi contra se testificanti, siue se accusanti credi, non tamen accusanti alias: eò quòd nesciant an verè ibi sint illæ personæ, quæ ibi esse videntur: cùm poßit Diabolus personam seu figuram illarum prætendere, dum ipsi domi resident: vnde talium testimonium nullatenus acceptandum videtur in præiudicium tertij.

Sed ad hanc euasionem explodendam, supposito etiam quòd capitulo illi fides præstare debeat, quod infrà discutietur, iam præparata via superius amplißima est, dum appertißimè cognoscitur per ea etiam, quæ per sacras literas notißima comprobantur: familiariqúe experientia negari non possunt, omnes facilè posse discernere differētiam status vigilantis & dormientis, & præsertim in seipso. Nec potest Diabolus quacunq; virtute conatuq; maligno, sic homines extra mentem ponere, quin vigiliæ ac sanitati restituti cognoscant, quod alia visione, quā corporali, alioq; modo quā vtendo sensibus exterioribus cognouerunt omnia, quæ sibi visa sunt videre, quādo à Diabolo supponuntur delusi. Vnde cùm perseuerent in confeßionibus contra se, dum sanæ mentis sunt: dum Diabolo etiam abrenunciauerunt, ad Christum conuersi: & semper asserant talia sibi in vigilia contigisse, dum plenè sensibus vterentur, non est viri prudentis, velle sine ratione negare, ea quæ tales experiri

periri se constantissimè asserunt experientia sensuum, qua nulla apud nos clarior & efficatior est cognitio.

Et sicut verè supponendum est contingere, quæ circa se facta narrantur, non minus verisimile est circa consodales & alias personas, quas adesse contuentur, idem realiter & verè accidere, cùm præsertim sæpe, imò semper contingat plures ex condicto simul ire vel deportari simulqúe redire, vt patet ex processibus.

Neque etiam maior ratio est quòd vnam magis quàm aliam deludat Diabolus, quò ad hoc: cum præcipuè magis desideret, ea quæ in contemptum Christi & fidei fieri per eas procurat, in vigilia perfici, quàm in somnis vel in mentis alia quacunque alienatione, cùm maius in vigilia peccatum incurrant, & sit æquè facilè Diabolo vnum vt alterum efficere, vel etiam facilius sit illi vigilantes portare, quàm dormientes deludere, vt in præcedenti capitulo inductum est.

Facilius Diabolo est, vigilãtes portare, quàm dormientes deludere.

Quòd si contra se testificantibus in iudicio talibus (non obstante quacunque Diaboli delusione) fides est adhibenda, vt deductum est, sequitur ineuitabiliter, quòd & testibus contra tertium est credendum, si attendantur ea, quæ dominis Inquisitoribus & Iudicibus fidei semper euenire comprobantur. Hoc enim ab eis quotidiana experientia practicatur, quòd accusati per socios criminum, licet ferè semper in principio iudicij negant, in processu tamen omnia confitentur, & rarissimè contingit oppositum. Et qui hoc proteruè

terue negaret, habet quoque processus omnium Inquisitorum falsas asserere, quod planè apud non insanes execrabile reputatur.

Et si aliquando contingat, tales non confiteri, hoc ideo est, quia iudices vel nolunt, vel qui vellent nō possunt, vt par esset, iudicium prosequi, dum ab his impedimentum aliquando prouenit, qui debuissent Inquisitoribus fauere. Non enim omnia per se possunt Inquisitores, &c. Propter ea verò, quæ rarißimè contingunt, non debet omitti quod regulariter accidit. Sicut non obstante, quòd in alijs etiam iudicijs quando contingat innocentes damnari, falsisqúe testibus & accusatoribus fatigari, non interponitur iudicium contra reos, nec minor adhibetur fides testibus alijs vel accusatoribus.

Propter rarissimè contingentia, nō debent omittire regulariter accidentia.

Quòd si econtrà quis inducat, quòd sceleratæ illæ mulieres, de quibus loquitur d. ca. Episcopi. asserebant in vigilia positæ se realiter per multa terrarum spacia intempestæ noctis silentio deportari: & tamen ibi determinatur, quòd erant à Diabolo dilusæ. Respōdetur quòd mulieres illæ non solùm in somnis, sed etiam in vigilia tenebantur à Diabolo captiuæ per infidelitatem, vt ibi dicitur. Vnde facilè poterat eas in vigilia deludere, sicqúe in earum mentibus & imaginatione agere, vt sibiipsis persuaderent & alijs, sibi verè contigisse, quod in somnis acciderat. Sicut etiam phreneticis dum patiuntur, etiam si vigilent, videntur vera esse quæ vera non sunt. Liberati autem postmodum ab infirmitate, cognoscunt distinctionem status sanitatis à statu infirmitatis: & quòd illa, quæ sibi vera videbantur, dum languerent,

rent, falsa fuerant. Personæ autem, quæ se vel etiam socios accusant in ista secta, non amplius sunt in Diaboli potestate. Nam semper hoc faciunt dum sani sunt mente & corpore, & postquam Diabolo abrenunciarunt, & peccatum suum confessi sunt, non solùm iudicialiter, sed etiam sacramentaliter prouidentia dominorum Inquisitorum, qui earum conuersionem & salutem desiderant. Ratificant enim & confirmant in fine iudicij, quæcunque tam contra se, quàm contra alios antea sunt confessæ. Et ideo patet, quòd hæc secunda obiectio non militat.

Vlterius contra illam primam euasionem dicendum est, quòd sicut Dei præueniente misericordia, non potest Diabolus deludere, nisi eos, quorum mentem primò sibi per infidelitatem subiugauerit, vt dicitur in dict. cap. Episcopi. Ita credendum est nullius personæ figuram, vt de tanto crimine accusetur, posse prætendere, nisi eius, quam sibi iam per similia crimina deuictam esse sciuerit, & multotiens realiter cum alijs ad ea perpetranda conuenerit.

Et propterea non debent Inquisitores omittere contra tales accusatos procedere, eò quòd ex hoc ipso, quod sic accusatur, etiamsi aliquando non verè ac corporaliter peregerint, ea de quibus accusantur, vehementer tamen suspecti sunt, quòd de flagitiosissima tali secta sint: & præcipuè si plures testes in idem contra aliquem concurrant, varijsq́ue temporibus: & si aliàs etiam mala sit vita vel fama. Neque enim Deus clementissimus diu permitteret innocentes de tanto crimine

accusari: & esset de omnibus per ratio, quòd Diabolus omnium personarum figuras prætenderet diuersis temporibus: quod patet falsum: quia tales innocentes non solùm pauci esse creduntur in comparatione aliorum, contra quos Inquisitores procedunt in aliqua ciuitate, vel terra: sed nulli adhuc ab Inquisitoribus tales inuenti sunt esse delusi, licet alijs narrantibus dicatur quandoque tale quid contigisse. Omitto contra eandem euasionem afferre indicia apertißima de reali deportatione, quæ tam ante, quàm post deportationem in plena vigilia contingunt, quorum in hoc opusculo inseruntur plurima, vt præcipuè infrà patebit.

CAPIT. XV.

Ad eandem euasionem præcludendam, aliæ deductiones inuictæ.

AD eandem euasionem primam excludendam, aliam deductionem affero: quæ tam ex dicto capitulo, quàm ex alijs determinationibus summorum Pontificum robur accipit.

Ex illo namq; capitulo habetur duplex modus, quibus Diabolus potest homines deludere, vel decipere. Vnus ostendendo in somnis, seu in spiritu, aut in visu quod non est.

Alius in vigilia prætendendo formam alicuius, sicut contingit in apparitionibus Diabolicis: puta, cum Diabolus assumens corpus aëreum, format aliud in similitudinem hominis, vel mulieris, vel bestiarum. Sicut sæpè legitur in Sanctorum historijs.

Primo autem modo posse deludere probat. dict. c. per

secun-

secundum. Secundo verò modo probat per Apostolum 1. Cor. 9. dicentem, quòd Diabolus transfigurat se in Angelum lucis, quia videlicet aliquando apparet in forma boni Angeli, & multò magis potest apparere in forma hominis vel bestiæ. Potest ergo sic hominum phantasmata ordinare, vt videatur eis videre, quæ nō vident, & esse, quod non est, quod maximè contingit in somnis. Potest & alio modo deludere per præstigium, vt confitentur omnes tam Theologiæ, quàm Canonici iuris cultores.

Non negat etiam capitulum illud, Diabolum posse de loco ad locum homines portare. Hoc enim negare esset hæreticum; dicente Iob, quòd non est potestas, quæ ei valeat comparari super terram: imò etiam contra veram philosophiam hoc esset, quæ virtutem substantiæ separatæ omni corpori præfert. Sed solùm adducit & astruit capitulum illud, quòd non portentur tunc ad sequendum aliquam veram Deam, eique seruiendum, propter quæ videbatur illis sceleratis mulieribus, quòd realiter portarentur.

Substantię separatæ corporibus præferuntur.

Ex illo ergo capitulo iuncta fide, & philosophia habetur esse possibile, quòd Diabolus has maledicas personas portet: & per diuersarum rerum apparitione prædicto etiam secundo modo deludat. Possibili autem posito in esse, nullum sequitur inconueniens, præcipuè si sacris literis, vel determinationibus Ecclesiæ non repugnet.

Possibili in esse posito nullum sequitur incōueniens.

Ponatur ergo per casum possibilem, quòd contingat multitudinē personarum, sic, Diabolo cōgregari, et in-

duci ad abrenunciandum fidei, contemnendum sacra, aliaqúe facienda, quæ narrantur de strigibus ex quibus meritò veniunt ab Inquisitoribus & fidei iudicibus punienda.

Tali autem casu posito, quærendum est, quomodo poterit iudex in eorum notitiam deuenire, si non credendum complicibus & socijs horum criminum, qui deprehensi sunt, & iudicialiter confeßi. Neque enim alius homo potest ista cognoscere: & hi, qui de tali societate supponuntur esse, terribilibus sacramentis se astringūt, ne se inuicem aliquatenus accusent, neque factum propalent: nisi fortè causa seductionis alicuius: etiamsi contingat aliquem hanc datam non seruare fidem, horribiliter vapulat à consocijs vel à Dæmone nisi forte sint in fortijs Inquisitorum: licet etiam neque sic quandoque poßint euadere. Quomodo ergo tam acerrimi hostes fidei tollentur de terra, vt intendit sancta mater Ecclesia?

Quis autem audeat præsumptuosus vel sciolus dicere, quòd licet iste modus delusionis sit Diabolo possibilis, non tamen vtitur illo, neque illum Deus permittit? Num de permißione Dei debet quis sentire aliter quàm sancta mater exposcat Ecclesia, & rerum ostendat euentus? Vbinam autem habet quis Ecclesiam docere, quòd hæc Deus non permittat? Quin etiam oppositum illam sentire ex hoc dignoscitur, quod authoritatem & omnem fauorem præstat Inquisitoribus contra tales nequißimas personas. Euentus quoque & frequentißima apertaqúe indicia idipsum docent

De permißione Dei nemo aliter sentire debet, quàm Ecclesia.

sunt: Iudices omnes fidei & innumerabiles conſiliarij ſic eſſe iudicant: teſtes infiniti idem affirmant: Quomodo ergo poteſt quis ſapiens aſtruere id impoßibile, aut etiam non de facto cõtingere? In hoc diſcernant omnes, ſi ratione mouentur, aut voluntate, ſeu quomodolibet alia ſiniſtra cauſa vel intentione.

Et caſum quiſque ponat ante oculos ſuos, quòd ſit ipſe iudex aut gubernator in aliqua ciuitate Eccleſiæ, vel cuiuſcunque principis, & compareat ante eum, qui dicat ſe hominem audiſſe dicentem, quòd conuenientium in curſu duo ciues tractârunt, dum ibi eſſent, tradere ciuitatem hoſtibus Eccleſiæ vel principis: & quòd vocato homine illo, ſic eſſe ab eo diſcat, vt à teſte de viſu, & id quod in tali caſu crederet, aut faceret, ſi iudex eſſet: vel certè fieri conſuleret, ſi conſiliarius eſſet, vel aſſeſſor iudicis, faciat oro, vel non minus credat, aut fauorem præſtet Inquiſitoribus, qui prædictis modis ſimilia cognouerit, contra Chriſtum in tali curſu fieri, vel tractari, ſi verè Chriſtianus eſt.

Præterea Eccleſia hæc eſſe poßibilia, imò de facto contingere credit, non ſolùm indirectè, dando generaliter authoritatem Inquiſitoribus contra tales, ſicut contra hereticos, & eorum iudicia non ſolùm non reprobando, ſed potius approbando, verùm etiam quia directè, & ſpecialiter ſectam hanc inſequitur, & per ſpecialia priuilegia Inquiſitoribus mandat, vt hos peſtilentißimos homines vſque ad extremum interitum, & exterminium perſequantur inuictè.

Vnde quod Innocentius mandauerat primò Inquisitoribus Alemaniæ, vt suprà relatum est, & Iulius postmodum Inquisitori Cremonensi, confirmauit vltimò Adrianus sextus Pontifex omnibus Inquisitoribus congregationis Lombardiæ, ordinis Prædicatorũ, mandans vt officium Inquisitionis exerceant contra prædictam sectam personarum, quæ à fide catholica deuiantes fidem ipsam, quam in sacri susceptione baptismatis abnegantes, sacram crucem pedibus conculcantes & opprobria super eam perpetrantes, Ecclesiasticis & præcipuè Eucharistiæ sacramentis abutentes, Diabolum in suum dominũ & patronum assumentes, eiq; obediẽtiam & reuerẽtiam exhibentes, & suis incantationibus, carminibus, sortilegijs, alijsq; nefandis superstitionibus homines, animalia, & fructus terræ multipliciter lædentes, aliaq; quam plurima nefanda, excessus, & crimina eodem Diabolo instigante committentes, inueniuntur, eosque puniant secundum modum contra alios hæreticos à iure & sacris canonibus statutum.

Cur Striges sectariæ habeantur.

Vnde patet, quod cùm hæc secta nõ sit, nisi secta strigum: & ista nefanda faciant non nisi pro magna parte in cursu, quia etiam ibi sectam faciũt & conuentum, & non alibi, nec alio tempore omnia, sequitur q́ Pontifex supponit & determinat, non illusoriè, sed verè & realiter hæc in cursu fieri, & perpetrari. Qum etiam sectam Clemens. 7. per breue, quòd directum est Reuerendissimo Episcopo Polensi, Gubernatorique Bononiæ, mandans eidem, vt cõtra quosdam Mirandulanos eiusdem sectæ præstet omnem fauorem Domino Inquisitori

Par-

Parmensi, & incipit: Accepimus non sine animi, &c. appellat expreßè hæresim strigiatus.

Cùm ergo ex prædictis concludatur, quòd prædicta crimina non committuntur à prædictis hominibus illusoriè sed verè, oportet quòd nō in somnis vadant, aut deportentur ad cursum, sed verè & realiter: & consequenter quòd fides præstanda est testibus de visu cōtra tales. Aliàs periret omnis modus procedendi contra tales, vel cum maxima difficultate possent deprehendi: eò maximè, quòd sicut per eorum confeßiones agnouimus, sacramentis (vt diximus) magnis se astringant, se inuicem non reuelare.

Aduertendum est etiam, quòd si testibus non creditur, contra alios, propter assertam delusionem: iam non esse ēt credendum seipsos accusantibus, vel iuridicè confitentibus quòd talia sibi contigerint, eò quòd censendi pariter esse delusi, & ei esset compatiendum, & nō sententia contra eos ferenda, si dicerent se nunquam extra cursum tale quid fecisse, nec ex corde vnquam talia se perpetrasse, aut contra fidem quicquam opinatos esse. Quod tamen nullus sanæ mentis concederet, & practica omnium Inquisitorum est in contrarium.

Præterea, ex eisdem Pontificum verbis hoc elicitur, quòd eundem debent contra sectam istam seruare modum inquirēdi, & procedendi, quē seruant secundū, iura, contra alios hæreticos. Modus autem ex parte intentionis ipsius Inquisitoris & efficaciæ tā interioris quàm exterioris est, vt interprete omniqúe humano timore, & cuiuscunque commodi vel lucri amore postposito,

inuictè procedant. Vt patet in priuilegio quodam Inqui-sitionis, quod incipit; Ex parte verò ordinis procedendi & executionis, vt simpliciter & de plano, &c. c. Statuta, de Hæret. libr. 6. Item vt excommunicati & partici-pes vel socij criminis in testimonium admittantur, eod. tit. In fidei fauorem. Contra istam ergo sectam, hoc vl-timo modo procedendum est.

Etiam socij criminum cõtra Maleficos audiuntur.

Tenentur ergo credere Inquisitores omnibus, qui te-stimonium contra hanc sectam ferre voluerint, etiam dicant se socios criminum. Non potest ergo interponi, q[uod] isti, socios se dicentes, non sunt audiendi, quia deludan-tur per præstigium, vel quomodolibet aliter: quia iam tolleretur modus procedendi contra istos, quo proced[i] debet contra alios hæreticos: quod est contra voluntate[m] & mandatum Ecclesiæ in prædicto priuilegio Adriani. Vnde patet, quòd illa euasio nulla est, sed irrationabili[s] & periculosa fuga.

CAPIT. XVI.

Eadem secunda ratio ex eodem fundamento tripliciter confirmatur.

PRæclusa igitur prædicta euasione ad secundam ra-tionem principalem, confirmatur ipsa secunda ra-tio principalis tripliciter: Primò sic: Si duobus testibu[s] & in præiudicium tertij tam in iudicio creditur, quàm extra iudicium de rebus poßibilibus euenire. s Mult[ò] fortius credendum est maximè multitudini tale qui[d] conformiter asserenti. Quia de quo minus videtur in-esse & inest, & de quo magis, per regulam topicam.

Maxim[e]

Maxima est autem multitudo talia narrantium, vt suprà deductum est. Sed & hæc ipsa quæ narrantur, esse possibilia suprà in primo principali, probatum est etiam ex sacris literis. Ergo non sunt hæc tam facilè passimque neganda, vt nonnulli faciunt.

Confirmatur secundò eadem secunda ratio sic: Fama quam omnes famant, non ex toto perit: & impossibile est, quod famosum sit falsum ex toto, secundum Philosophum in lib. de somno & vig. & 7. Ethicorum. Maximè autem si fundetur narratio in certitudine sensuum. Non enim possunt falsi sensus exteriores circa propria sensibilia, vt dicitur in secundo de anima. Narrant autem omnes isti, ea quæ ab eis videntur & fiunt supra naturam, & ea esse vera testificantur de visu pluribus sensibus. Et in hoc omnes conuenire, quòd corporaliter fiant, quæ sensisse se dicunt, publica & vniuersalis est fama. Non ergo ex tota falsa esse censenda sunt, aut putandum est vniuersaliter tales personas decipi, vel decipere: licet fortè interueniant sæpe delusiones, vt suprà declaratum est.

Fama quam omnes famãt non ex toto perit.

Confirmatur tertiò eadem ratio sic: Si quod est magis incredibile, quàm illud de quo est sermo, vel saltem æquè incredibile, & nihilominus à sanctis Doctoribus hac sola ratione creditur, & pro certo asseritur, quod à multitudine virorum ac mulierum, tam eorum qui sunt experti, quàm eorum etiam qui ab his, qui experti sunt, didicerunt & cognouerunt, enarratur & confirmatur: multò magis ab omnibus credendum erit, quod est magis credibile, vel saltem æquè credibile, & quod est

æquè vulgatum & affirmatum ab his, qui experti sunt, vel ab expertis certa relatione cognouerunt. Nam cùm citò sine ratione credere sit indicium leuitatis, iuxta illud Ecclesiastici 19. Qui citò credit, leuis est corde, magis hoc alienum esse debet à sanctissimis & grauissimis Ecclesiæ sanctæ Doctoribus, qui tam naturaliter, quàm supernaturaliter dotati sunt supra cæteros muneribus intellectus, quàm à quibuscunque alijs.

Magis autem credibilia sunt omnia, quæ narrantur à strigibus fieri in cursu illo Diabolico, præter hoc, quod etiam affirmant sibi contingere, Dæmones, inquam, esse eis incubos aut succubos, quam hoc ipsum quod exceptuatum est, ibi, vel alibi expleri per Dæmones. Et tamen hoc ex sola multitudinis assertione, pro certo tenent Augustinus, Thomas, cæteriqúe Theologi. Ergo multò fortius à nobis non debent illa negari, de quibus est sermo.

Quòd autem hoc sit magis incredibile, & magis videatur à possibili alienum, ex hoc manifestum est, quòd Dæmones, cùm sint spirituales creaturæ, corporales delitias aut oblectationes non magis admittunt, eisqúe oblectari nō magis possunt sensitiua oblectatione, quàm lapides. Sicut enim lapides, ita & Angeli sensibus carent, quorum obiecta sunt illa oblectamenta, & consequenter videntur ēt ab eorundem spirituum voluntate aliena: Licet in corporibus assumptis, possint ab illis opera motusqúe tales, quasi vitales perfici, & in illis intellectualiter, non autem sensualiter oblectari, propter animarum perniciem, eorum, inquam, qui tale cum eis habent

Angeli sensib. carent vt lapides.

Angeli in assumptis corporibus, non sensualiter, sed intellectualiter oblectantur.

habent fœtidißimum commercium. Quia tamen (vt diximus) videntur elongata hæc opera, vilißima & vilitatem animi prætendentia, vt pote subiecti paßionibus concupiscentiæ turpißimæ, ab eorundem spirituum eleganti natura, potius, quàm opera, circa corporalia quidem expleta: sed tamen virtutem eorum ac potentiam præmonstrantia: qualia sunt hæc, quæ narrantur accidere talibus hominibus in illo Diabolico cursu: minus illa credenda forent, quàm ista.

Quòd verò sancti Doctores, non ratione aliqua, vel reuelatione moueantur ista credere, quæ minus credibilia sunt, & vt vera cunctis illa Christianis annuncient, non nisi sola fide narrantium: patet præcipuè per diuum August. qui hæc ipsa primus inter Catholicos in scriptis redegit, ne dum poßibilia, sed & facta in 15. lib. de Ciuitate Dei, capit. vigesimotertio. Vbi sic ait: Creberrima fama est, multique se expertos, vel ab eis, qui experti erant, de quorum fide dubitandum non est, se audiuisse confirmant, Siluanos & Phaunos, quos vulgus incubos vocat, improbos extitisse mulieribus, & earum appetisse & peregisse concubitum: & quosdam Dæmones, quos Dusios Galli nuncupant, aßiduè hanc immunditiam & tentare & efficere, vt hoc negare impudientiæ videatur. Hæc ille.

Fauni sunt Incubi.

Dusij.

Hoc idem tenet et sanctus Doctor, non nisi ob Augustini prædictam inductionem. Sed neque alij Doctores sancti, videlicet Gregorius & Isidorus, qui tales dari Dæmones incubos & succubos affirmant, vt suprà inductũ est, alia ratione ad id moueri possunt nisi prædicta: Cùm hoc

exsa-

ex sacris literis non habeatur, neque reuelatione prisco-rum: neque per naturalem factorum cursum.

Cùm ergo eorum quæ à strigibus asseruntur, fama sit communior, & assertio certior, eò quòd iuramento iudiciali vbique firmata sit: sequitur à maiori, quòd ei indubitata sit adhibenda fides. Si enim ista negentur: et existimantur quasi à delirantibus introducta, non minus delirare putandum esset illos, qui ea, quæ minus credibilia sunt referrent, quæ tamen credunt sancti Doctores, vt diximus, quasi non delirantium relatione comperta.

Sed & quod magis propositum roborat & confirmat, hoc ipsum quod striges asserunt, de conuersione, inquam, saltem apparente, earum in catos, tenet August. esse verissimum: licet non secundum hanc speciem verba faciat. Et hoc tenet non nisi relatione eorum, qui eiusmodi certissimè se audisse vel etiam expertos se esse asseuerarunt. Nam lib. 18. de ciuitate Dei, capitulo 17. postquam retulit, quæ à Gentibus narrantur de socijs Vlyssis in bestijs à Circe maga conuersis: & de Archadibus, qui transnatando stagnum, cõuertebantur in lupos. Et rursus de Archadibus in lupos conuersis, hausto quodam immolato liquore Deo suo Lyceo: post nonnulla subiungit, & probat hæc esse credenda, propterea quòd & temporibus suis talia fieri referentur.

S. August. credidisse conuersionem, mulier cularum in catos.

Vnde sic dicit: Si enim dixerimus, ea non esse credenda (quæ scilicet prænarrata sunt) nõ desunt etiam nunc qui eiusmodi quædam vel certissima audisse, vel etiam expertos se esse asseuerent. Nam & nos, cùm essemus in

Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, vbi stabularius mulieres imbutas his malis artibus, in caseo dare solere dicebant quibus vellent seu possent viatoribus, vnde in iumenta illicò conuerterentur, & necessaria quæq; portarent: post quæ perfuncta opera, iterum ad se redirent. Nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem humanamque seruari. Hæc August.

Caseo infecto immutatur hospes quidã in iumentum.

Ex quibus patet, quòd ipse non nisi ob plurium testium asseuerationem credebat talia fieri arte Magica: Quibus non dissimilia sunt, quæ prædicantur ab Inquisitoribus accidere strigibus: & hoc relatione eorum, qui sunt experti: sicut est de conuersione strigum in catos: non tamen quò ad veram naturæ speciei mutationem, sed apparentem: & par ratio est de omni alio euentu mirabili per tales, circa casus diabolici cursus enarrato. & ab innumera testium multitudine confirmato. Vnde cùm suprà probatum sit, omnia talia esse possibilia: neq; sacris literis repugnare: proculdubiò sunt ab omnibus credenda: nisi quis vellet esse sapientior Augustino, cæterisq; sanctis Doctoribus, qui eundem Augustinum in hac imitantur credulitate.

s L. vbi numen. ff. de test. & c. nouit. de iud. & in crim. ca. in omni, de test. & per Anton. de But. & Fely. in c. cum dilectus. de calum.

t De qua habetur in Auth. multò magis. C. de sacrosanct. Eccle.

u Et satis patet ex notatis per Bart. in l. de minore. §. plurimum. ff de quæst.

Ad

CAP. XVII.

Ad idem ratio tertia, ex multiplici experientia, per nobiles inducta.

TErtiò probantur hæc esse credẽda, prout ab Inquisitoribus vera prædicantur, ratione sumpta ab experientia, quæ dicitur rerum magistra. x *Et sic arguitur: Id quod multiplici experientia comprobatur, non est negandum: Nihil enim certius, quàm quod sensibus notificatur: quod ad experientiam pertinet: Sed ea, quæ à strigibus narrantur, sunt etiam in diuersis locis per experientiam ab alijs, quàm à strigibus, quo ad facti substantiam comprobata.*

x C. Quam sit. de elect. in 6. Argumentum ab experiẽtia.

Quod quidem inducitur primò quantum ad corporalem delationem (omißis quæ ab authoribus antiquis, Vicentio, inquam, historiali, & Petro Damiano afferuntur, de quibus vide si placet in Malleo maleficarum parte 2. cap. 3. quod & in solutionibus argumentorum explicabitur succinctè) in medium tantùm induco nunc ea, quæ nostris temporibus ab his, qui pro certo cognouerunt enarrata sunt.

De veritate namq; prædicti cursus Diabolici omißis innumeris, quæ olim facta narrant, & scriptura etiam teste vera comprobantur, nouißimum argumentum duplex inducere libet.

Quidam Vener. P. Frater Paulus de Caspano ord. nostri, mihi anno præsenti asseuerauit, Presbyterum quendam nomine Io. Anthonium de Palauisinis bonæ famæ virum, demorari iam diu, & nunc etiam in valle Tellina in castro Caspani: sibique narrasse, quòd dum manè secun-

secundum consuetudinem ante diluculum ad exoluendum diuinum officium vel alia de causa surgeret de lecto, contingit eum multotiens magnam vidisse turbam in propinqua planicie virorum & mulierum, cum varijs luminaribus currere hinc inde more ludentiũ: quos Presbyter dixit pro certo se scire, quòd sunt strigones, & striges, quæ deportantur ad cursum, vt omnis generis voluptatibus carnis perfruantur.

Currere cum luminaribus striges in suis conuentibus. A chorisatione Itali cõuentum hunc vocant cursum vel concursum.

Quidam etiam egregius medicus Ferrarien. & in hac eadem ciuitate curis infirmorum publicè intendens Magister Sezinus Bentius nuncupatus, mihi fidelißimo testimonio superioribus diebus enarrauit, quòd cum superioribus annis, quasi tribus elapsis ruri esset inuisendarum poßeßionum propriarum gratia, contingit cum suo villico sermonem de strigibus eum habere. Cumque medicus esse deliramenta diceret, quæ referuntur de strigibus: & hoc præ cæteris, quòd videlicet corporaliter ferantur ad opinatum cursum: econtrariò statim villicus ille (qui adhuc superest, & vocatur Thomasinus Pollastros, de territorio quidam Mirandulæ, sed modo habitans in confinibus illis in loco, qui vocatur Clauica Malaguzzi) asseruit quendam alium, ibi propè morari rusticũ, qui narrat se mulieres, & viros in maxima multitudine nocte corrizantes, & voluptatibus vocantes vidisse. Super quo stupens medicus, rogauit villicum suum, vt rusticũ illum ad se vocaret. Qui vocatus, & de his interrogatus, ita respondit. Quadã nocte, dũ per tres horas ante diluculum surrexissem, vt cum bobus & plaustro veniens, villico huic vestro in quodam negocio ferrem

ferrem auxilium, peruenissemque ad hanc planicie (quam manu ostendit, quia prope erat) vidi, à longe tamen, ignem copiosum in diuersis locis quasi luminari magna: ita quæ multitudinem quoque conspexi virorum, ac mulierum, veluti ad inuicem decertantium, se etiam corrizantium. Propius autē accedens, plusquam sex millia hominum, clara per ignes causata luce intuitus sum, & mensas paratas, & eorum nonnullos comedere ac bibere: plurimos charisare, diuersiq; generi ibi ludorum exerceri: plures etiam lasciuire licentius quàm fas sit eloqui. Inter eosdem autem aliquos mihi notos vidi viros, ac mulieres, & nonnullos eorum tunc etiam sum allocutus. Sed post horam, quodam signo facto, velocissimo (vt videbatur) cursu, omnes inde fugerunt, ac velut asportati nebula, nusquā comparuerunt. Hoc igitur accepto testimonio, medicus mutauit sententiam, & nedum possibile, sed etiam de facto continger iam credidit, quæ prius deliramenta putabat.

Quidam superueniens saltationi strigum, earum aliquas alloquitur.

CAPIT. XVIII.

Experientiæ corporalis cursus, ac transportationis strigum ad longinqua loca per populares inductæ.

POpularium etiam testimonio, qui Ferrariæ morantur, hoc ipsum probandum censeo, vt possit, qui voluerit non à longè certificari.

Quidam inprimis Andreas Magnanus Bergomensis habitator Ferrariæ, hac hyeme mihi narrauit, quòd à quodam suo affine Venetijs commorante, cognouit hoc quod contigit superioribus annis: quādam, inquam, puellam

qu

qua cum matre Bergomi morobatur, inuentam fuisse nocte Venetijs in thalamo dicti sui affinis. Quam manè repertam nudam, recognitamque, quia consobrina erat, cùm interrogassent quomodo illuc venisset, aut ibi esset, & quare: plorans illa, postquam vestita ab eis fuit, hæc quæ infero, enarrauit, dicens: Hac nocte, cùm in lecto vigilarem, vidi matrem meam, quæ me dormire putabat, surgentem de lecto, & exutam camisia se quodam vnguento, quod ex vasculo assumpsit, de sublateribus extracto, perungentem corpus. Et statim in assumpto baculo quodam sibi præparato, in modum equitantis ascendens extra fenestram deportata est, & à me nequaquam ex tunc ibi visa. Cumq; ipsa quoque de lecto surgens, meum, vt mater fecerat, perunxissem corpus, extra fenestrā educta, statim in hunc locum deportata sum, vbi matrem puero huic lecto decumbenti insidiantem vidi. Ex quo ego territa, cùm matrem etiam ob meum aduentum conturbatam vidissem, & cominantem, nomen Domini IESV, & beatæ Virginis inuocaui, & ex tunc matrem non vidi, & ego hìc nuda solaq; remansi.

Quędam vecta ad nocendum liberis.

His auditis à puella, scripsit omnia hæc affinis ille, narrantis P. Inquisitori Bergomensi, à quo capta mulier, & tormentis exposita, cuncta confessa est. Et addit, se à Dæmone plus quàm quinquagesies deportatam, vt puerum illum, filium prædicti affinis occideret: sed tamen præualuerat nunquam, eò, quòd semper eum inuenerit signo crucis, & sanctis oratio-

 nibus

nibus à parentibus benè munitum.

Quidam etiam Antonius Leo carbonarius, Ferrariæ habitator, de Valle Tellina, narrauit mihi hoc anno, se in patria sua, ab eo, cui infrà scripta contigerũt cognouisse: videlicet, quòd cùm suspectam haberet ille vxorem suam, ex relatione multorũ, quòd iret ad cursum, quando ipse nocte dormiret, finxit se quadam nocte profundè nimis dormire. Quod vbi percepit vxor, surgens de lecto se inunxit vnguento ex vasculo prius abscondito, & statim nusquam comparuit. Stupens autem vir suus, & quadam curiositate ductus, de lecto surgens, idem fecit, quod vxor: & statim per caminum (vt sibi videbatur) per quem etiam sibi visum fuerat ascendisse vxorem, delatus, in quandam nobilis cuiusdam comitis cellam vinariam deportatus est: quo loci vxorem etiam cum alijs pluribus reperit. Eo autem viso, vxor statim cum alijs quodam signo facto discessit, eodem viro suo in illo loco relicto. Qui manè à famulis domus inuentus, & cum clamoribus quasi latro captus, & ante comitẽ constitutus, accepto loquendi spacio, cum robore factum narrauit. Et ex hoc accusata vxor illius apud Inquisitorem, & tandem confessa, pœnas dedit suis dignam sceleribus.

Quædam voluitur in vinariam cellam.

Velle autem sola illa credere (vt ad obstinatos paulisper verba conuertam) quæ proprijs oculis contingunt videri, signum stoliditatis est, vel magnæ nequitiæ: vt qualis fortè quis fuerit, tales & cæteros esse putet, mendaces, inquam, & delusores.

Ex his tamen quæ prænarrata sunt, haudquaquã existi-

existimandum est, virtutem aliquam naturalem inesse vnguento illi, quasi omnes, qui se illo perungerent, sic differri haberent, aut possent. Iam enim non nisi ad vnum deferrentur locum, vel ad vnam duntaxat differentiam loci, cùm natura non nisi ad vnum determinata sit, vt dicitur secundo Physicorum. Nec Diabolus est subditus naturalibus virtutibus rerum corporearum, quoad motum localẽ causandum, cùm sit eis nobilior, & ab omni materia absolutus. Tales enim virtutes non nisi ad res ipsas terminantur materiales. Sed sicut animal trahitur cibis, ita spiritus signis, vt dicit August. 21. de ciuit. Dei, cap 6.

De vnguento, quo vngunt vecturas.

Natura nõ nisi ad vnum est determinata.

Vt animal cibis, sic Spiritus signis allicitur.

Ex pacto enim tacito vel expresso, habito cũ malignis spiritibus ab his personis, vel ab alijs, qui hæc primò introduxerunt, puta, ꝙ fidem abnegent, & baptismum, crucem conculcent, nomen vllum sanctum minimè nominent, & alia huiusmodi nefandissima incurrant crimina, facto postmodũ aliquo opere, putà tali inunctione pro signo. statim adest diabolus propria voluntate. Et ita proprio ex arbitrio assumpta sibi placita, etiam bestiarum figura: vel etiam inuisibiliter assistens, defert miseras personas, pro earum, vel ẽt pro sua voluntate ad destinata loca, indeq; reducit.

Posset etiam ad hoc cogi Dæmon inferioris ordinis à Dæmone superiore ac præsidente, cuius videlicet ille potestati subijcitur. Est enim prælatio, & subiectio in spiritualibus creaturis, tam bonis, quàm malis, vt patet per sanctum Tho. 1. q. 109. art. 2.

Est prælatio & subiectio in Spiritibus.

Propter hæc igitur contingit, ꝙ & si aliqui quan-

doq; se tali vnguento deturpent, intendentes trans-ferri, siue pactum habeant cum Dæmonibus, siue non voti compotes nullatenus fiunt.

Nonnulli autem quandoq; tali perniciosa vnctione peruncti, quamuis etiam non intenderent se transferri, translati sunt. Procedit hoc etenim ex libertate Dæmonum, sic exigente quandoq; malitia hominum, vt in perniciem suam obtineant, quod suæ saluti contrarium est. Et ex bonitate Dei, quandoq; à tali malo quidam custodiuntur contra suam etiam voluntatem.

Sed & quandoq; impediuntur dæmones, ne id præualeant obtinere, quod vellent: & hoc vel à bonis angelis, vel à malis, sibi tamen prælatis. Ex bonorum autem angelorum præsidio istud communiter prouenit, ne possint dæmones officialib. fidei nocere: nec ex carceribus eorum hæreticum hominem eripere, etiam si se totum vnguento illo perungeret execrabili.

Castigantur inobedientes striges.

Sed & quandoq; Dæmonum in hoc libertas ostenditur circa talia: quòd si persona etiam sic perun-cta, pactum aliquod cum Dæmone firmatum præuaricet, putà nomen aliquòd sanctum incursu proferat: statim à dæmone deponitur, seu derelinquitnr: & in locis se inuenit à domo propria, vnde recesserat, longè positis, sæpiùs etiam flagellata per eosdem dæmones, & quandoq; illæsa.

CAP. XIX.

Experientiæ apparentis conuersionis strigum in catos.

Com-

COmprobatur etiam id, quod assumptum est, in prædicta ratione de apparentia strigum in formam brutorum, & præcipuè catorum, vt ipsæ quoque striges fatentur, per testes fidelissimos de visu, quantum ratione humana iudicare potest.

Nam suprà nominatus Antonius Leo, vxorque sua sub iuramento deponentes, mihi dixerunt hoc anno, modò decurrere tertium annum, quòd in thalamo suo seris optimè clauso, nocte quadam, duo magni cati apparuerunt, vni ex pueris eorum insidiantes: de quibus tamen ipsi, dum dormirent, non aduerterunt, nisi post emissum à puero clamorem & eiulatum. Strigauerant enim iam ipsum infantem, quando sunt excitati parentes: cuius maleficij causa infra paucos dies exsiccatus puer interijt. Surgentes ergò, quàmprimùm catos binas viderunt, de lecto suo, vt eas comprehensas necarent, licèt ferrea pala percusserit alteram earum vir (vt sibi videbatur) acerrimè: alteram verò ritè concluserit: nihilominùs elapsæ paulò post aufugerunt ambo, & extra fenestram se demittentes, non vltrà comparuerunt nocte illa.

Striges in feles mutatæ, necant infantem.

Simile quid passi sunt post annos duos, hoc est, anno elapso circa puellam nuperrimè natam. Siquidem à duabus magnis catis, altera beretini coloris, altera verò pro parte albo, & pro alia parte corporis nigro colore colorata, dum omnes dormirent, nocte inuasa, parentes expergefecit flebili voce. Qui visis catis è lecto saltantibus surrexerunt, vt eos comprehenderent: sed neque tunc præualuerunt. Nam vt antea fecerant

cerant, eorum manus euaserunt facillimè: & per fenestram domus demissæ fugerunt. Puella verò infra duos dies exsiccata defecit. Noctibus quoque strepitum multarum catorum insidiantium aliis filiis, & etiam loco, vbi vnguentum sibi datum à quadam strige seruabatur, vt illo peruncti curarentur (siquidem iam & ipsi strigati fuerant, sed non exitialiter) sæpius audierunt: cùm tamen, vt ipsi dicunt, non nisi vnam paruam catum in domo habeant.

Sed & strix, quæ superioribus diebus fuit incinerata, dixit eisdem super hac percunctantibus, quòd duæ fœminæ striges fuerant, in forma catorum, quas in thalamo viderant: quæ & alios filios antè occiderant modo prædicto, seque nosse illas asseruit: imò signis, non autem ex nomine propalauit easdem.

Huius etiam apparentis conuersionis strigum in catos, testis alius in hac eadem ciuitate Ferrariæ, Philippus nomine, artificio certo, sub iudiciali iuramento mihi asseruit hoc anno, strigem quandam ante tres menses eidem imposuisse, ne prohiberent venire circa puerum, quem (à se fortè strigatum) curandum assumpserat, si quas blandientes & alludentes videret catos. Eadem igitur die, dum discessisset illa, viderunt post horam ipse & vxor sua catam magnam, & hactenus ab eis inuisam, quæ ad puerum accedebat concito gradu. Quam cùm ex timore parentes sæpiùs abegissent, postremò contra venientis vexationem ad impatientiam exarserunt: clausoque ostio, vir ille, grauissimè catum hinc inde fugientem, diutius hasta percussit,

cussit,

cußit, & demùm ex alta fenestra se iactare compulit, vt toto collisa videretur corpore catus. Ex tunc autem strix illa vetula, toto confracta corpore, per plurimos dies lecto decubuit: quo factum est, vt leuis, quam prius habebant, suspicio, quòd striga esset, & puerum suum, qui hac infirmitate strigatus, grauissimè laborabat, ipsa strigasset, in vehementem transijt, imis in violentam. Etenim percußiones, & plagæ, quæ in cato infixæ sunt, in illa vetula sunt inuentæ, quo ad membrorum correspondentiam.

Strix vapulans sub forma felis, malè habet.

Innumera possent adduci ad huius rei manifestationem exempla. Sed hæc nunc sufficiant manifestissima testimonia, de quibus & publica instrumenta confecta sunt, & per eosdem testes, qui adhuc viuunt, apud omnes confirmari possunt.

Alio etiam modo idipsum, quod in hac tertia ratione probare assumpsimus, manifestari potest, per ea videlicet, quæ ante cursum inchoantes, in cursu striges perficiunt, vel ex cursu regressæ ibi facta demonstrant. Ex quibus manifestabitur, quòd talia delusoriè non contingunt: sed verè realiter, & in corpore.

Habitam nanque priusquàm ad cursum accedant sacratißimam hostiam, vbi postmodùm ad determinatum locum fuerint deportatæ, pro munere offerunt Diabolo, quam & ipsius Diaboli gratia, & requisitione opprobrijs affectam, ibi dimittunt: & nullatenus apud se postmodùm illam inueniunt. Quod non accideret, si tantummodò somniarent se talia facere.

Hostiam sacratam secum volantes Striges portant.

Idem conuincunt alia itidem oblata munera putà

Vmbilici puerorum offerūtur Diabolis.

vmbilici puerorum, galli, gallinæ, & alia huiusmodi, quæ communiter requirunt Dæmones in sacrilegis eorum sacrificijs. Quòd autem res ita se habeant, & isthæc encænia Dæmonum post oblationem non compareant, millies comprobatum esse testantur patrum Inquisitorum processus innumerabiles.

Pugillus terræ maleficiatæ datur initiatæ strigi.

Eisdem itidem strigibus referentibus cognouimus, quod dum primò deportantur ad cursum, & negatis coram domina cursus fide Christi atque Baptismo, faciunt homagium Dæmoni: accipiunt tradente sibi eodem Dæmone pugillum terræ, qua secum portata, & realiter apud se inuenta, conseruataque, toto vitæ suæ tempore vtuntur personæ istæ pessimæ, ad maleficiendum non solùm pueros, verùm etiam viros & mulieres cuiuscunque ætatis: proiecto terræ illius modico super eas, quas volunt personas perdere. Si autem hæc omnia in somnis cōtigerent, vel delusoriè, nequaquam apud se talia postmodùm vigilātes inuenirent.

Striges singulis septimanis bis languent.

Aliud quoque huius veritatis signum offero tale: Asserunt enim striges qualibet hebdomada se bis languere, manè videlicet diei veneris, & diei lunæ, propterea, quòd ex velocissima reportatione, qua noctibus illis præuijs à cursu recipeuntur in propria, patiuntur depositæ quasi vertiginem, & ob hoc lecto decumbentes, toto penè mane illo quiescunt. Quo etiam effectu, quasi apertissimo & clarissimo signo, noti earum suspectas easdem habent vehementissimè, quòd sint striges: vbi præcipuè præstigiosis operibus alioquin intendunt.

Ex velocissima vectione vertigo vexat striges.

Sed

Sed & illa, quæ superioribus diebus incinerata est, ea quæ nunc diximus confirmauit: & aliud insuper veri realisq́ue sui cursus dedit hoc indicium: quod cùm semel reportaretur è cursu, & per caminum deposita fuisset in camera propria, non potuit hoc latere familiares, qui in eadem camera dormiebant. Et licet illa, vt factum occultaret, excusationem auditi sonitus aliam interponeret, non tamen eis potuit satisfacere, quò minus vehementer suspicarentur eam, tunc de cursu regressam, sicut & rei veritas erat.

Per caminum quædam demissa proditur.

Mutuus quoque concursus in dictis & factis, dum in Diabolico illo resident conuentu, & se inuicem cognouisse, & comitatas fuisse: fecisse quoq; simulq́; dixisse, dum sunt in cursu, quæ postmodùm concordes referunt, sicut in referendo conueniunt, qui vigilant, ea quæ simul vigilantes fecerunt, aut dixerunt, signum est apertissimæ veritatis, quòd ista non in somnis perficiantur. Nam si vnus somniaret, aut deluderetur, vel etiam ambo, nullatenus ita mutuò conuenirent. Non enim experimur, imò impossibile iudicatur, & contra naturam, quod duobus contingat, eadem in somnis videre, putaréve, quòd hæc vel illa fecerint, vel dixerint, absq; vlla penitùs differentia, vt talibus accidere comprobatur. Siquidem persæpè plures earum conueniunt simul ire, redireq́; vt nulla sit iam negandi ratio vel apparentia, quòd hæc corporaliter fiant & in vigilia.

Quòd si etiam quandoq; in somnis hæc appareant, vel contingant opere dæmonis, non hoc eos latet, vt

plurimùm qui talia patiũtur, ſicut & ſuprà dictum eſt, ex his, quæ traduntur in Malleo maleficarum. His tamen, qui realiter deferuntur ad curſum, vt dictum eſt, multa tam in motu illo, quàm in termino motus, deluſoriè in parte contingunt: vt iudicent miſeri, realiter & corporaliter nonnulla ibi fieri & eſſe, quæ tamen phantaſticè fiunt opere Diaboli, vt in ſolutionibus argumentorum plenius innoteſcet.

CAPIT. XX.

Cur Dæmones copioſas ac celebres ſtrigum conuentus crebrò ſic inſtruant, ac acceruent, è diuerſis regionibus aſſumptis viris ac mulieribus.

POſſet autem aliquis etiam præmiſſis omnibus annuendo dubitare de veritate huius concurſus hominum in vnum, tam crebrò repetiti.

Eſto enim, quòd poſſit Diabolus homines de loco ad locum longius transferre, & plures etiam homines in vnum congregare: non tamen id fieri credendum videtur, niſi rariſſimè: ſicut & rariſſimi leguntur, qui fuerint à Dæmone per aëra deportati: & rarius, imò nunquam, tam in gentilium, quàm etiam in Eccleſiaſticorum ſcriptis legitur, quòd vel ſemel tãtùm per Dæmones facta ſit adeò celebris congregatio hominum, ſicut eſt vna vel minima earum, quæ fieri dicuntur à ſtrigibus bis in hebdomeda in diuerſis partibus Chriſtianorum.

Quod

Quòd ſi etiam dicatur, hoc dæmones facere, vt decipiant homines, & eorum ruinæ ſæpiùs inſidientur: videtur, quòd ab initio iſta facere debuiſſent, cùm à principio perditionem hominum ſummo ſtudio, & inexplebili malitia exquiſierint. Vnde cùm factum hoc aliàs nemo ſciat, imò negetur ab omnibus: pari modo negabit quiſpiam vnquam Deum Opt. Max. iſta permittere.

Verùm enimuerò cum tot aſſertionibus, atq; manifeſtis indicijs, hæc infelici noſtra hac tempeſtate cõprobentur contingere, ſuprà inductum ſuaſorium ſcrupulũ hac ſola ſuaſione remouere curabimus, quod Deo pro grauiorib. hominum inualeſcentibus demeritis permittente, grauius eoſdem Diabolus inſequitur, ac pernicioſiores nocendi modos indies aggreditur in Chriſtiani nominis extinctionem.

Quòd autem vnus hic morbus omnium ſit grauiſſimus, ſupra modum contagioſus, vniuerſaliq; ſaluti hominum magis aduerſus primum manifeſtato, facilè demum oſtendemus, non ab re noſtris temporibus iſta crebreſcere.

Primùm autem, deducit multitudo ſimul & grauitas criminum, ruinaq; animarum exitialis, quam diabolus omni, qua poteſt arte, omniq; malitia mundum debellare contendit. In conſortio enim poſitæ miſeriæ, & infelices illæ perſonæ, magis ſe inuicem ad malitiam trahunt, in malitia fouent, & ſic eorum culpa continuè aggrauatur. Se inuicem quidem ad malitiam magis trahunt inducendo. Quot modis inducantur Striges.

Primò

Cur Dæmon cōuentus suos agat.

Primò verbis. Timeret enim persona qualibet Diabolica, si solam se sciret, aut crederet esse sic Dæmoni obligatam, sic à Christo alienam, eiusq; inimicam: timeret, inquam, hæc alteri reuelare, & ad simile facinus alios inducere. Modò autem, cùm in tam solenni delectabiliq; se cognoscāt annumerari societate, quasi iactabundæ, moremq; facturæ cognatis, amicis, atque sodalibus, eosdem inducūt verbis extra cursum, vt potè primo narrando, quibus conuenientes in cursu perfruantur bonis.

Secundò excludendo timorem, tam dæmonum, quàm iudiciorum Dei: dum dæmones, non quasi inimicos, vt prædicatur, sed quasi amicos, & familiariter obsequentes pro voto se dicunt habere, & Deum talia non curare, vel certè non posse punire affirmant hæreticè, quasi non præualeat contra dæmonis potentiam se opponere, factasq; iniurias vindicare.

Tertiò remouendo impoßibilitatem apparentem transmigrationis longinquæ, imò præbendo facultatem per dæmonum inuocationem: eosdemq; per execrabilem vnctionem, in illorum maledicto nomine factam à strigibus, ad hoc ipsum obsequiosos reddendo.

Quot modis foueantur strigesin malitia.

Quartò, causando roborandoq; fiduciam proprio comitatu.

Fouent postmodùm in malitia, dum sunt congregatæ personæ illæ, alias quas traxerunt: primò offerendo eas magnæ dominæ in tali multitudine præsidenti: vt propter eam, quam præ se fert excellentiam, potentiam, beneuolentiam, comitatem, vereantur eius-

eiuſdem votis atq; præceptis, tametſi execrabilibus, non parere: timeant eidem promiſſa non obſeruare: non odio eam habent, ſed potiùs diligant, veluti auctricem tantorum bonorum, & in omnibus occurrentem pro voto.

Secundò fouentur in malitia, propter multitudinis imitationem. Multæ enim perſonæ, dum etiam illuc perductæ ſunt, renuerent contra Chriſtum & fidem ſacrilega committere: quæ tamen immutatione ſociarum fidentius admittunt facinoroſiſſima opera. Ex maiori etiã multitudine, maior ſequitur voluptas in multis, quibus fruuntur delitijs. Si enim omnis boni poſſeſſio iucunda minus eſt ſine conſortio, vt dicit Boëtius: ex hoc ipſo, quòd in maxima multitudine conueniunt, ſolatijs etiam affluunt pluribus in corrizando, cantando, ſonando, & in curioſitatibus multis: & præſertim in aſpectu pulcherrimarum perſonarum apparentium, &c. vt ſic viliſſimorum hominum deſiderium accendatur magis ac magis, velle ſæpius iſta repetere.

Ex quibus omnibus continuè aggrauatur peccantium malitia, cùm ex frequentatis actibus malis, omnis eorum generatus peſſimus habitus infidelitatis, apoſtaſiæq; à fide, & demum omnis generis vitiorum, & præcipuè luxuriæ, gulæ, inuidiæ, iræq; proficiat in malitia: & cor eorum obſtinatione maxima indies obduretur, ob peccandi conſuetudinem. Quomodo Striges aggrauẽt malitiam.

Cuius indicium eſt rariſſima talium perſonarum ad Deum conuerſio: conuerſorum tam facilis, quæ com- Rariſſima conuerſio Strigum ad Deum.

comprobatur, recidiuatio. Dicunt enim communiter quæ conuertuntur, quòd ista conuersio sibi difficillima est, & perseuerantia dura, tum ob delitiarum memoriam: tum propter Dæmones, in diuersis formis plurimùm eisdem blandientes: vel si sic non præualent, realiter postmodùm, & grauiter deterrentes, & verberantes.

Aggrauatur insuper illorum malitia, propter multitudinem, ex hoc, quòd quasi in vnum facinus omnes coniurant: ita, vt quilibet, non solùm propriorum, sed etiam totius multitudinis peccatorum, quibus consentit & delectatur, reatu teneatur obnoxius. Sicut enim opera bona gratiora sunt Deo, si à multis vnanimiter fiant, iuxta quod innuunt verba illa Domini, Matth. 18. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum: ita & quoad malitiam grauitatemq́; delictorum, pariformiter iudicandum est. Vnde & in naturalibus diuersorum agentium virtus, quò magis vnita fuerit, fortior est, & magis diffunditur. Ferueſcunt enim magis igniti carbones, dum coguntur in vnum. Hoc igitur rete pessimo versutus vtitur hostis, vt copiosam infelicissimorum hominum multitudinẽ ad tartareas striges post se trahat. Non est autem vsus hac arte Diabolus ab initio, antiquisue temporibus, tum quia principaliter per hæc intendit iniquus fidem veri Dei, de corde hominis euellere. Totum autem antiquitùs penè orbem, per veritatis ignorantiam, & per infidelitatem suæ addixerat seruituti, præter Iudæorum paucissimos: quem

Ferueſcũt carbones, dum coguntur in vnũ: sic.

Cur antiquitùs Sathan his artibus Magicis sit vsus.

quem etiam populum ad idololatriam pronum cognoscens, non exquisitis his artibus ad infidelitatem trahere necessarium iudicabat: sed facilè in illam eos prolabi faciebat.

Post aduentum autem Domini & Saluatoris, in primitiua quidem Ecclesia Christianus populus inter infideles habitans, perfectissimæ vitæ fuerat, & fidei firmissimè inhærebat, vtpotè inter persecutionis continuè splendescens atq; feruens, sicut & aurum igne probatur: eratq; tunc Diabolo sola vel maxima cura, regnum suum tueri, ne omnes infideles ad Christum conuerterentur. Sed data pace post tempora cœperunt Christicolæ segniter agere, à conceptoq; fidei feruore tepescere: quos consequenter aggrediens Diabolus, per ministros suos hæreticos innumalerabiles seducere cœpit, sicq; voti compos fieri per internam infestationem à se, & per exteriorem ab ipsis hæreticis factam: non autem adhuc per visibilem apparitionem, saluti hominum grauius insidiari.

Quomodo heresis Strigiatus creuerit.

At postremò sublatis è medio hæreticis, aut certè à Christianorum finibus longius profligatis cepit Diabolus simpliciores personas facilè seducere, multipliciter deludere, & ad infidelitatem cultúmque Dianæ varijs illusionibus inclinare, vt in c. Episcopi. 26. q. 5. enarratur.

Sed deprehenso à Christianis per sacerdotum doctrinam, non esse verum Deum, vel Deam, quæ personis illis quasi domina apparebat, ne suo Diabolus desiderio pessimo defraudaretur, cepit apertè se

Chri-

Christianis solis offerre in omnibus obsequentem: & eis creberrimè omnis generis delitias praeparare, dummodò fidem Christi ab eorum cordibus eliminare posset. Quod vt facilè firmiterq́ obtineat praedictos adinuenit laqueos, ac dolos peßimos maledicti cursus, ac infelicißimarum harum personarum conuentus.

Conuentus Strigum circa Iordanem.

Et in principio quidem, eò, quòd non multi essent, qui eius tali malitiae consentirent: Ex diuersis locis Christianitatis, vnius tamen assumptos linguae per aëra in vnum tantummodò locum pro quolibet regno, qualibétve prouincia deducere consueuerat, puta, circa regionem Iordanis, circa nucem Beneuenti, & sic de similibus.

Loca conuentuum Diabolicorum.

Hodie non volatiles, sed pedestres Striges habentur.

Sed adeò magna in praesentiarum multitudine inualuerunt, vt in pluribus aggregentur locis, & quasi per singulas Dioeceses conuentus faciant copiosos, magnaeq́ multitudinis vtriusque sexus, & varii status. Sicut in Barcho Ferrarien. in planicie Mirandolae, in monte Paterno prope Bononiam, & in aliis pluribus per has maledictas personas nominatis locis: vt iam non per aëra semper à Daemonibus deportentur, sed pedestres vadant multotiens, & velociter currant: eò, quòd persaepè propè sit locus, tametsi à Daemonibus in hoc ipso multipliciter etiam sint suffulta. Quam sectam maledictam dignetur Deus Opt. Max. tandē eliminare. Et haec de tertio principali, & quo ad totius quaestionis determinationē, & materiae declarationem dicta sufficiant. Nunc superest argumenta pro opinione falsa in principio facta dissoluere.

Pro

CAPIT. XXI.

Pro solutione primi argumenti, primo deducitur allegatum in contrarium, cap. Episcopi. esse multipliciter de authoritate, & veritate suspectum.

DETERMINATA *veritate circa præpositam quæstionem, superest soluere rationes in principio adductas pro parte falsa. Ad primum igitur argumentum fundatum super ea, quæ dicuntur in cap. Episcopi. 26. quæst. 5. multa dicenda sunt, eò, quod huius cap. verbis, & authoritati solùm innitantur, & hæreant, qui cursum hũc diabolicum corporaliter fieri negant. Primò ergo dicendum est, secundum aliquos, capitulum illud, sed etiam concilium suspectum esse de falsitate, & inter paleas non minus computandum, quàm Gabillon. vel Beloen. concilia reputentur, d. 18. cap. Placuit, & c. Annis, & sic de similibus, quæ non alia ratione repudiantur, & inter Apocrypha censeri scripta tenendum est, nisi quia nesciatur quo tempore, sub quo Pontifice, vel cuius authoritate indictum sit aliquod tale concilium, vel confirmatum. Etenim concilia plurima ab hæreticis & schismaticis sæpius celebrata sunt: in quibus quidem licet plurima constituta inueniantur, quæ ad sanctæ vitæ profectum conferre videantur, & nonnulla vera ex sanctorum Doctorum sapientia inserantur: nihilominus ab Ecclesia non acceptantur, imò damnantur propter commixta multa falsa, &*

perperam ordinata: & quia etiam non ritè congregata fuisse compertum est: sed potius contra voluntatem Summi Pontificis, aut præter eius notitiam, & beneplacitum, cuius solius est, vniuersalia concilia indicere, & confirmare, distin. 17. per totum. Sicut patet de concilio Arrimini damnato, dist. 15. c. Sancta. & nouissimis temporibus de concilio Basileæ damnato ab Eug. 4. & sic de alijs pluribus schismaticis concilijs. Et ille, qui teneret, quod concilium potest indici, vel congregari, aut celebrari sub alio capite, quàm Summo Pontifice, Romæ vice Petri vniuersali Ecclesiæ præsidente, nisi fortè in casu, quo Pontifex in hæresim laberetur, esset hæreticus, sanctæ matris Ecclesiæ Romanæ primatum impugnans, quem à Christo accepit. d. 22. c. Omnes. & d. 40. c. Si Papa. Cùm igitur huius asserti concilij Acquiren. & tempus ignoretur, & author, illi meritò adhærere non videmur cogi: & eius dicta, seu decreta nullam habere videntur authoritatem, nisi aliud ostendatur. Suspectum est secundo vehementer tale concilium, quod non Catholicum fuerit, aut ab Ecclesia approbatum, eò, quod nonnulla profert obscura, sacrisquè literis non plenè consona, sed secundum sensum, quem aduersarij patrum Inquisitorum in eo habent, falsa ac de hæresi suspecta. Probando etiam suum principale propositum secundum dictum sensum diminutè ac inefficaciter procedit, & contra veritatem, quæ manifesta est in sacris literis, quod videlicet talia non possit facere Diabolus, quæ tamen Diabolo possibilia esse, sacre-

tra literæ protestantur. Nam inter alia eliciunt hæc ex d. c. quod non poßint à Diabolo portari realiter de loco ad locum, quod non poßint figuram hominis prætendere, vel mulieris quasi deæ facta, quæ sunt contra sacras literas, & contra scientiam & doctrinam omnium Theologorum, sacras literas exponentium: Nam quod Diabolus Christum de loco ad locum portauerit, habetur expresse in Euangelio Matth. 4. ca. Multò magis igitur alios portare potest, & portasse fertur in historijs authenticis Sanctorum, & præcipuè diui Iacobi Apost. Naturalis etiam potentia non est minor in angelo malo, quàm in bono, qui tamen portauit Abacuc per longa terrarum spacia in citissimo tempore. Dan. 4. Cùm poßit etiam Diabolus se transfigurare in angelum lucis, vt dicitur 1. Corinthe. 9. & habetur in eodem cap. Episcopi. multò magis poterit se transfigurare in deam aliquam corpoream, sicut putabant esse Dianam ipsi Pagani. Contraria etiam sacris literis (nisi bona gl. interpretentur) affert capitulum illud: dum dicit esse infidelem & pagano deteriorem, qui credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius mutari, aut in deterius, aut transformari in aliam speciem, aut in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt. Huius enim contrarium, quantum ad aliam speciem, expresse habetur, Exod. 7. & 8. Vbi legitur Magos Pharaonis conuertisse virgas suas in serpentes; aquas etiam in sanguinem verum, verasq; ranas. Neq; enim potest dici secun-

dum fidem, quod ista delusoriè acciderint: quia sicu
benè probat diuus Augustinus in gl. ibi. Scriptura eo
dem vocabulo nominat, & virgas Magorum, & vir
gam Moysi, quam constat verè in serpentem esse con
uersam. Et hanc intentionem Augustin. in passu ill
sacræ scripturæ, sequitur etiam & declarat diuu
Thom. Pot. quæstio. sexta. art. 5. ad 8. cum alijs Theo
logis & expositoribus. Et alia ratione hoc ipsum de
ducitur ex eadem scriptura: quia si delusoriè ista con
tigissent, cùm illi Magi non nisi virtute Diaboli tali
possent facere, & æquè facilè sit Diabolo facere, quo
ita præstigiosè cyniphes sicut ranæ serpentesq; appa
rerent: æquè facilè virtute illius potuissent Magi cy
niphes ipsos delusoriè, & tantum apparenter edu
cere sicut ranas, & tamen sacra scriptura dicit, quo
Magi hoc facere non potuerunt. Quod quidem no
est ita intelligendum, quasi naturalis Diaboli virtu
ad illorum etiam productionem non se ostenderet: se
quia eos talia animalia tunc producere non permis
Deus: vt dictus sanctus August. 3. Tri. & recitat Ma
gister 7. de 2. Qui etiam negaret, quod Diabolus pos
sit creaturam conuertere in aliam similitudinem pe
præstigium, negaret ipsum præstigium, quod est vn
diuinationis species, & contradiceret consequente
omnibus Theologis. & cap. Nec mirum. 26. q. 5. se
opponere omnibus historijs talia narrantibus, qu
per præstigium varijs temporibus contigerunt in lo
cis. Quo tamen modo intelligendum sit, Diabolu
posse, vel non posse vnam creaturam in aliam muta

rein

re infrà declarabitur. Suspectum tertiò de falsitate est dictum capitulum, in quantum alium prætendit sensum in sacris literis, quàm habeant sancti Doctores super verbo illo Apostoli: Siue in corpore, siue extra corpus nescio, &c. *imò sensum præfert, quem reprobant S. August. & S. Thom. & quem D. Hieronymus in prologo Danielis, dicit fuisse sensum cuiusdam Iudæi negantis pariter id, quod vniuersalis confitetur Ecclesia Abacuc, inquam, esse portatum ab Angelo in Babylonem breui temporis spacio. Et ideo cùm ex cultu Iudæi exponentis, tum etiam quia Hieronymus hoc referebat, vt ostenderet se in suis translationibus pati multas calumnias, maximè à Iudæis, quas ipse calumnias reputabat iniustas, infertur tacitè, quod pariter execretur, & damnat causas calumniarum, inter quas vna erat expositio prædicta, quam inducebat Iudæus ille. Cùm ergo illum afferat dictum capitulum secundum aduersariorum interpretationem, patet ex hoc ipso, suspectum esse de minori veritate. Est autem sensus verborum Apostoli, dum dicit se nescire, an in corpore, an extra corpus raptus sit vsque ad tertium cœlum, à prædicto Iudæo introductus, & prædicto c. Episcopi. insertus, secundum aduersarios, iste, quod Apostolus nescierit, an fuerit portatus in paradysum, seu in tertium cœlum corporaliter, ita quod corpus cum anima eius esset illuc transportatum: an certè extra corpus raptus fuerit, & in solo spiritu viderit & audierit, quæ ibi cognouit. Hunc autem sensum recitat & improbat August. 12. super*

Genes. ad literam. hac ratione, quia, inquit, constat ex verbis Apostoli, quod ipse sciuit se esse raptum vsque ad tertium cœlum: constat ergo, illud cœlum, in quod raptus est, esse verum cœlum, non aliquam cœli similitudinem. Si enim hoc voluisset intelligere, cùm dicit se raptum in cœlum, id est, ad videndum imaginariè similitudinem cœli, eodem modo poterat affirmare, se raptum esse in corpore, id est, in similitudinem corporis huius. Et sic non fuisset necessarium discernere, quid sciret aut nesciret, quia vtrunque æqualiter sciret, scilicet, & se esse in cœlum, & se esse raptum in corpore secundum similitudinem, sicut accidit in somnis. Si autem sciebat esse verum tertium cœlum, sciebat ergo aut esse aliquod spirituale & incorporeum: & sic non poterat corpus eius illuc rapi: aut esse aliquid corporeum, & sic anima non posset illuc sine corpore rapi, nisi separaretur à corpore. Et sic post longam disputationem Augustinus concludit verum sensum verborum Apostoli, dicens: Restat ergo fortasse, vt hoc ipsum eum intelligamus ignorasse, vtrum quando in cœlum raptus est, in corpore fuerit, quomodo est anima in corpore, cùm corpus viuere dicitur, siue vegetantis, siue dormientis, siue in ecstasim à sensibus corporis alienata: an omnino de corpore exierit, vt mortuum corpus iaceret, donec peracta illa demonstratione membris mortuis anima redderetur, & non quasi dormiens euigilaret, aut ecstasi alienatus rediret in sensus, sed mortuus omnino reuiuisceret. hæc ille. Quem adducit & sequitur

S.Tho-

S. Tho. 22. q. 175. art. 6. & Veri. q. 13. art. 6. Quod etiam ratione cõuincitur: Si enim non fuisset tunc Apostolus secundum corpus in terra, vbi fuerat à socijs & comitibus deductus, & à Iuda hospitio receptus, hoc ipsum illi clarißimè comperissent: Et palàm omnibus, quasi miraculum insigne factum esset. Si verò in terra, & non in cœlo corpore fuisset, nolle socijs hoc affirmantibus credere, impudentiæ illius ascriberetur: non minus, quàm eius qui tantum ea credere velit, quæ sensu percipit exteriori. Immobile autem corpus hominis manens, non omnes discernere possunt, an funditus extinctum sit, vel certè ecstasim patiatur. Vnde referentibus quibuslibet Paulo, quod corpore immobilis permansisset, eorum sensui adhærere nõ tenebatur, si quis ei, quod mortuus fuerit, vel non mortuus affirmasset. Cùm igitur si hæc etiam non suffragaretur ratio, sola authoritas sanctorum fidem faciat veritati, patet ꝙ contrarium sensum in verbis Apostoli prætendẽs illius capituli litera redditur de veritate suspecta.

CAPIT. XXII.

Capitulum Episcopi propositum suum, inefficaciter inferre, & ob hoc de falsitate & authoritate minori suspectum esse.

DE falsitate quoq; minoriq; autoritate d. c. deprehẽditur ex hoc esse suspectũ ꝙ in probãdo, ꝙ intẽdit obscurè, ineptè, & prorsus inefficaciter procedit, si illũ habet sensum, quẽ ei tribuũt aduersarij, dũ contra veritatẽ suprà diffinitã illud inducũt. Volẽs. n. proba-

re secundum eos, quod non realiter, & in corpore mulieres illæ perficerent, aut viderent quæ narrabant, sed in somnis potius, aut in solo Spiritu à Diabolo deluderentur, inducit binas illas authoritates sacræ scripturæ, quibus secundum horum interpretationem habeatur, quod non in corpore, & secundum sensus corporeos præsentes fuerint Paulus & Ezechiel, alter, inquam, in cœlo, alter in Ierusalem. Et tamen ex illis authoritatibus ad sensum istorum à capitulo inductus non habetur primo, quod non poßit etiam tale quid in corpore contingere, nisi in authoritatibus illis hunc habeant intellectum, quod videlicet nullo modo potuerit, vel Paulus in cœlum, vel Ezechiel in Ierusalem corporaliter deportari, nisi fortè ab Angelis bonis. Sed hoc primò est falsum, quo ad deportationem Ezechielis. Multò enim grauiora corpora potest Diabolus & longius deportare, vt suprà monstratum est. Secundò infertur oppositum ex hoc ipso, quod dicunt, cùm naturalia manserint in Dæmonibus secundum Dionys. splendidißima. Quicquid ergo virtute naturali possunt Angeli boni, possunt & mali: & magis qui sunt excellentioris naturæ. Falsa etiam expositio ista ex hoc conuincitur, quod si sic intenderet, Paulus vtique mentiretur. Etenim quid Angeli boni poßint & mali, melius ipse certiusquè didicerat, quàm authores dicti capituli. Non ergo dixisset: Nescio, DEVS scit. Si verò in prædictis authoritatibus non illum, sed hunc potius habeant intellectum, quod de facto non corporaliter ad

illa

illa loca portati sint, licet potuissent portari, tunc non habent ex eis propositum quod intendunt, hoc inquam quod non poßint à Diabolo per longa terrarum spacia corporaliter portari striges. Nam à non esse ad non posse, nullum est argumentum. Neq; enim sequitur: Petrus non est Papa, ergo non potest esse Papa. Et tamen aduersarij ex authoritatibus illis, quæ continent tales translationes non esse factas in corpore, inferre volunt, quod non poßint similia in corpore contingere. Neque etiam sequitur, quod semper & omnibus sic contingat respectu cuiuscunque corporis & cuiuscunque localis distantiæ, quod Ezechieli contingit atq; Paulo: quia à particulari ad vniuersalem, siue secundum tempus, siue secundum supposita, non valet argumentum. Et hæc apud sapientes logicos notißima sunt, & prima principia: quæ etiam pueris & idiotis clarè constant. Quis enim inferret: Aliquando Petrus fuit, ergo semper Petrus fuit? Similiter quis existimaret, hanc esse bonam illationem: Aliquis homo est bonus, ergo omnis homo est bonus? Et tamen secundum aduersarios in capitulo illo fiunt similes deductiones, isto modo: Paulus & Ezechiel non fuerunt portati in corpore ad loca illa, ergo nunquam, & nullus potest taliter in corpore ferri. A particulari etiam, & multò magis ab vna singulari ad aliam singularem, consequentia seu argumentum non valet, siue affirmando, siue negando fiat. Sicut non sequitur: Aliquis homo, seu etiam Sortes currit, ergo Petrus currit. Aliquis homo seu etiam

Sortes non est bonus, ergo Petrus non est bonus. Et tamen secundum tenentes contrariam opinionem, in præsentis quæstionis art. dict. cap. Episcopi. intendit sic arguere: Paulus & Ezechiel non fuerunt portati in corpore. Ergo nec illæ mulieres portantur in corpore. Vnde patet, quod cùm istæ consequentiæ secundum sapientes sint derisibiles: ipsum quoque totum capitulum secundum sensum quem isti homines, qui Inquisitoribus aduersantur, in eo habent, est nullius penitus authoritatis, & à Spiritu sancto non prodiisse conuincitur, neq; fuisse bonum, verum, ritéque congregatum concilium, sed inter paleas reputandum.

Aduertant etiam, qui sic exponunt d. ca. quænam sit probatio, quam fecit secundum eos, hæc, inquam: In somnis ac nocturnis visionibus homo extra seipsum deducitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat, ergo & mulieribus illis itidem accidebat circa ea quæ narrabantur ab eis facta vel visa. Similiter ista probatio nulla est. Stultus & hebes est, qui ea quæ fiunt in solo Spiritu, etiam in corpore accidere arbitratur, ergo stulti sunt & hebetes, qui credunt verè & corporaliter mulieres illas fecisse, vel vidisse quæ narrabant. Nónne istæ probationes supponunt, mulieres illas somniasse tantum talia, quod tamen erat probandum? Si ergo dict. cap. talem habuit intellectum, quem isti ex eo accipiunt, inefficacissimè processit: Si verò aliter interpretetur, vt saluari possit veritas & authoritas eius, vt

nos

nos infrà efficere conabimur, aduerſarij non habebunt ex eo propoſitum ſuum, vt ibi etiam oſtendetur. Sed nunc quædam alia adhuc prælibanda ſunt.

CAPVT XXIII.

Quòd non eſt neceſſariò ſtandum dictis illius capituli Epiſcopi. ſi à ſynodali concilio emanauit, quin etiam ſi à concilio generali prodijſſet, reclamandum eſt ad Pontificem, vt ſua declaratione excludat ſenſus erroneos, quos àduerſarij habent in eo.

SVPPOSITO *autem quòd à ritè congregato concilio capitulum hoc emanauerit, adhuc ſecundo dicitur, argumentum ſuper illo fundatum non procedere propter duo. Primò quidem, quia neſcitur adhuc an ſynodale fuerit tale concilium, vel certè generale: quod ſolùm omnes aſtringit. Argumentum autem probabile, quòd generale non fuerit tale concilium, hoc habetur, quod inter generalia concilia enumerata à Gratiano d. 15. vel 17. nullum Acquirenſe inuenitur. Omnia autem concilia Gratianum ſufficienter enumeraſſe, nullus debet aliquatenus dubitare, cùm præſertim ea d. 15. promittat ſe velle aßignare originem conſtitutionum Eccleſiaſticarum, quæ ex ſacris concilijs communiter ortæ ſunt. Huius ergo etiam conſtitutionis atque mandati, ſi authenticum eſſet, originem præmiſiſſet inter generalia ritéque congregata concilia hoc Acquirenſe connumerando, aliàs non omnium conciliorum ſeriem putaſſet*

set se sufficienter tradidisse. Non ergo generale fuit hoc concilium, vel certè nullius apud eum authoritatis, quia fortè non ritè congregatum. Cuius etiam rei signum est, quod nullum ex antiquis meruit glossatorem, quia illud fortè decretorum libro insertum non habebant. Si qui autem modernorum, vt Io. de Turrecremata, illud exposuerunt: non nisi quatuor esse de principali eius intentione dixerunt: vt sic veritas in eo contenta saluaretur, omni falsitate, quam prætendit, exclusa. Quænam sint autem quatuor illa principaliter intenta, declarabitur inferius. Si autem dicatur, quod plura alia in libro Decretorum inducuntur concilia generalia non prius enumerata: Respondetur primò, quòd adducere inconuenientia non est soluere quæstionem, secundò, quod si illorum etiam ignoretur tempus & author, & irrationabilia, vel falsa contineant, qualia manifestabimus capitulum hoc continere, eis pariter non erit necessario inhærendum: & si deferre quis eis voluerit, erunt piè interpretanda, sicut infrà circa hoc etiam faciemus. Sed adhuc quispiam fortè probabiliter inducere conabitur, quod tale concilium fuerit generale, & quòd præsidentia vel authoritate summi Pontificis celebratum sit, cùm Episcopis indifferenter præcipiat, quod solus Papa potest (vt videtur) eo quod solus sit eis superior ordinariè. Hoc est enim vnum ex indicijs inductis à Glo. in cap. vt circa. in verb. Perpetuo. de ele. lib. 6. ad discernendum generalia concilia à particularibus. Præcipitur etiam

iam in ipso capitulo omnibus esse publicè annunciandum, quod qui talia credit, & his similia, fidem perdit. Non est autem, nisi qui omnibus præsidet, præcipere vt omnibus annuncietur mandatum, vel quæcunque determinatio fidei. Talis autem est solus Papa, vel etiam generale concilium eius authoritate. Respondetur igitur, quod si capitulum præciperet omnibus Episcopis absolutè, vtique ex hoc concluderetur, quod concilium generale fuisset, quando alias esset ritè congregatum, eo quod vt inducitur, solus Papa omnibus Episcopis prælatus sit, & super omnes plenam habeat authoritatem. Non sic autem inuenitur in cap. illo. Sed indefinitè dicit, Episcopi, in plurali. Et licet quandoque indefinita æquipolleat vniuersali, non tamen semper, neque formaliter. Potest autem Metropolitanus, siue Primas sit, aut Patriarcha, siue etiam sit Archiepiscopus, congregare concilium prouinciale, ad quod vocati Episcopi omnes illius prouinciæ accedere tenentur, aliàs excommunicantur. d. 18. c. si Episcopus. c. si quis. c. Decernimus. Et potest concilium illis præcipere, quæcunque iudicauerit esse præcipienda, & tenentur seruare ordinata in eo, d. 29. c. si quis Episcopus primo, secundo, tertio. Similiter in c. Episcopi, omnibus esse annunciandum, &c. interpretari quis posset, quod non absolutè de omnibus loquitur, sed tantum de omnibus subiectis. Vel quod non præceptiuè, sed quasi naturaliter hoc monet esse præiudicandum omnibus, quasi dicat: omnibus annuncianda est ista doctrina,

doctrina, vtpotè vera, & ad salutem omnium spectans. Hoc autem modo potest monere etiam qui prælatus non est, & qui nullam habet iurisdictionem: sed tantum docendi officium. Vnde multò magis sic potest omnes monere particulare concilium. Sed non potest præcipere omnes omnibus: sed tantùm sibi subiectis. Discordare etiam à quocunque particulari concilio, quando erronea vel indiscreta præciperet, vel in his determinationibus in quibus vel ratio, vel Sanctorum doctorum aut clarißimorum Theologorum authoritas contradicit, aut certè in his quæ secundum glossas & Doctores non sunt de principali intentione concilij, vel quæ non exponuntur, nisi secundum absurdum eius intellectum, vt in proposito accidit, circa præsentis quæstionis articulum, quantum ad expositionem aduersariorum d. c. non est erroneum aut temerarium, sed salubre, laude dignum ac y meritorium. Sicut enim declarantes sacras literas, & malum in eis intellectum explodentes, & consequenter eas elucidantes commendantur, eisque vita æterna repromittitur, iuxta illud Ecclesiastici 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Sic etiam omnem veritatem explanando, cùm non nisi à Spiritu sancto sit veritas secundum Ambros. & quamcunque falsitatem arguendo contrariam, dignus laude redditur author. Sanctorum etiam Patrum doctrina in his præcipuè quæ fidem tangunt vel bonos mores, non nisi secundum eorum principalem intentionem & sanum intellectum, excelsus, inquam,

quam, omnibus quæ possent falsum & erroneum sensum facere, accipienda est, & veneranda. Ipsa quoque particularia concilia, de quibus loquitur cap. Ad abolendam, de hæretic. vt tangitur in argumento, non habent recognoscerè vel iudicare de hæresi, nisi quando factum est clarum: Si enim esset dubium, tunc quæstio debet remitti ad solum Papam, cuius solius authoritate causæ fidei determinantur. d. 18. cap. multis. 24. quæst. 1. c. Quotiens. & extra de Bapti. c. Maiores. & ita determinat glos. d. c. Quotiens, & D. Abbas in d. cap. Ad abolendam. Eorum autem, quæ inducuntur & reprobantur in d. cap. Episcopi. aliqua quidem clarum est, esse hæreticalia. Putà quod aliquod numinis inueniatur præter vnum DEVM: quod aliqui ducantur seu portentur ad seruiendum alicui deorum vel dearum, præter vnum verum Deum: quod talia demonstrans atque suadens sit Spiritus bonus: quo Diabolus poßit subitò & sine naturæ ministerio vel virtute, vnam creaturam in aliam speciem vel figuram transmutare. Quo ad alia verò, quæ secundum verborum corticem videntur reprobari, videlicet, quod non poßint homines à Dæmonibus portari citißimo tempore, per longa terrarum spacia, videre, facereqúe corporaliter, quæ narrantur ab illis, præter numinum veritatem, non est clarum, quod sint hæreticalia: imò potius oppositum clarum est apud sapientes: apud alios autem est vel creditum, vel dubium. Vnde si concilium tale particulare determinasset, talia esse hæreticalia, non esset ei

adhæ-

adhærendum: nec ab eo rationabiliter deuiando fi
quis hæreticus. Sed si sapientes de huiusmodi dubi
tarent, esset Papa consulendus, sicut & in aliis fid
dubijs. z Quod tamen modo fieri non est necessariu
circa præsentis quæstionis articul. quia cum Papa s
pius dederit in hoc fauorem & priuilegia patrib. In
quisitoribus, vt suprà inductum est, patet eum ap
probare, quod legitimè procedant contra tales, qu
si contra hæreticos. Quo stante, oportet vel alium se
sum habere in cap. illo, vel ab eo simpliciter deuiar
Non est etiam authoritas vlla cap. illi acquisita,
quod sit redactum in corpore Iuris. Hoc enim no
Summi Pontificis, sed Gratiani tantum authorit
te vel voluntate factum est. Sine hoc enim si genera
le concilium fuisset, sicut & ipsæ decretales Episto
sedis Apostolicæ authoritatem habent irrefragabile
d.19.c.si Romanorum. Quod si etiam prædictum co
cilium fuerit generale, sicut videtur concedere S.Th
Spiritu.art.2.ad 14.vbi etiam exponit dicta illius,
vocat concilium Aquilegiense: non sic ei tenemur a
hærere, vt debeamus absurda & irrationabilia pr
pter ipsum concedere, sed debemus piè exponere. I
rationabilis autem & absurda valde esset prohibit
illa: si esset de intentione eius dicere, quod qui cr
dunt aliquos portari corporaliter ad ludum, sit hære
ticus & infidelis, sed secundum quod in capit. illo d
mnantur etiam mulieribus illis credentes. Sic eni
sequeretur, quod credentes infinitis (vt ita dixerim
Inquisitorum processibus asserentibus, quod strig
realite

aliter & corporaliter ferantur ad ludum Diaboli-um, inuoluantur errore paganorum, & quòd sint credentes aliquid numinis extra Deum, & ista fieri bono spiritu: & alia t alia, quæ in illo capitulo hære-ticalia asseruntur quod est falsissimum: quia nullum eorum credunt esse verum striges, vel alij, qui strigum sectam asserunt ad cursum ferri corporaliter. Non est ergo credendum d. c. hæc ipsa intendere. Nec obli-garet concilium, si conuinceretur aliquid formaliter vel virtualiter contra sacras literas, quo ad literalem sensum, quem haberent in eis communiter sancti Do-ctores, aliquid determinare. Sed esset contra tale con-cilium reclamandum ad summum Pontificem. Sicut rectè Hieronymus se opposuit concilio determinanti, quòd rapta non posset raptori coniungi, ostendens hoc sacris literis repugnare, Exod. 22. & Deut. 22. pro-pter quod Concilium reuocauit sententiam, vt texta-tur glo. in c. de libellis. d. 20. & elicitur 36. q. 2. c. tria. si autem. & c. placuit. Vnde posset & in proposito contra concilium, etiamsi generale fuisset, ad Ponti-ficem reclamari, vt illa declararet, & ad veritatem reduceret, quæ in dict. c. viderentur sacris literis re-pugnare.

y Vt patet ex 7. d. per totum. præsertim in c. fin Et si tu opponas de nota. per glo. & per Doct. in c. cum dilectus. de ele. vbi dici-tur, quòd inferior Papa tenetur obedire cõ-cilijs, de quo ẽt habetur per Fel. in c. non-nulli.

nulli.col.4 de reſcri.præſertim quando in fide de concilijs agitur, quo caſu etiam Papa non poteſt cõtra eam diſponere, ſecundum gloſ. in c.in iſtis.4. diſt. & in c. ſicut.15 diſt.cum ſimilibus. vt Fel.tradit in c.1.col.8 in princ.de conſt. Reſponderi poteſt, quod illa procedunt in concilijs vniuerſalibus congregatis à Papa, vel collegio Cardinalium, iuxta not. per Bald. in tract. ſchiſmatis col.15.poſito ſub.rub.C.ſi quis aliq. teſtam. prohib. Et per eundem Bald.in c. olim.de reſcri. & Dec. in c. ſignificaſti.de ele. Secus videtur in concilijs particularibus, vel etiam generalibus: ab his tamen congregatis, qui non habet poteſtatem congregandi generale concilium: vt patet ex not.per Fel.in d.c.1. col.7.de conſtit. & tale videtur concilium, de quo habetur in d.c. Episcopi. Et ex his, ſi diligenter conſideraueris tolluntur, quæ not. glo.in c. vt circa.in iure perpetuo de elect.lib.6.vltra quod concilium non obligat, quod non eſt moribus vtentium approbatum. iuxta not. per glo. in c.1.de treug. & pac. vt etiam ibi Fel.tradit col. 4. vſque in fin.illius c.

z Et ad corroborationem prædictorum vide quæ tradit Fel.in c.ne innitaris.de cõſtit. quia hoc eſt altum pelagus, longiori indigens diſcuſsione.

Poſſ

Cap. XXIIII.

Posito, quòd Concilium Acquirense fuerit generale, riteq; congregatum: & suppositis etiam omnibus, quæ in eo dicuntur, non euadere striges manus Inquisitorum. Et de varijs illusionum modis atque generibus.

VErùm etiam si certum ponatur, quod dubium esse probatum est, concilium, inquam, illud fuisse generale, riteq; congregatum: adhuc tamen illud ex d. c. habetur, quod, vt euitarent plurimi, contra Inquisitores dictum capitulum inducũt. Id autem est, quòd manus seu iudicium ipsorum Inquisitorum, tales maledictæ sceleratæq; personæ non euadunt, si dicãtur hæ striges, sicut illæ sceleratæ mulieres (de quibus sermo est in dicto capitulo) à diabolo in somnis vel in spiritu deludi, prout ex capitulo illo intendunt quidam probare. Non solùm autem per tale capitulum non euadunt, verùm etiam per ipsum in manus relabuntur eorundem Inquisitorum. Per ipsum namq; capitulum illæ sceleratæ mulieres deprehenduntur, & iudicantur hæreticæ, infideles, & à fide apostatæ. Apostasia quippe illarum notatur in primis verbis, cum dicitur, quòd quædam sceleratæ mulieres retrò post Sathanam conuersæ, &c. Apostatare enim à fide, nihil aliud est, quàm retrò conuerti à Deo post Sathanam, cui renunciatum fuerat in Baptismo, cum conuersione ad Dominum nostrum

ſtrum Ieſum Chriſtum. Et quòd præfata verba no[n] intendant de alia retroceſſione, quàm de ea, quæ e[st] per infidelitatem, vt ſic importat apoſtaſiam à fid[e] iuxta c. Non obſeruetis. 26. q. 7. patet per verba pau-lò pòſt inducta in eodem c. vbi dicitur, Sed vtinam h[æ] ſolæ in ſua perfidia periſſent, & non multos ſecum a[d] infidelitatis interitum pertraxiſſent. Nam & innu-mera multitudo hac opinione decepta, hæc vera eſſ[e] credunt, & credendo à recta fide deuiant, & error[e] Paganorum inuoluuntur, cùm aliquid diuinitatis au[t] numinis extra vnum Deum arbitrantur, &c. Ho[c] ipſum etiam, quod dictum eſt, per ſequētia verba ma-nifeſtatur, vbi dicitur de Sathana, quòd talium per-ſonarum mentes per infidelitatem ſubiugat: & pau-lò pòſt, quòd facit talem infidelem opinari in corpor[e] fieri, quod fit in animo ſolo. Et in fine dicit, quòd qu[i] talia credit, fidem perdit, & infidelis eſt, pagano q[ue] deterior. Cùm ergo ſtriges ſecundum aduerſarios [à] Dæmonibus ſimiliter illudantur: ſequitur, quòd a[b] Inquiſitoribus, vt infideles & apoſtatæ à fide, inqui-rendæ ſint, & iudicandæ. Omnis enim infidelitas & apoſtaſia poſt baptiſmum, ad hæreſim deducitur, ſe[u] ſub hæreſi continetur largo modo ſumpta, de qua pa-tres Inquiſitores habent vniuerſaliter iudicare. Ma-gis autem conuinceret eos ratio iſta, qui putarent ſe-ctam ſtrigum eandem eſſe, vel ſub illa per omnia com-prehendi, de qua loquitur dictum cap. Epiſcopi. Con-uincit tamen, vt deduximus, & alios, qui eas tenent eſſe diuerſas, & tamen arguunt, quòd ſicut illæ delu-

dun-

dantur, ita & istæ. Haberent enim etiam consequenter arguere, quòd sicut illæ ante delusionem per infidelitatem & apostasiam à Diabolo captiuantur, ita & istæ, si volunt hanc etiam argumentationem suam validam esse, quod ideò striges non portentur realiter ad ludum, sed deludantur in somnis, quia illæ scelerate mulieres deludebantur. Quæ tamen argumentatio valida non est, neq; intendit capitulum affirmare, quòd non poßint à Diabolo quæcunq; mulieres portari, sed potiùs quòd illæ non verè portabantur ad seruiendum alicui Deæ, cùm nulla talis esse Dea poßit: sed deludebantur à Diabolo, qui potest modò notam, modò ignotam personam deludendo præferre, & hoc multipliciter contingit. Et vno quidem modo potest illudere per præstigium: quo immutatio non ex parte rei visæ fit, sed ex parte videntis, eò, quòd à Diabolo perstringantur oculi videntis, & ad eos deducuntur species rerum sic apparentium ex imaginatione, vel compositæ ex illis, ita, vt videatur præsens in re, eo modo, quo sola imaginatione monstratur: & non eo modo, quo verè sub intuitu oculorum ponitur. Sicut dictum est suprà, de fœmina illa, quæ tempore beati Macharij apud alios videatur equa, cùm tamen beatus Macharius eam verè intueretur, vt erat fœmina, eò, quòd eum Diabolus per præstigium, vt alios, deludere non præualebat. Alio modo delusio contingit per apparitionem rei, per Diabolum nouiter formatæ in alicuius similitudinem. Quo casu licet videns deludatur, dum aliquam adesse personam putat, quæ

verè præsens non est. Causa tamen delusionis non est ex parte videntis, sed rei visæ: quo modo dicitur Diabolus in angelum lucis se posse transfigurari, quod & in vigilia potest contingere, formando corpus ex aëre conspissato in similitudinem & figuram hominis, aut angeli, prout etiam angeli sancti patrib. antiquis apparere, & cum eisdem quandoque habitare consueuerunt in humana figura. Tertio modo, potest delusio contingere in interiori tantùm imaginatione, cum persona tendit in rei similitudinem, quam offert imaginatio, quasi in rem ipsam. Et hoc contingit in somnis, & in varijs alienationibus à sensibus causatis, vel per infirmitatem, sicut in phreneticis, vel per raptum naturalem, vel opere Dæmonum: & semper in prædictis modis alienationum deceptio immiscetur. In raptu autem sancto, & à Deo ministerio angelorum causato, non deceptio inuenitur, sed eruditio, sicut constat de raptu Pauli, & aliorum Sanctorum. Sicut etiam in somnis quandoq; homines à Deo erudiuntur, secundum illud Iob 33. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina, &c. Et hos tres modos, quibus Diabolus potest hominibus deludens apparere, tangit virtualiter d.c. Episcopi, si non ineptum sensum habeat, & ex hoc argumentum patiatur minoris autoritatis. Nam videre deludiq; per præstigiũ, & pariter per imaginationem in similitudinem vice rei tendere, comprehenditur in capitulo, vbi nonnulla quan-

li quandoq; videri in Spiritu, decipiq; ex hoc homines pronunciatur. Videre autem formata per Dæmonis potentiam corpora phantastica, quasi vera, authoritas Apostoli manifestat. Et intendit capitulum, quòd aliquo tali modo poterant illæ mulieres per insidias Diaboli dementari, vt putarent postmodùm etiam solutis sensibus se ad Deæ seruitium deportatas, quam delusionem vigiles aduertissent, si sub captiuitate Diaboli mens non esset.

Cap. XXV.

Summaria explanatio capituli Episcopi, inducti, quantum exigit propositum quæstionis huius. Et quomodo ea, quæ ibi narrantur, ab his differunt, quæ strigibus dicuntur contingere.

Vt autem melius cognosci poßit, quæ sit dicti capituli, iuxta Catholicum, quem potest habere, sensum, principalis intentio: & quomodo ritè intellectum, non facit argumentum, nec militat aduersus veritatem determinatam, libet ipsum breuibus explanare.

Sciendum igitur, quòd dictum capitulum supponit vnum, quod tam fide, quàm ratione naturali certò tenemus, vnum, inquam, solum esse verum Deum, & nihil penitùs esse numinis præter ipsum: cuius tamen contrarium putabant gentiles atque pagani, multitudinem Deorum introducentes atque colentes. Et quia mulieres, de quibus in dicto capitulo mentio

sit, Dianam, vnam, inquam, ex Gentilium Dearum, & Herodiadem, quasi in comparem Deam conuersam, quæ fuit pessima fœminarum, inueniri: vt Deas à se venerari, eisdemq; quasi Dijs obsequi seruirique asserebant: & non solùm ipsæ sic à recta fide diuiabant, paganorum erroribus inuolutæ, verùm etiam in eandem perfidiam alios innumerabiles suis his assertionibus & persuasionibus attrahebant: opposuit se concilium animarum huic ruinæ, docens hæc omnia falsa esse: & quòd nullatenus hæc asserentibus esset adhibenda fides, eò, quòd non verè poterant ista cognoscere, cùm falsa sint: & quòd sola diabolica illusione fiebat, vt eis talia viderentur vera, & quasi familiari experientia cognita. Quod etiam declarare intendens, qualiter, inquam, possit delusio ista contingere, duplicem præmittit causam delusionis. Primam quidem ex parte Diaboli deludentis: secundam verò ex parte delusorum. Inde modum aperit delusionis varium. Postremò, circa quæ deluderentur, ostendit. Probat ergo primò, personas istas scelestas, à Diabolo deludi, quia hoc est facilè Diabolo, cùm transfiguret se in angelum lucis, quasi sic arguat: Si facit quod maius est, transfigurando se in angelum lucis, potest etiam facere quod minus est, transfigurando se in homines, aut in bestias, vel certè in formas personarum, quæ in Deos secundum gentilium opinionem conuersæ sint. Ex parte autem delusorum pro causa delusionis eorum assignat infidelitatem. Ex hoc enim iusta Dei permissione Diabolus huius delusionis contra eas

exer-

exercendæ poteſtatem accepit, vt qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Ex hac autem aßignata cauſa datur intelligi, quòd infidelitate ceſſante, diabolica illa deluſio conſequenter ceſſet. Et ſic ad fidem conuerſæ, vel quomodolibet aliter à captiuitate Diaboli liberatæ perſonæ illæ, cognoſcerent ſe fuiſſe deluſas, ſicut & phrenetici ad ſanitatem poſtmodùm deducti, cognoſcunt differentiam vtriuſque ſtatus, & quòd in ſtatu phreneſis deluderentur, iam primò tunc aduertunt. Modum autem deluſionis prædictæ, inſinuat dictum capit. dum dicit, quòd in ſomnis & ſpiritu, hoc eſt, in imaginatione ſola hæc videbant. Hoc enim in ſomnis communiter accidit, eò, quòd in tali ſtatu imaginationis, intentio & operatio minùs præpediatur, & libera maneat, quando ſenſus corporei à ſuis operibus per ligationem ſomni quieſcunt. Vnde poteſt diabolus homines facilius deludere, formando, firmandoq́ validius imagines, in quas homo feratur, vt in res ipſas. Tunc aūt proculdubiò illuſio eſſe conuincitur, quando talia ſic imaginata, vera eſſe non poſſunt. Et hoc illis mulieribus contingebat: quia ea, quæ affirmabant ſe oculis corporalibus videre, non ſic eſſe poterant, vt illæ iudicabant. Non enim poterant oculis corporalibus videre Deam aliquam, quæ Diana vocatur, eò, ꝙ nulla talis in vniuerſo reperiatur. Sed neq́ Herodiadem pari ratione videre poterant: quia illa maledicta fœmina, quantum ad corpus, in puluerem reſoluta eſt: quantum ad animam autem, in infernum demiſſa, pœnas luit acerrimas, nec inde virtute propria

poteſt egredi, & minus corpus quod aſſumat, & in quo appareat formare. Sunt enim animæ determinatæ naturaliter ad proprium corpus, vt nihil valeāt corporaliter mouere, vel operari, niſi per illud, quaſi per proprium & connaturale inſtrumentum, vt docet S. Thom. 1. q. 117. art. 4. Et ſi quando ſupernaturali virtute cooperante, inferni locum animæ egrediantur ad tempus, hominibusq́; appareant, hoc rarò fit, & ad alium finem à Deo ordinatur, ſeu etiam permittitur hic egreſſus vel apparitio, non vt illudant viuentibus, vel quaſi eis ſatagant principari, vel ab eis quomodolibet venerari. Sic igitur dicere neceſſe eſt, quòd mulieribus illis talia viderentur in ſomnis tantummodò, vel in ſpiritu. Arguit autem dict. cap. quòd ſicut experimur in ſomnis multa nobis videri naturali virtute, quæ in veritate non ſunt in ſeipſis, ſed in ſola imaginatione, multò magis poſſint iſta videri cooperante ſuperinducta virtute ſuperioris, & validioris naturæ, ſcilicet Dæmonis, quæ præualeat etiam ſic perſonas deludere, vt putent poſtmodùm etiam vigiles, quòd deluſæ non fuerint. Cùm enim hoc poſſit cauſare naturalis paſſio languoris atq; dementiæ, vt contingit phreneſim patientibus: poterit multò magis virtus ſuperior, cuiuſmodi diabolica eſt, ſic homines dementare, donec illi ſubiecti ſunt per peccatum, vt nec deluſionem aduertant etiam in vigilia. Cùm igitur potuiſſet Diabolus omnibus ſuprà inductis modis mulieres illas deludere: tamen non niſi in ſomnis, & in ſpiritu, hoc eſt, in imaginatione ſola

fuiſſe

fuisse delusas, rationabiliter concluditur in d. ca. eo. quòd eas ad infidelitatem hanc trahere confirmaréue, sola hæc visio satis faciebat: qua etiam ratione non erat necessarium diabolo illas in vnum cogere, vt nũc striges facit, sibiq; contingere illa etiam existimabant. Hunc enim diabolica fraus ordinem intentando seruat, Deo permittente, vt prius homines aggrediatur interius. Quod si iam illuminatis hominibus circa fidem vnius Dei, non præualeat: tunc exterius multipliciter deludendo tentat euertere fundatam fidem. Præualebat autem Diabolus contra illas mulieres, & in errorem pluralitatis Deorum eas induxerat prædicta delusione interiori. Vnde non oportebat, vt exterius se illis offerret. Patefacto post hæc omnibus, quòd vnus est solus Deus, clariusq; per Patrum vigilantiam manifestato, quòd omnes Dij gentium sunt Dæmonia, non præualet iam Diabolus per internam suggestionem solam, ad illam infidelitatem homines trahere. Vnde explicato superbiæ suæ velo, iam non quærit adorari in similitudinem Deorum, sed vt Diabolus & malorum omnium Spirituum princeps. Horreret autem omnis Christianus, cognitum Diabolum adorare, & cum eo fœdus inire: baptismum, fidem, sacraq; contemnere, ac profanare, propter eius solam interiorem suggestionem. At si cum his, commoda reportare, voluptatibus frui, in quas multi sine freno feruntur intensissimo desiderio, & præcipuè, quæ his communiter priuantur personæ vilissimæ, sperarent: si eisdem etiam promitteretur,

quòd vindicari, & in hostes suos retorquere possent iniurias, quas alio modo repellere non valent: facilè plurimi traherentur in prædicta scelera perhorrenda. Quod nunc Diabolus noua ista nocendi arte procurat, ministrans illis, qui in hoc vnum facinus maledictæ huius sectæ coniurant, voluptates varias, prout ipsæ narrant se experiri, dum in vnum conueniunt: & nocendi pro voto conferens facultatem. Ideò autem seorsum ducit nocturnis temporibus, vt sine timore pœnarum tantis sceleribus debitarum, audeant illa committere, quæ coram alijs in vigilia opposita ratione, quomodolibet minùs auderent. Nec obstat, quod cum difficultate occultatur, quod coram multitudine copiosa fieri contingit. Non enim existimant accusationis periculum incurrere: quandoquidem iuramentis terribilibus omnes hæ personæ sub grauissimis pœnis astrictæ sint, nulli factum detegere, nisi vbi quenquam seducere vellent. Quamuis sæpius in cōtrarium etiam vertatur sententia, eò, quòd sæpius Domino permittente dicta scelera cum autoribus deteguntur. Facilius etiam nefanda illa committunt, atque fidentius, socijs pluribus, tum verbo, tum exemplo pessimo seducentibus, quàm si solæ domi manerent. Alio ergo modo conuincuntur deludi striges, quam deluderentur mulieres illæ, de quibus d.c. Episcopi mentionem facit, vt inferius etiam magis explicabitur.

CAP.

Cap. XXVI.

Circa quæ principaliter credenda vel operanda deluderentur illæ personæ, de quibus d. c. Episcopi loquitur.

Explicat vlterius d. c. Episcopi. ea, circa quæ deludebantur à Diabolo mulieres illæ Diabolicæ, Quæ principaliter duo sunt, ex quibus opinatis ab eis conuincebātur hæreticæ postmodum circa quatuor, quæ principaliter intendit dict. cap. reprobare. Primò igitur in hoc deludebantur, quòd putabant se videre veram Dianam Deam, & veram Herodiadem, simul ac veram multitudinem personarum corporeis oculis: & tamen non videbant, nisi prædictorum similitudines, & phantasmata. Volens igitur ostendere d. c. conditor. quomodo poßibile sit, vt taliter deluderentur, dicit, quòd Sathanas mentem, quam captiuatam tenet, in somnis deludens, modò læta, modò tristia, modò notas, modò ignotas personas, per quæq; deuia deducit. Hoc autem fuisse delusorium: supposita somnij paßione, probat per ea, quæ similiter nos experimur in somnis, dicens: Quis enim in somnis & nocturnis visionibus, non extra seipsum deducitur: & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Vnde infert, quòd sicut esset stultus & hebes, qui ea, quæ contingunt in somnis videri, putaret etiam in corpore accidere: ita stultus conuincatur, & hebes, qui ea, quæ prædicto modo in solo Spiritu fiunt, putet etiam in corpore verè contingere. Secundò deludе-

ludebantur in hoc, quòd putabant se portari corpo
raliter ad longinquas partes, & reportari, quæ tame
à domibus proprijs non recedebant. Et hanc delusio
nem exprimit dictum cap. prænarrans illas scelera
tas mulieres hoc ipsum profiteri: & subdit, quod cù
solùs spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo
sed in corpore euenire opinatur. Non tamen appella
hunc esse infidelem ex hac opinione, sed intendit, quò
is, qui infidelis est, propter ea quæ prædixerat, qui
videlicet credit aliquid nominis esse extra vnum ve
rum Deum: hoc etiam verum esse opinatur, vnde de
luditur. Quòd autem sic eas deludi manifestet, exem
plum visionis Ezechielis inducit, & Pauli raptus
Concludit autem finaliter d. c. quòd qui talia credit
& his similia, fidem perdit. Refert autem, quòd dicit
talia ad ea, quibus prædixerat, mulieres illas error
paganorum inuolui, vt aliquid numinis esse credan
extra vnum verum Deum, & quæ huic infidelitat
secundum talem narrationem illarum mulierum ne
cessariò sunt connexa: & sunt quatuor, vt ex verbi
capituli illius deducit D. Io. de Turrecrem. Cardin
sacræ Theologiæ, & vtriusq; iuris Doctor excellentis
simus, ord. Prædicatorum. Primum: Hæreticum est
& Paganorum antiquus fuit error, tenere, quòd ali
qua sit vera Dea, quæ vocetur Diana, vel Herodias.
Secundum est, quòd aliqua persona portetur ad ser
uiendum alicui tali Deæ: imò, cùm nulla talis Dea sit,
nulla etiam persona ad seruiendum illi portatur super
veras bestias, vt putabant illæ scelerate mulieres il-

lusa

lusæ in somnis. Tertium, quòd hæc delusio causaretur à Spiritu bono, imò causabitur ab eo, qui se transfigurat in angelum lucis, vt decipiat. Spiritus enim bonus non potest esse delusionis, aut cuiuspiam deceptionis autor siue minister. Quartum est, posse quempiam ab alio, quàm à Deo solo conuerti in aliam speciem vel similitudinem in melius, putà in Deos: vel in deterius, putà in bestias. Imò primum est absolute impossibile, cùm Deus sit ingenerabilis: & quomodolibet infactibilis: & secundum sola Dei virtute fieri potest: quod tamen nunquam fecit, aut faciet. Licèt finita etiam virtus possit vnam naturam ex alia generare vel producere, virtutibus naturalibus rerum concurrentibus & applicatis. Hoc autem quarto errore mulieres illæ pariter cum antiquis paganis tenebantur, putantibus non solùm homines, sed etiam animalia quædam esse Deificata, vt 12. Metaphy. refert Aristoteles: & hoc ibi S. Thom. declarat, & putabant talibus Deificatis animalibus maiorem inesse virtutem, quàm insit terrestribus, quòd & opinatas esse mulieres illas confiteri oportet, cùm profiterentur se portari super bestias, per multa terrarum spacia intempestæ noctis silentio, quod naturales non possent bestiæ, maximè tam breui temporis decursu. Imò & homines in bestias conuerti, gentiles olim opinabantur, in lupos inquã, vel aues, & alia talia animalia, vt recitat August. in 18. lib. de ciuit. Dei, & superius explicatum est: & hoc est, in deterius cõuerti. Qua nunc etiam laborant hæresi, qui putãt striges in

catos

catos verè conuerti: indeq; in humanam redire spe-
ciem, virtute diabolica. Sicut pagani talia, Deorum
putà Dei Licij, vel alterius virtute fieri putabant.
Quia verò extremus hic error, quo putantur aliqu
posse in melius, hoc est, in Deos, vel in deterius, hoc est
in bestias conuerti virtute Deorũ, claudit & Deorum
pluralitatem, & debitum eis cultum, & quòd à bon
spiritu fiat ista conuersio, ideò solo hoc extremo repro
bato errore, prædicta omnia reprobata consequente
esse censentur. Et hac ratione huius solius reprobatio
nem, quasi totius suæ intentionis conclusionem, d.
inducit, dicens: Quisquis ergo credit, aliquam crea
turam posse fieri, aut in melius, aut in deterius mu
tari, aut transformari in aliam speciem, vel in alian
similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit
& per quem omnia facta sunt, proculdubiò infideli
est, & pagano deterior, si prius scilicet fuit Christia
nus. Et hoc non alia ratione, quàm ea, quæ suprà in
ducta est in eo. c. Quia videlicet talis, aliquid numini
arbitratur esse extra vnum verum Deum, in quod ve
conuersi sint homines aut bestiæ, & à quo facta sit ta
lis conuersio, & non à vero Deo, qui fecit omnia i
principio. Cætera verò, quæ in eod. c. reprobantur, &
opposita eorum, ex prædicta ratione, quæ sola induci-
tur, vt errorem conuincat, nullatenus deducuntur,
nisi rationabiliter, & de facto, non autem de possibi-
li, putà, quòd deluderentur in somnis, quòd non por-
tarentur de loco ad locum corporaliter, vt puta-
bant, & huiusmodi. Sic ergo credendum erit fuisse
vera,

ra, posito quòd capitulo illi fides sit adhibenda, quòd tamen poßibile sit oppositum eorum accidere etiam virtute creata. Ex prædicta enim veritate, qua confitemur nihil numinis esse extra vnum verum Deum, non sequitur necessariò quòd nullæ personæ poßint portari à Diabolo de loco ad locum. Stat enim per poßibile oppositum huius cum illa veritate. Sed neque necessariò sequitur ex illa ratione, quòd mulieres illæ deluderentur in somniis: vel etiam non possent plurima eorum, quæ narrabãt corporaliter videre. Si tamen vt putata ab eis numina, in figuris viderent apparentium fœminarum. Poterant enim alio deludi modo, puta, per præstigium vel apparitionem ipsam in vigilia factam, non obstante ratione prædicta. Sed rationabiliter vtique deducuntur ex ea, suppositis alijs, quæ tunc occurrebant, & considerato Diabolicæ tentationis ordine maligno, vt superius explanatum est. &c. Cùm igitur ratio legis contineat legislatoris intentionem, & ex ratione in dicto capitulo inducta, non deducantur esse fidei contraria, nisi prædicta quatuor, vt ostensum est: patet, quòd non nisi illa voluit intelligi, cùm dixit: quòd qui talia credit vel his similia, fidem perdit, &c. Strigum autem secta nullum prædictorum quatuor dogmatizat, neq; hunc præcipuè principalem errorem habet, quòd homines conuertantur in Deos, & quòd aliquid numinis sit, præter vnũ verum Deum, imò principem eis apparentem fatetur esse Dæmonem malum spiritum, & non Deum bonum. Licet enim cultum ei exhibeant Deo proprium, vt pote verum Deum abnegantes, & illi Dæmoni homagium fa-

cientes de corpore simul & anima, non tamen puta
in corde ipsum verè Deum esse. Sed hæc omnia illi exhi-
bent, & commoda, quæ peroptant inde reportent, vt pa-
tet ex eorum confeßionibus. Mulieres autem illæ profi-
tebantur esse Deam quam colebant, vt patet in d. capi-
Episcopi. Vnde manifestum est, has duas sectas in prin-
cipali esse diuersas. Cùm præsertim istæ abrenuncient fi-
dei & baptismo, sacraqúe profanent, maleficia mult
damnaqúe plurima inferant hominibus in personis,
bestijs & frugibus, plurimaqúe fœdera peßima inea
cum Diabolo, quorum nullum mulieres illas legit
perpetrasse. Cùm igitur in principalioribus factis & o-
pinatis istæ secta discordent, nulli sit mirum, si etia
in accessorijs sint diuersæ. Non potest igitur ex capitu
illo rectè inferri, quod si illæ deludebantur, & non ve
portabantur, &c. quòd eodem modo deludantur ist
Diabolicæ quippe malitiæ non satisfieret, & superbi
qua gestit vt Deus adorari, si delusoriè fieret hæc ora
& in somnis, vel etiam à vigilãtibus sed in Angelis. N
satisfieret odio, quo sæuißimè Christum insequitur &
sancta, si corpus eius, & sacra profanarentur tantu
in somnis. Sed in vigilia fieri hæc requirit, & corpora
ter: Et in hoc omnes Doctores Theologi cõmuniter co
sentiunt, & Domini Canonistæ, qui fauent patrib
Inquisitoribus.

& L. cum pater. §. dulcißimis. ff de leg. 2. &
cum mulier. ff. sol. mat. Ideo dicitur anima leg
secundum Dy. in c. certum est. de re. iur. in 6. &
latè congerit Fel. in c. tua nos. col. 2. de iureiur.

Argu-

CAPIT. XXVIII.

Argumentum secundum soluitur, in qua solutione quid de casu in legenda sancti Germani tacto, factis strigum simili, sentiendum sit, multipliciter aperitur.

SEcundum etiam argumentum pro parte falsa, & nostræ determinationi contraria productum non procedit. Neque vniuersaliter semper falsa sunt duo illa, quæ dicuntur à strigibus referri. Non enim semper famescunt, cùm reuertuntur de cursu: neq; semper falsum est archas panis, aut vini vegetes plenas ab eis euacuari: licet postmodum opere Diaboli possint & pane & vino alibi assumpto iterum repleri. Sed neque hoc omnes dicunt, quòd semper è cursu reuertentes, se laxos inueniãt aut nimium afflictos, inediave tabescentes: quamuis propter laborem in corrizando, & propter vertiginem, quæ sæpe ob delationis suæ distantiam, & velocitatem aliqualiter afflicti redeant: cuius gratia oportet eos manè illo diutius lecto decumbere, vt suprà dictum est. Sæpius etiam à Diabolo vapulant, dum non ad nutum obsequuntur illi. Deludi tamen etiam persæpe tales, vt putent alimenta se vera sumere, dum sumunt phantastica, non est negandum, vt suprà etiam declaratum est. At ex legenda sancti Germani quod inducitur, non obstat proposito, sed potius fauet ex multiplici capite. Et primò quidẽ, quia ex hoc quod dicitur, hospitem illum sero cibos præparasse, eosdemq; à multitudine venientium vicinorum (vt hospiti, suæq; familiæ videbatur) voratos fuisse, non infertur, quòd delusio esset

ex parte alimentorum. quasi non essent vera aliment[a] sicut nonnulli dicunt illudi striges. Manifestum eni[m] ibi erat, quòd vera cibaria consumebantur, & in dom[o] hospitis illius deficiebant. Secundò, si personæ illæ veni[e]bant vt videbatur, vereq́ comedebant atque bibeban[t], habetur propositum. Si verò Dæmones erant, hospes ip[se] deludebatur cum tota familia, ita vt vigilantes vid[e]rent, aut aliquando viderint Dæmones in humana for[]ma, cùm tamen putarent eos homines esse: non secus [] deluduntur secundum eos striges in simili visione. Si[c]ut igitur illud ex tali narratione conceditur, sic etia[m] hoc quod strigibus pariter contingere, tam multipli[ci] testimonio confirmatur, non est negandum. Tertiò, no[n] magis ex illa narratione probatur, quòd deceptio fu[e]rit ex parte discumbentium, eò quòd essent Dæmone[s] qui videbantur homines discumbere, quàm circa e[os] qui repræsentabantur, homines, inquam, dormient[es] in domibus suis, ne ipsi forsitan & Dæmones essent [] humana specie vel figura, nisi quatenus sanctitas & re[]uerentia sancti Germani repugnare videretur tali de[]lusioni (si tamen historia illa veritate subsistit) qui d[i]uino spiritu illustratus, alios ex charitate à delusion[i]bus Diabolicis liberare curabat. Quartò in eodem e[x]emplo considerandum est, non esse simile, quod pro[] mili adducitur. Illi quippe homines & vicini, non p[u]tabant se tunc quasi somniantes, ad ludum ire: vel p[] domos aut in domo hospitis illius comedere & biber[e] & alia huiusmodi realiter & corporaliter facere, qu[an]tum habetur ex Legenda illa: Sed solùm dicitur, q[]

perso[]

persona repræsentata reperiebantur tunc in lectulis suis dormire. Vnde non adducitur ad propositum quæstionis huius exemplum illud aut factum, nisi valde remotè. Quintò dicitur, quòd non est inconueniens, quòd aliquando Dæmones illo modo luserint homines, vt in mundo firmarent hanc opinionem, quòd videlicet talia non nisi delusoriè fiant. Sicqúe liberius homines valeant ipsi seducere, vereqúe postmodum ad nefandissima simul opera perpetranda liberius & facilius congregare: quando Prælati & Officiales fidei non magis contra eos, quàm contra somniantes desæuirent. Sextò dicitur, quòd suspecta est illa legenda quantum ad hunc casum, eò quòd durum videatur, imò totaliter à communibus hominum cōceptibus alienum, hospitem illum velle tot cibaria crebrò gratis præparare: & si vicini erant & cognati, non petere ab eis precium alimentorum. Dicere etiam precium vicinos illos ei dare, vel dedisse si deludebantur, & saturatos se non inuenirent, satis derisibile est. Et si dicatur, quòd Dæmones ipsi precium exoluebant vice illarum personarum & specie: mirum esset si talia se facere somniabant personæ illæ, quòd non citò delusionem aduerterent, si sibi pecuniæ non realiter deficiebant. Si verò talia nec somniabant se facere, mirum non minus esset, si cum hospite & familia de his sæpius, sui illi vicini non fabularentur: & ex relatione hospitis & familiæ audientes de se referri, quæ scirent sibi non contigisse, facilè tam se, quàm hospitem illum, & alios omnes ab huiusmodi delusionib. non liberarent. Sed neque minus est credibile, quòd tot mu-

lieribus præpararent, quarum tamen aduentum expe-ctare nollent. Obstat enim facto huic voluptas, vel certè inuincibilis curiositas. Quicquid autem de hoc fuerit verum, inquam, vel falsum, sufficit hæc non repugnare his, quæ de strigibus determinata sunt. Et sic patet ad secundum argumentum.

CAPIT. XXIX.

Nodi omnes dissoluũtur, quibus tertium quartumq; argumentum videbatur inuoluere legentes.

A*D tertium argumentum dicendum, quòd cùm omnia, quæ dicuntur fieri à strigibus in cursu, non nisi opere Diaboli, qui mendaciorum omnium pater est, initum, progressum, & finem habebant: nulli mirum esse debet, si multa dicuntur ibi fieri, quæ falsa sunt & irrationabilia: & quæ dum à miseris vera putantur, ti-morem eis incutiant. Et de his argumentum hoc inten-dit. Non confinguntur hæc tamen à Diabolo in homini-perniciem sine causa. Nam primò iuxta suæ malæ vo-luntatis conditionem pessimam, in principio assistentiæ suæ diabolicæ, gaudium afferre consueuit: in fine verò timorem atq; tristitiam. Vult enim primò per inepta lætitiã in sui obsequium homines attrahere: vt facilius damna inferat in fine deceptis. Nimirum igitur, si ba-miseras personas diuersis voluptatibus & oblectationi-bus sensualibus attrahit, obtinẽs propter hæc ab eis ado-rari, quatenus sua sic satietur pro parte superbia, facta etiam contra Christum multiplici vituperio, & in fine timore percussos à se abijciat, & ad propria redire, se*

reduci compellat. Aliâs nec illæ personæ facilè diuerterent, aut finem voluptatibus vellent imponere: & sic in languorem inciderẽt aut interitum, quæ nec Deus semper permittit. Qua tamen Dei præseruatione Dæmon etiam malè vtitur, dum eosdem in similia sæpe crimina trahit sine impedimento. Potest & secunda causa facti huius ex parte malitiæ Dæmonis aßignari secundum mysticum sensum. Cùm enim aqua Iordanis figuram præferat sacramenti baptismi, proterea, quòd in ea fuit etiam Dominus Iesus propter nos baptizatus: Diabolum velle aquam illam (vt prætendit in visu) sua contingere vel violare potentia, signat ipsum suis omnibus adniti viribus, baptismum de terra tollere, fidemqúe sanctißimæ Trinitatis in eodem diuinitus infusam à fidelium cordibus penitus abolere. Quòd quidem si facere præualeret: totius orbis princeps efficeretur, veluti fuerat ante Christi aduentum, de quo & ipse Saluator noster ait: Princeps mundi huius eÿcietur foras. Principabatur enim in mundo, quando nec mundus Deum cognoscebat: neq; sui etiam, populus, inquam Iudaicus, ipsum recipiebat. Quia ergo nunc Diabolus non præualeret id obtinere: mirum in modum præ superbia cruciatur: & turbationem iramq; grauißimam ex hoc tunc ostendit, quando in figura (vt diximus) idipsum se velle obtinere coram illa multitudine conatur, nec præualet. Rogauit enim & obtinuit Dominus Iesus, ne deficiat aliquando fides Petri. Lucæ 22. Non contingit autem semper hæc fieri à domina cursus, aut vbique: sed coram illa multitudine solùm, quos deludens fingit se deducere in

planiciem fluminis Iordanis. Quod & nunquam ver[o] contingere puto, propter loci distantiam. Multum eni[m] temporis absumeret ipsa delatio sicut & reductio. Ve[-]locitas enim motus, qui non noceat corporibus nostri[s] determinata est, & diuturno temporis etiam spaci[o] mensuratur, si magna sit loci distantia, sicut est in pro[-]posito. Distat enim etiam per directum flumen illud [à] nostris his regionibus plusquam per duo millia millia[-]ria, prout ipse clarè cognoui, qui deuotionis gratia sacr[a] Hierosolymitana loca visere merui. Elicit autem De[us] ex malo illo, quando contingit, hoc bonum, quòd perso[-]næ illæ miseræ possunt ex hoc cognoscere dominam illa[m] suam, cui se obligarunt, non solùm non esse Deam ve[l] Deum, imò esse Dæmonem pessimum. Sed & hoc et[-]iam, quòd nec omnia potest circa infima: quandoqui[-]dem nec illa videtur tunc posse, quæ ipsis etiam bestij[s] possibilia sunt, prout est tangere aquam fluminis. Et [si] ad ministerium referatur, non habet illam potentia[m] quam haberet (vt aiunt) si aquam illam tangere præ[-]ualeret: & consequenter non solùm, non est Dea vel Deus, verùm etiam sic est ignobilis creatura, sic est ma[-]la, vt illam mala facere, impediri frenariq; à Deo neces[-]se sit, & sic eius etiam superbiæ ac malæ voluntati resi[-]stere. Vt hoc cognito miseræ illæ personæ, nisi propria ea[-]rum malitia obstinatioqúe obsistat, facilè iudicent non esse ab omnipotēti Deo recedendum, propter principem illum, qui Deo vero subiectus est, deberetq; ex hoc earum animus validius excitari ad illius pessimi sui principis contemptū, & redire ad creatorem suū. Et hæc satis ad

tertium

tertium argumentum. Ad quartum verò dicēdum est, quòd si ea, quæ in argumento fieri narrantur sic à Diabolo censeantur expleri, vt idem numero corruptum raperet, mortuos ad vitam restituat, & alia huiusmodi faciat, quæ naturæ repugnant: proculdubio hæretici sunt, talem Dæmonis potentiam opinantes. Qua hæresi vt in pluribus inuoluuntur striges, hæc ipsa, quæ referūtur, vera esse credentes & prædicantes, postquam etiam de cursu illo Diabolico redierint. At non sic euenit vt putant: sed naturali potius virtute Dæmonum, illuc ex diuersis locis similia cibaria deportantur, vt suprà diffuse dictum est. Vel certè Dæmones illas deludentes personas, aërea corpora formant in variam alimentorum similitudinem cum similibus qualitatibus, quibus nedum visus, sed & tactus decipiatur & gustus, sicut & aërea itidē corpora in humanorum similitudinem formant & agitant quasi viuentia, sicut veri illi homines, quorum species præferunt, esse, & opera vitæ propria hominibus exercere videantur, vt ambulare, loqui, ridere, & alia huiusmodi, Similiter bos vel aliud quoduis animal verè mortuum, quomodo delusoriè videatur à Dæmone suscitari: & quot modis naturali eius virtute poßit hoc contingere, plenè superius in allegato capitulo explicatum est, ita vt repetere superfluum sit.

Cap. XXX.

In solutione quinti argumenti, nihil esse virtu-tis in vnguento, quo se striges perungunt, aperi-tur, tametsi quandoque trahatur Diabolus a- strigum vota per illam vnctionem quasi per si-gnum: quandoque verò impediatur, & quomodo id contingat.

NVnc ad experientias, in quinto argumento indu-ctas, quas negare nolumus, accedentes, ostenden-dum est, eas nostro proposito minimè repugnare. Sup-ponitur autem primum id, quod in tertia ratione terti- principalis dictum est, quòd cùm Diabolus sit creatur- spiritualis, & consequenter ab omni obligatione corpo-rea, tam inesse, quàm moderari ex parte sua sit absolu-ta, non potest ad operis exercitium ab vllo corpore mo-ueri: nec aliqua corporali virtute verborum, herbaru- aut lapidum ad aliquid operandum cogi, vel necessari- induci, prout determinat etiam sanctus Thom. 2. disti- 7. quæstione. 2. articul. 2. ad tertium, sed pro libertat- arbitrij circa corpora operatur, & illa eligit quæ su- valeant malitiæ deseruire: quibus cùm vtantur homi-nes iuxta suum imperium, ipse Diabolus eis occurri- quandoque pro voto. Et hoc modo decipiuntur homines, putantes in talibus corporibus vel etiam in verbis vi- quandam insitam, qua trahant Dæmones atque coga- ad aliquid faciendum, vel etiam alicubi demorandum quasi sint alligati: vel expellant eos de corpore, aut d- loco prout exoptant. Et non sic est: sed voluntariè tra-huntur his corporibus, vel verbis, vel cæremonijs qua-

quibusdam signis initi pacti cum hominibus, iudicans quod id facere protunc, sit suæ malitiæ conueniens: & hoc appetens, appetitu non naturali vel animali, sed libero. Sicut enim animal trahitur cibis, ita Diabolus signis, dicit Augu. non quidem eiusdem generis tractu vel appetitu, sed quia ambo sine coactione. Hac enim ratione pro fumationibus, sacrificijs, diuersisq́ superstitiosis operibus inclinatur Diabolus ad obsequendum talia facientibus, ex pacto malitiosæ amicitiæ cum illis contractæ, tãquam signis subiectionis illorum, eiusq́ super eos assecuti dominij, quo mirum in modum delectatur, vt superbiæ & inuidiæ suæ sic aliqualiter satisfaciat. Hac igitur ratione contingit, vt cùm se iniungunt mulieres vnguento quodam execrabili, quo in conficiendo multæ sceleritates cum opprobrio fidei & nominis Christi & cum abusione sacramentorũ committuntur in nomine eius aßistat pro voto, easq́ perferat ad diuersa loca: tametsi persona quæ sic defertur, vnguentum illud perniciosum quandoque non fecerit, vel etiam pactum aliquod expressum in hoc cum Diabolo non habuerit. Aduenit enim propter pacta iam inita cum priore aliquo compositore vel inuentore, in ruinam vtentis, & vt opinionem inde causet, quod in vnguento illo, anulo, vel christallo, vel alijs quibuscunque rebus aut verbis sit virtus, qua ipsum trahant homines ad id exequendum propter quod se vngunt, vel quæcunque alia faciunt, sicq́ue sæpe vanos quosq̀ue deludat. Vbi verò Diabolus cognouerit aliquid posse sequi saluti hominum magis pernitiosum ex hoc, quod à tali effectu perficien-

docef-

do cessat, votis frustratos dimittit, etiam posito, quò pacta inierit, sæpeq; seruauerit. Notandum secundò quòd licet Diabolus à coactione corporea sit absolutus liber sit in operando, vt dictum est, quandoque tamen impeditur, ne quod optat, assequi poßit, quod contingit ex virtute superiori Dei vel Angeli siue boni, siue mali. Et si quidem à Deo immediatè, vel mediatè angelo bono id fiat, non nisi in salutem hominum ordinatur quod euenit: Si verò à malo Angelo superiore, nihilominus Deo per suam prouidentiam permittente fiat: non nisi ad malum exitum proximè deducitur quicquid inde prouenit, quantum est ex intentatione Dæmonis: licet ex superabundanti pietate diuina, malum sæpe conuertatur in bonum: vel aliquod melius indirectè ac præter intentionem Dæmonis pariat, quàm sit bonum, quod per tale inde proueniens malum priuabatur. His duobus suppositis, ad primam experientiam in contrarium adductam de eo quod contingit, Principi supra quam decuit curioso, dicitur quòd id potuit, tam ex malitia Dæmonum, quàm ex diuina prohibitione contingere. Considerare nempe potuit Dæmon ex hoc in corde tam principis illius, quàm nobilium, quibus id innotuit, esse facilè firmandum in perpetuum, quòd talia non verè contingant, sed sint omnia fabulosa: ex quo sequi poßit impunitas delictorum, quæ perpetrant striges grauißima. Sequitur etiam talium peßimarum multiplicatio personarum in vtriusque hominis communem perniciem. Neque enim præualent Inquisitores hos persequi, prout ex officio eis incumbit, si à principibus fauorem non obtineant

tineant & auxilium. Quod quidem subtrahunt illi, si talia putant esse delusoria, vereq́ non contingere: imò sunt eis impedimento. Itidem nobiles & cæteri, talia non credentes, Inquisitorum honori detrahere non desistunt, quasi anicularum vel fatuorum inquisitioni solùm intendant. Et sic tandem tædio victi, plurimumq́ fatigati cessant Inquisitores ab officio suo: & pestis ista grassatur & inualescit: quod Diabolus exoptat. Id enim maius malum est, ac humano generi magis perniciosum, quàm semel mulierem vnam ad laudem perducere, etiamsi tunc omnium scelerum genera per eam fieri contigisset. Commune quippe malum (cæteris paribus) antecedit & grauius est, quàm quodlibet speciale. Ob hoc igitur Diabolus, qui nostram perditionem atque ruinam tam corporis, quam animæ, quoad potest, intendit atque procurat, prauidens principem illum, & nobiles in falsam opinionē, si mulierē illam tunc non portaret ad ludum, facile deducendos, quòd strigum secta, delusioni Dæmonum innitatur non veritati prælegit tunc illam nequaquam ad cursum deferre. Potuit etiam id contingere, quia non erat tunc hora conueniens delationis ad cursum. Sicut enim ex strigum confessione cognouimus, antequam se inungant, audiunt nocte sonitū multiplicem praeuntis dominæ illius cum multitudine tripudiantium: & non nisi tunc se inungere consueuerunt, vt illam delatæ per aërea sequantur, vsque dum veniant omnes ad locum determinatum pro voluntate dominæ cursus. Ex parte autem diuinæ iustitiæ cuius Inquisitores ministri sunt, alia ratione

tione iustè prohibuit. Deus mulierem deferri, vt ipsam videlicet iustitiam extolleret: quæ semper fit, vt subdi tione Inquisitoris deductæ maleficæ, Diaboli præsidijs non fruantur. Neque enim tempore illo, quo actuali iudicio subduntur Inquisitoris, alicui nocere præualent, aut de carceribus fugere, vel quolibet aliter auxilio Diaboli liberari, aut aliundè deferri. Indirectè etiam ex malo isto, bonum elicuit Deus. Et quò ad nobiles illos quidem, sublata fuit ab eis tentatio, quæ forte potuissent optare satagareq́; vt hæc experirentur in corpore suo, quæ noxia curiositate cognoscere quærebant in alieno. Quò ad Inquisitorem verò illum, meritò ex sua illa indebita concessione opprobrium reportauit, & cõfusionem tam apud religiosos, ac Deum timentes, qui ex hoc optimè cognouerunt atque damnarunt, ab illo Dei timorem fuisse posthabitum propter timorem hominum: quàm apud eundem principem cum nobilibus & alijs quibus factum innotuit, vt ex hoc ab eis iudicaretur (licet malè, vt diximus) non nisi contra fatuas mulieres officij sui vires extendere. Sicque factum est, vt tam persona, quàm officium Inquisitionis viluerit apud eos.

CAPIT. XXXI.

Diabolum quandoque præferre quasi personæ immobiliter dormientis imaginem ne credatur personam illam verè, sed potius delusoriè ac imaginaria visione tantummodo ad ludum esse delatam.

Ad ea

AD ea post hæc quæ inducuntur in argumento experimenta, quòd videlicet deprehensæ sint mulieres extra se factæ immobiliter iacere, quæ tamen affirmabant se ad cursum corporaliter esse delatas, respondetur primò, non esse secundum aliquos inconueniens, quòd aliquando non corporaliter, sed in somnis tantum modo videant & facere se putent, quæ postmodum existimant & referunt in vigilia se fecisse: sicqúe à Diabolo deludantur. Et cum hac responsione communiter transeunt Summistæ cum quibusdam Doctoribus. Et sic experientijs inductis optimè satisfieret: & nihilominus staret, quòd multotiens corporaliter deportentur, vt etiam per experientias varias pariter confirmatur. Mihi autem difficilè admodum, & contra id quod communiter experimur esse videtur, sic quenquam in somnis alienari posse, vt postmodum in vigilia (si sanus corpore sit) non perpendat se somniasse, vel sic visiones vidisse, vt in corpore se alicubi non translatum verè putet, sicut per somnium aut imaginariam viderat visionem, prout etiam in corpore quæstionis determinatum est. Et licet legatur de puero quodam somniante, quòd à Magistro in alio cubili dormiente vocaretur: & quòd statim euigilans concurrerit ad cubile Magister dicens, ecce ego, quia vocasti me: nihilominus ad informationem Magistri dicentis, quòd somniauerat: sicut & ipsi Magistro in somnis vacare se eundem puerum, eodem tempore videbatur, acquieuit: & deceptionem tandem plenè vigilans cognouit, quam Magister prius agnouerat, vel certè Magister veram vocem

voca-

vocationis emisit: sicut de facto compertum est, multo dum somniarent loqui. Non est etiam negandum, somnia quædam sic esse limpida, vt ipsi somnianti verè vigilare videatur: & ita poßit per modicum etiam temporis in vigilia, postmodum extimare, quòd & tunc vigilauerit, quando profundißimè dormiebat. Sed tande aduertunt omnes diuersitatem status vigilantis ac dormientis, vt suprà deductum est in corpore quæstioni Striges verò semper obstinatè confirmant se vigilan dum ad cursum deferũtur à Dæmone. Et similiter du faciunt, quæ in cursu referunt se fecisse. Et si quæ in somnis ire, & sola imaginatione videre, quæ fiunt in cursu, desiderant, id arte consequi moliuntur, vt suprà declaratum est. Et tales personæ dum postmodum plen vigilant, optimè cognoscunt, quòd non in vigilia, sed i somnis viderunt quæcunque facta sunt in cursu, etia per alias personas, quæ corporaliter illuc translatæ sun Iuxta prædicta igitur dicendum est, ad tres experientias primas post eam, ad quam primò responsum est, & ad omnes alias similes quæ deduci possent: quòd Diabolus in forma mulieris iacet, veluti dormientis, vt deci piat sic homines, & opinionem hanc falsam in eis agge neret, quòd non corporaliter striges deferantur ad cursum, & consequenter delicta grauia maneant impunita: multipliceturq́; per hoc, & roboretur apostatarum strigum secta. Sicut autem permittente Domino quandoque sic Diabolus decipit homines, sic etiam cooperante Domino fit per experientiam manifestum aliquando, quòd corporaliter striges deferantur ad cursum: v

ab illa

ab illo errore per Dei misericordiam homines liberentur, vt suprà cap. decimo quarto, & idem multipliciter est ostensum, vt sic intrepidè suum officium Inquisitores perficiant, & principes vnà cum populis pro fidei defensione communique populi salute faueant illis & opportunum præbeant auxilium. Pro alia verò inducta experientia de his mulieribus, quæ post inunctionem illam statim cadunt, & profundissimè dormiunt, sciendum est, quòd vnguentum illud spurcissimum, ex talibus materijs cum abusionibus sacramentorum fieri dicitur, quæ iudicio medicorum non habent naturaliter somnum inducere: & experientijs alijs comprobatum est, quòd de facto plures, vnguento tali peruncti, nec delati sunt à Dæmone, nec somno pressi, vt etiam ex prima experientia, quæ in hoc argumento in contrarium est adducta, potest fieri manifestum. Et nonnulli alij visis duabus vetulis clàm se perungentibus, quòd extra fenestram domus statim delatæ sunt, cùm & ipsi se pluries perunxissent, vt pariter deferrentur: nihil eis profuit. Neque enim de loco illo recesserunt, sed neque dormierunt. Ex quibus omnibus manifestum redditur, quòd etiam si qui somno capiuntur post execrabilem vnctionem, non nisi Dæmonis malitia hoc liberè prouenire: vt quandoque videntes vel audientes talia, decipiat: dum per hoc extimant non verè deferri quenquam ad ludum, etiamsi taliter inungatur: sed omnes deludi putent. Sicut enim potest Diabolus proprio libertatis arbitrio tales deferre per aëra: ita potest in eis profundissimum somnum statim causare, vel in modico tempore. Nouit enim virtutes omnes naturales

ad hoc conferentes, vt herbarum & partium anima-
lium, potestq́ tale aliquid ad nutũ applicare vt somnum
inducat. Taliter autem dormientes non dicent postmo-
dum in vigilia, se iuisse aut delatos esse corporaliter ad
cursum: sed quod somniârũt potius se passos aut perfecisse,
licet id quod somniârunt, ẽt factum sit, vel euenerit eo mo-
do, quo eis visum est in somnis per eosdem fieri: quod tamen
per Diabolum expletum creditur assumentum figuram
ipsorum somniantiũ, vel eam quam somniantes ipsi pu-
tabant se habere dum somniarent. Sicut suprà dictum
est de illo Præstantio ab Aug. inducto, quod quidẽ factum
magis fauet, quàm obstet proposito nostro: cum expressè
ibi dicatur, quòd euigilans narrabat, quasi somnia quæ
passus fuerat, seu potius visum sibi fuerat quòd passus
fuisset. Vnde dicit ẽt ibi August. quòd illa onera, quæ for-
tè sic somnians videbatur portare, non ipse somnians
portabat, aut phantasia eius: sed si vera fuerunt vel mo-
do sunt corpora, portantur à Dæmonibus, vt deludant
homines. Modus autem quem potius recitando, quàm
asserendo ponit August. quomodo talia somnians possit
ibi esse, vel illa facere, vbi vel quæ somniat esse vel face-
re, videlicet per phantasticum suum incorporatum, in-
effabilis est, vt ipse Augustin. etiam dicit & intendit,
quòd est ineffabilis propter suam intelligibilitatem,
& consequenter impossibilitatem. Omnia enim quæ cir-
ca corpora accidunt, à nobis intelligi & effari possunt.
Qui verò affirmant se corporaliter esse delatos: si præ-
uisi fuerant, quasi corpore dormientes seu iacentes im-
mobiles, putandum est potius, quòd Diabolus in eorum

effigie

effigie ibi iacens appareat, quam quòd veraciter illi vel corporaliter ibi dormiant aut sint. Sicut enim paulò suprà dictum est, præstigiosa delusione pōt Diabolus astantes decipere, vt eis appareant hæ, quæ se iniunxerāt personæ dormire: & tamen illæ de facto non sint: sed per assumpta corpora aërea Diabolus earum prætendat speciem, & figuram: quod quidem non pertinet ad præstigium, vt dicit S. Thom. 2. distin. 8. art. 2. Vel si non hoc modo quandoq; id contingat, fieri sic poterit, quòd aliud quoduis corpus ibi existens , appareat corpus strigis: quod tamen non ibi est. Et hoc propriè pertinet ad præstigium, eo modo, quo etiam supra declaratum est. Sicut contingit etiam cuidam nobili nomine Sisinio, sicut legitur in historia S. Clementis: qui iubens seruis suis vt ligarent & traherent sanctum Clementem: illi columnam ligauerunt atq; traxerunt, putantes vna cum Sisino se ligasse trahereq; S. Clementem. Quod quidē Angelica virtute, vt sanctus Antistes liberaretur, factum creditur: licet talia Dæmon ēt facere possit, cuius naturalis virtus, angelicæ coæquatur, vt sæpius dictum est. Quòd autē auffertur, medicos vnctionibus somnū inducere posse, nō negamus. Sed quod arte Medicorum fit, nō nisi virtute naturali rerum applicatarum perficitur. Et omnibus accidit idem effectus, quibus æq; dispositis applicatur eadem causa. Et quippe vnctione qua medicus somnum inducit vni infirmo, inducitur cunctis hominibus qui perungerentur eadem , nisi fortè per accidens aliqua contraria dispositio in aliquo reperiretur, quæ somnum fortè vel mitigaret vel prohiberet. Quod quidem

Cap. 7.

Cap. 5.

dem raro contingeret. Hac autem execrabili strigũ vn-ctione, nullus assequitur quod intendit, delationem, in-quam, vel somnum, nisi opere Diaboli pro voluntate su-a. Quo fit, vt nisi paucis: & non suis fœderatis, vel aliqui-bus qui in peccato mortali sint, obsequatur ad vota i-n eorum perniciem. Vel si aliquando aliquis innocens si-militer deferatur, permissione diuina misericordite-r factum creditur, vt ex facto tali arguatur, & possibili-tas huius rei, & sic testibus comprobetur, ipsius rei ge-stæ veritas. Et hac ratione credendum est, Deum permi-sisse quod factum legitur apud Vincentium historialem in speculo historiali, libro 26. capit. 43. ex Petri *Damia-ni antiqui Doctoris narratione scripto relicta, de quo-dam puero monacho corporaliter nocte per aëra delat-o ad magnum conuiuium, & iusso vt comederet, ac per-acto conuiuio, reportato: & per superiora immisso, claus-o pistrino. Idem confirmant multa talia, quæ refert Mal-leus Maleficarum, ad quem lectorem remitto. Ex predi-ctis omnibus patet & propositum principale de veritat-e corporalis delationis, & omnium nodorum dissolutio-n quos implicabat quintum Argumentum in principi-o inductum.*

CAPIT. XXXII.

Tacta per argumentum ſextum, qualiter, in-quam, dicantur ſtriges non poſſe Diabolo no-n ſubeſſe: qualiter etiam apparenter conuer-tantur in catos: & ab eadem liberen-tur deluſione, clariſsimè ma-nifeſtantur.

Postrem

POstremò satisfaciendum est his quæ in vltimo argumento inducta sunt. Et primo quidem, omnia illa quæ tanquam inconuenientia inferuntur, non impossibilia sunt: sed potius supposito cursus illius Diabolici ritu, verisimilia sunt: & per consequens facilè credibilia. Nam vt à primo quod inducitur, inchoemus, qui homagium semel Diabolo fecerit, quòd non possit post modum à proposito resilire, facilè credi potest: cùm hoc in pœnam Deo reprobante, pestiferis his hominibus iustè debeatur, qui cœlorum & orbis terræ conditore contempto, apostatæ Diabolo apostatantes adhærent eiusque se subijciunt perpetuæ seruituti. Non tamen ob hoc aufertur ab eis arbitrij libertas, neque commune sibi deest auxilium Dei, quo omnes continuè ad se trahit. Vnde si facerent miseræ illæ personæ quod in se est, vt Diaboli seruitutem euaderent, proculdubio per Dei clementiam de manu illius liberarentur. Sicut & de facto plures conuertuntur ad Deum per illius misericordiam mouentem atque trahentem: & per Inquisitorum & seruorum Dei solertiam & doctrinam. Cùm his tamen vt plurimum corporaliter à Dæmonibus flagellantur, ac multipliciter affliguntur, antequam valeant totaliter liberari: in tanti sceleris aliqualem punitionem idipsum exigente diuina iustitia. Et hanc intendunt impossibilitatem striges, dum dicunt se non posse resilire à promissione illa: quia aliàs (inquiunt) crudelissimè vapularent à Dæmonibus vel sodalibus. Quomodo autem in catos conuertantur striges, vel in hoc deludantur per præstigiũ quomodo etiam

poßint per cubicula currere, vel ſaltare catorum more, ſugereque ſanguinem puerorum: & alia huiuſmodi facere, quæ in argumento inducta ſunt: ſuperius multipliciter eſt expreſſum. Per ea etiam quæ ſimiliter facta leguntur in hiſtorijs authenticis, hæc apertißimè comprobantur. Legitur quippe in vitis Patrum Sanctorum, de beato Machario, quòd quidam ad eum mulierem duxerunt: quæ tamen ab eis non mulier, ſed equa videbatur, dicentes, quòd cum mulier eſſet, conuerſa in equam fuerit, facto contra eam (vt putabant) aliquo maleficio. Vnde factum virum rogabant vt ille eam in mulierem Dei virtute conuerteret, quæ prius fuerat. Sancto autem viro non equa, ſed ſicut verè erat mulier apparebat. Neque enim præualebat Dæmon ſanctum virum deludere, ſicut illos deludebat homines per præſtigium: Quod amouit ſanctus Macharius ſtatim ab eius orationibus ſuis. Multa id genus in maleficarum Malleo referuntur, vt præcipuè patet de illo Iuuene mercatore, qui in Inſula Cypri facto maleficio contra eum per Magam, ab omnibus aſinus videbatur: quæ magna tandem per Dei voluntatem ſuper hoc deprehenſa, fuit incinerata: & iuuenis ſoluto maleficio liberatus. Quod factum, ſimile fuit illi, quod de ſe ipſo refert Apuleius, in libro, quem ob hoc ipſum facinus referendum, edidit, & appellauit, De aſino aureo. Narrat enim ſe in aſinum prout ſibi & alijs apparebat, eſſe conuerſum, vnius Magæ ligatus maleficio, à quo poſt diuturnum temporis ſpacium ſolutus, in priſtinam ſuam ſpeciem rediјſſe videbatur.

Cap. 8.

Vt hoc

Vt hoc alijs, quæ similiter contigisse dicuntur, & talia huic, veritatis præbeant argumentum. Neque tamen hæc in aliquo fauent his, quæ à diuo Augustino in 18. de Ciuitate Dei capitulo decimo septimo damnantur & reprobantur verè facta fuisse per Magas, vti referebatur in libris gentilium. Sicut fuit quòd legitur de Circe illa pessima Maga, quæ socios Vlyßis conuertit in bestias: de eo quoque quod legitur Archades Deo suo Lyceo, tale sacrificium immolare consueuisse, ex quo quicunque sumerent in bestiarum formas illicò conuerterentur, vt suprà etiam relatum est. Hæc enim omnia sicut & alia supradicta magicis præstigijs potius fingebantur, quam reiveritate complerentur, vt dicit etiam ibi Augustin. & recitantur à Gratiano, 26. quæst. 5. cap. Nec mirum. Quod etiam de socijs Diomedis refert Aug. in eodem libro cap. 16. à gentilibus affirmari conuersos in aues esse, ludificatione factum est Dæmonum, qui in auium formis apparuerunt, vel pro eisdem socijs aues occultæ ex alijs locis, vbi est hoc auium genus, ad ea loca per Dæmones sunt perductæ, vt idem Augustin. dicit in seq. cap. 18. eiusdem libri. Non est igitur impoßibile mulieres in catos & bestias quaslibet præstigiosè conuerti, seu talia animalia apparere, Dæmonum malitia concurrente.

CAPIT. XXXIII.

De obligatione illa, qua Diabolo striges promittunt occidere pueros: & quare Deus tot innocentum iniustam (vt apparet) necem permittat.

QVòd verò Diabolus exigat à strigis vt strigent omn
tanto tempore puerum vnum, siue puellam, id
ipsumq́; pro voto illius perficiant: & si flebile sit, non ta
men incredibile: tum ex parte Dæmonis, qui maxim
odio persequitur nomen Christi: quod præcipuè reluce
in effectu in pueris baptizatis: vnde persequitur eos, a
si Christum persequeretur. Prohibet etiam quantum si
bi posibile est baptismum: & hoc propter inuidiam, qu
humanæ saluti semper insidiatur. Tū ex parte strigum
quæ carnibus eorundem à se primò occisorū infantum
& postmodum exhumatorum delicatißimis vesci con
sueuerunt: & ex eisdem pro parte ad consumptionen
vsq; decoctis in aqua, conuersisq́; in liquorē: vnguentu
illud nefandißimum, de quo suprà, conficiunt, admixti
sacramētorum materijs in fidei opprobrium, quo vald
Dæmones delectantur. Tum ex parte diuinæ iustitiæ
qua dignum est parentum scelera puniri vsque in ter
tiam & quartam generationem. Nonnulli enim no
legitimè filios generando: nonnulli genitis maledicend
malaq́; diuersimodi imprecando, Deum offendentes, a
iram prouocant, quæ ferueat in filios ministerio dæmo
num & strigum. Idipsum quoq; quandoq; negligenti
meretur eorundem parentum, dum paruulos suos sign
crucis, orationibusq́; deuotis non muniunt manè ac se
ro: quatenus per hoc à Dæmonum insidijs liberentur, se
potius, vt dixi, per hanc suam negligentiam illas incur
runt. Sed & potestatem hanc quandoque in pueros illo
accipiunt Maleficæ striges, quorum parentes pro eisden
vel pro alijs procurandis, Dæmones consuluerunt: & pe

Magas & incantatrices eis salutē corporalem obtinere procurauerunt, vt per quæ quis peccat, per hæc etiam iustißimè torqueatur. Quòd autem affertur de calamita, nullam habet impoßibilitatem. Non quidem quòd in calamita illa quantumcunq; Diabolicis artibus Dæmoni consecrata, vel potius execrata, aliqua virtus inueniatur ad telam effectum: sed ex pacto habito cum Diabolo, statim accepta calamita desinit Diabolus earum phantasiam perturbare, qua perturbatione videbatur eis quòd essent cati: & hoc modo ad sensum proprium reduci dicuntur. Quod etiam argumentum affert vt apertè falsum, innumerabilium, inquam, talium puerorum interitum, si quæ referuntur de strigibus omnia vera essent, neque impoßibile iudicandum est, nec ex toto falsum. Multitudinem quippe magnam puerorum hac peste mori, & si non omnibus notum sit: in his tamen partibus, vbi fœtidißima, nec minus crudelißima secta hæc inualescit, sicut præcipuè reperitur in Cumana Diœcesi, & per omnes confines inter Italiam & Germaniam, manifesta docet experientia, ita vt turmatim populi coguntur Inquisitores accire, requirere, ad proprias terras ducere: vbi vicini vicinas atq; cognatas, fratres sorores, filij matres, viri vxores, & econuersò viros quocunq; naturali vel accidentali fœdere coniunctos, & alias omnes accusant & tradunt in manus Inquisitorum, quas habent personas suspectas quod striges sint. Indies enim comperiunt multitudinem puerorum occidi: ita vt nec his, qui de domo sunt, parcant maledictæ illæ personæ: sed propriorum etiam filiorū natos,

cæterosq; nepotes, quinimò quinq; proprios filios (quod horrendum est etiam dictu) strigent & interficiant, sicut ex innumeris Inquisitorum processibus exploratissimum est. Illegitimorum etiam per hospitalia pars maxima moritur ista peste. Sed & strigatorum puerorum per singulas ciuitates, castra, villas & terras multitudinem inueniri peririque, probatione non eget. Licet etiam talium curentur plurimi, vel ab alijs strigibus (etenim strigarum quædam curare strigatos sciunt) à Diabolo magicas artes edoctæ, quædam verò nesciunt. Vel naturali etiam aliquando subsidio, vbi non perfectè strigati sunt pueri. Vel certè diuino auxilio impetrato parentum aut seruorum Dei orationibus & votis. Qui enim in huiusmodi maleficijs, & in alijs curandis obseruarent ea, quæ docet cap. Si per sortiarias. 23. q. 1. facilè per Dei misericordiam curarentur. Quod verò in argumento dicitur, nolle striges curari pueros quos inficiunt, verum est quidem, sed ei non est contrarium quod paulò antè dictum est, quasdam, inquam, striges curare pueros, &c. Licet enim quæ vastant pueros, nollent à se strigatos curari simpliciter: sæpe tamen timore maioris mali, dum scilicet suspicio de eis oritur quòd strigauerint aliquem: vel etiam spe maioris boni, dum scilicet sperant curationis præmium, vel alicuius magnæ personæ amicitiam & beneuolentiam: curant quandoq; quos ipsemet vastauerant, & quoscunq; alios: prout faciebat illa famosissima striges, quæ superioribus diebus Ferrariæ combusta est. Facilius autem si requirantur, eos curant qui non à se, sed ab alijs strigibus infecti sunt.

Et

Et in his Diabolus libenter cooperatur: quia per hoc plurimos deducit ad inferos. Omnes enim qui per strigum artes & incantationes, superstitionesqúe noxias, puerorum curam requirunt: vel ad hoc auxilio consilióve cooperantur, mortaliter peccant. Et sic Diabolus maledictarum harum personarum ministerio, omni ex parte Christianorum salutem tam corporalem quàm spiritualem, plurimum inualescit. Deum autem Opt. Max. innocentium mortem permittere is cognoscit non esse iniustum, qui attendit, ea omnia grauissima scelera, quæ suprà dicta sunt, eius iram vindictamq́ grauiter prouocare contra eos, qui proprio etiam non sunt obnoxij reatu, sed vel primorum, vel proximorum parentum peccatorum pœnas non iniustè luunt, vt superius extitit Cap. 10. *declaratum. Qui etiam considerat Deum mala maxima, damnaq́ spiritualia permisisse grauissima, vt præ cæteris fuerunt Angelorum & primi hominis casus, ne libero cuiquam arbitrio violentiam videretur inferre, non mirabitur, si mortem permittit innocentium de se puerorum: ne videlicet strigum & Dæmonum malitiam quasi violenter prohibeat: & præcipuè cùm idipsum ex alia parte iustitia illius deposcat, qui est Deus benedictus in secula seculorum. Amen.*

Finis quæstionis de strigibus editæ à Fratre Bartholomæo de Spina Pisano ordinis Prædicatorum, vitæ regularis.

Edita Anno Domini 1523.

R. P. F.

R. P. F. BART. SPIN IN PONZINIBIVM DE LAmijs Apologia prima.

PROOEMIVM.



Ompleto tractatu, quo nititur Aduersarius probare, quòd ad decisionem quæstionum Theologalium possunt leges induci, tanquam sumpta ex propria præsumptione licētia, aggreditur immediatè, se Theologis in Theologali quæstione de Lamijs opponere, atque conatur per rationes fultas authoritatibus Iuris, cunctis persuadere, non esse credendum tales personas ad vulgatum ludum, conuentumq; diabolicum corporaliter ferri. Sed eas omnes potius diabolicis ardibus deludi, vt credant se vigiles peragere, quæ tantum (vt ipse putat) intuentur in somnis. Soluit etiam post hæc rationes inductas ad probandum, quod realiter illuc deportentur à Diabolo, vel etiam per se corporaliter accedant. Et cùm de materia plenius pro modulo meo in præmisso disseruerim opere. De strigibus intitulato: non superest mihi, nisi primò rationes eius, quas in oppositum inducit in hoc suo tractatu recitatas, soluere. Secundò, quas inducit bonas rationes pro nostra vera conclusione, à suis impugnationibus defensare, ostendendo solutiones suas nullius esse roboris vel virtutis. Tertiò verò, quasdam suas conclusiones deductas ex præcedentibus reprobare. Proponit igitur primò

primò rationes septem ad probandum, quòd prædicta non verè fiant, vt præfertur, sed sint merè Diabolica illusiones. Quarum prima talis est.

CAPVT. I.

Ratio prima pariter & secunda ex his sumptæ, quòd dicta de strigibus nec probantur, nec fauent animabus, manifestantur contra veritatem infirmæ.

Facta non præsupponuntur, nisi reprobētur. l. in bello. §. captæ. ff. de c. post lim. reuer. &c. Sed ista quæ referuntur non constant neque probantur, vt infra dicam, ergo, &c. Solutio. Imò probantur omni modo probationis, tam, inquam, per sacras, quàm per Ethnicas literas: tam per scientiam reuelatam, quàm per naturalem: tam per leges & Canones, quàm per principia Philosophiæ, & per experientias, vt in præmisso opere nostro manifestum est. Et ad dicta tua infrà ponenda, infrà etiam respondebimus. Prima ratio. Solutio.

In dubijs debet amplecti pars fauens animabus, etiamsi sit durior. glo. in cap. Iuuenis. de sponsa. Sed negare talia esse vera, magis fauet animabus, quàm affirmare, ne fortè incurrant homines mala desideria velle huiusmodi experiri, &c. ergo, &c. Solutio. Imò affirmatiua prædicata cum debita execratione facti, fauet animabus, vt compertis per hæc insidijs Diaboli, facilius illas euitent: cognitoque quando maligni spiritus fidem Christi persequantur odio, fortius in ea confirmentur fideles: quia Diabolus non nisi veritatem & bonitatem persequitur. Fauet iterum fidei: quia ex ista cognitione curan- Secunda ratio talis est. Solutio.

curantur hi, qui labe ista infecti sunt, per directos Inquisitores, nisi curam renuant suscipere, vt obstinati, qui deprehensi, quòd sint vel iure præsumantur inimici fidei, damnantur, debitaq; animaduersione puniuntur, ne alios inficiant, impœnitentes, inquam, atq; relapsi. Præseruatur etiam communitas à malis multis, quæ solent ab hoc pestifero hominum genere causari dæmonum auxilio, siue in corpora, & maximè puerorum: siue in fruges, & in alia temporalia bona. Quòd autem ex veritatis huius affirmatione sequatur periculum mali desiderij, est per accidens, & vt in paucioribus. Non est autem omittenda veritas propter ea mala, quæ rarò & per accidens ex ea prædicata contingunt. Alioquin non esset prædicandum, quòd secundum regulam diuinæ prouidentiæ per Hieremiam Prophetam populis enunciatam Hier. 12. mali prosperantur in hac vita, boni verò semper sunt in angustijs: quandoquidem posset per accidēs contingere quempiam ob desiderium adipiscendæ prosperitatis, & fugiendæ paupertatis, aut cuiusuis angustiæ, velle fieri malum & impium. Nunquam autem talia vera affirmantur, quin etiam simul prædicentur & mala, quæ malis hominibus imminent ex malè actis: & bona, quæ pijs ac iustis ob patientiam & innocentiam repromittuntur. Vnde Hier. etiam vbi suprà paulo post subiungit de pœnis impiorum dicens: Congrega eos sicut oues ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis. Vsque quo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam inhabitantium in ea. Et infrà in eodem cap. dicit Dominus per Prophetam

contra

contra malos: Ecce ego euellam eos de terra sua, &c. Sic igitur ad propositum redeundo, cognita malitia Dæmonum, nec non multis delusionibus, quæ interueniunt factorum quoque fine præ oculis habito, visa etiam iustitia seuerissima, quæ contra tales fieri consueuit à malis auertūtur etiam hi qui fuissent maximè inclinati. Nisi autem hæc detegerentur & punirentur acerrimè, inualesceret secta ista maledicta mirum in modum. Et huic lubrico præbent oleum qui conantur probare, quòd hæc vera non sint: & ob hoc se Inquisitoribus opponunt. Sed si Inquisitores intrepidè fecerint officium suum, tales etiam, qui sic indirectè fautores hæreticorum sunt ita resipiscere facient, quòd de cætero proprijs studijs erunt contenti.

CAPIT. II.

Ratio tertia procedens ex narratorum minori verisimilitudine reprobatur.

Talia non sunt verisimilia, ergo sunt reputanda falsa: quia secundum Auer. experimenta verorum sermonum debent concordare cum rebus sensatis. Nec creditur testibus non verisimilia deponentibus, imò de falsitate suspecti sunt, vt not. in cap. quia verisimile non est. de præsumpt. So. Imò sunt maximè verisimilia quò ad intellectum, & quò ad sensum, vt oppositum non nisi ab ignorantibus & à proteruis asseuerari possit. Cognitio enim per intellectum quanta sit potentia Dæmonũ, & quanta malitia: quàm sæuum sit eorũ odium contra Christum, atque Christianos, quòd infinita sit etiam iustitia Dei & sapientia, qua multa magnaque in mundo

3. Ratio.

Solutio.

mundo permittit euenire, vt inde plura maioraq; bo per suam prouidentiam eliciat: cognoscet omnis bon per intellectum, quòd ista non solùm sunt factibilia, v rùm etiamsi affirmentur ab his qui se talia expert affirmant, sunt valdè verisimilia. Quòd autem non co tingant hæc in natura, neque per opera hominum sol nec etiam his similia, quò ad omnia, nullam tollit ve similitudinem veritatis, imò adauget, vt sicut Diabol tam natura, quàm arte longè superior est atque pote tior homine: ita opera quoque eius transcendant nat ralem hominum facultatem. Et velle metiri, quæ h minibus contingere possunt, ad ipsorum hominum vi tutis naturalis, vel naturalium agentium solam me suram, stolidi profectò hominis est, & superiorum ca sarum eminentiam, & nihilominus earundem collig tionem contingentem cum inferioribus, ignorantis. si argumentum hoc quicquam verisimilitudinis hab ret, iam ea, quæ narrantur per Christum & sanctos f cta miracula, falsitatis accusaret. Talia sunt auxili hi fauores, quos ignorantes afferunt sanctæ fidei Chr sti, dum se officialibus fidei opponunt cum suis hisce d risibilibus argutiunculis atque fabellis. Commentat autem Auer. loquitur de demonstrationibus natur lium, quæ videlicet apud intellectum non habent firm tatem, nisi concordent cum rebus sensatis, & ad eas fi vltima resolutio. Non autem loquitur de his, quæ [illegible] cursum naturæ possunt occurrere. Is etiam qui (vt po fidelis) ignorabat ea quæ nos per fidem cognoscim circa Dæmonum essentiam, potentiam, atq; malitian

no

non potuit de talibus effectibus plenã habere notitiam: vnde non erat in proposito contra veritatem inducendus. Et nihilominus satis etiam prædicta concordant cum rebus sensatis, puta, quòd quando plures vigilantes asserunt concorditer, hoc vel hoc se fecisse, aut quòd audierint vel per se viderint, ab alijs facta fuisse in cursu, nullus sapiens diceret hæc facta fuisse in somnis vel illusionibus, nisi recurratur ad specialem potentiam Dæmonis operantis supra communem modum in phantasia, quòd ex parte rei, quid maius est, & minus concordat cum rebus sensatis, quàm deferri hominem à Dæmone corporaliter. Vnde si hoc non est verisimile, minus illud. Nec haberet Dæmon plenè quod optat, casum, inquam hominum quantum potest grauißimum per peccatum: si tantùm delusoriè ista mala perpetrarentur, cùm nemo per se poßit in somnis incurrere peccatum, sed solùm per accidens. Hoc autem non est verisimile apud verè fideles, nisi naturali lumine mentis priuati sint, non attendentes malitiam & odium Dæmonis grauißimum in homines desæuire. Euentus etiam expertißimi, non verisimilitudinem tantùm, sed horum certitudinẽ præferunt, puta, cùm se homines à Dæmone deportatos inueniunt longius modico temporis spacio à loco distare, vbi prius resederant: quod non potest, nisi virtus, quæ superior est hominis virtute. Huius autem rei innumera referuntur etiam de facto proprio testimonia. Sed & modò per Patrem Inquisitorem Brixien. perpetuo carceri damnatus quidam exstat, qui fatetur cùm primum ob desperationem se, quoad vtrumque

 homi-

hominem Diabolo dedicasset (hoc enim primò expetun Dæmones ab infelicibus hisce personis) depórtatum s longius à loco fuisse per plures dietas: ibiqúe per tempu solatijs carnalibus cum multitudine magna virorum ac mulierum sociato, necessarium sibi fuisse postmo dum, multis diebus iter agere, vt ad locum suum reuer teretur. Neque enim illis adsunt Dæmones semper a vota, maximè in principio Apostasiæ. Non est hic hom fatuus aut idiota, vt non sit ei fides in hoc adhibenda quod ex nomine & gradu facilè comprobarem, si in a liorum quoque confusionem eius propalatio specialio non cederet. Est tamen benè nunc dispositus circa fidem Sed & alius quidam infelix de secta strigum, qui supe riori nunc brachio seculari traditus, igniq́; consumptu est Bononiæ, inter alia fassus est in processu, quòd seme dum ad cursum deferretur cum socru sua, contingi ipsum inter eundum, Iesus sanctißimum inuocare no men, timore percussus: & statim in medio luto se depo situm inuenit in loco à ciuitate distante per tres dietas in qua tamen ciuitate fuerat ante horam. Innumera biles horum attestationes in proceßibus Inquisitorum habentur. Sic igitur ex his liquidò constat omni ex par te ruere præmissum Aduersarij argumentum.

CAPVT. III.

Ratio quarta sumpta ex hoc, quòd ea, quæ nar rantur de strigibus dicuntur opere Dia boli perpetrari, solui tur.

Qua

QVæ fiunt arte Magica, vel Necromantica, vel Hydromantica, seu alia quacunqne arte Diabolica, dicuntur Phantastica, & non vera, 26. q. 5 ca. Nec mirum. Et multò magis cùm ista contingant in personis, quæ faciliter decipi possunt, prout sunt mulieres ac rustici viles'q; personæ. Item in personis corruptis circa fidem & bonos mores, & appetentes non appetenda: sicut sunt etiam vtentes illis artibus. Iura autem loquentia de aliquibus personis, habent etiam locum in nõ expressis, in quibus militat eadẽ ratio, vt habetur per Pan. in c. Nihil de elect. ergo, &c. So. Vtique quæ in illo capitulo recitantur, & quæ simili modo contingunt, phantastica sunt: & multa similiter contingunt in hac secta, vt dictum est in opere nostro de strigibus. Non sic tamen delatio corporalis, cùm etiam Necromantici hanc voluntariè à Dæmonibus patiantur, eam'q; per eosdem ꝓcurent in alijs fieri, vt præcipuè patet in legenda B. Iacobi Apostoli, & per ea, quæ specialiter referuntur tempore Petri de Abano & Cecchi Exculani scelestissimorum Necromanticorum facta non longè ante tempora nostra. Sed neq; semper effectus illarum artium phantasticè contingunt, vt optimè taxantur maleficia, causatæ infirmitates vt plurimum incurabiles: locutiones apparentium Dæmonum, inuentiones persæpe furtorum, iuxta ea quæ per Hydromantiam cognita sunt, & alia huiusmodi plurima. Verè enim & realiter ista contingunt, & nõ phantasticè, tametsi deceptiones fabricet deceptor in multis, vt explicatũ est in ꝓdicto opere, Et ꝙ aggrediatur diabolus magis simplices & rusticos

& mulieres, ex illius malitia procedit, vt per eos facil deceptos atque lucratos ob ignorantiam, facilius ind trahat astutos. Neque enim tam facilè Diabolo crede rent isti vel acquiescerent, nisi primò perdiscerent a his, qui talia experiuntur, quòd multis delitijs fruun tur ad vota. Sed proh dolor, his temporibus viri, qui vul gò reputantur alioquin prudentes, insanire circa tali reperiuntur, ciues, inquam, & nobiles diuersi generi quod posset ostendi si opus esset per processum Inquisito rum, imò quod pessimum est, nonnulli etiam qui ordi ne sacro sunt religiosi, tam seculares, quàm etiam (lice solo nomine & habitu) regulares. Et quòd sic inuale scat illa labes, potissima causa est quorundam iuris do ctorum persecutio, quibus principes, Theologiæ exper tes, facilè credunt, quasi sapientibus: licet in huiusmod satis rudes existant, vtpote Dei prouidentiam, Dæmo num potestatem atque malitiam, & pleraque ali Theologia, ad quæ præsens articulus reducitur, igno rantes, & implent allegationum legum copia foli quæ, & in pluribus non faciunt ad propositum, eò q pu ros actus humanos habent regulare leges humanæ: no autem Diabolicis colligatos possunt benè cognoscere: se solùm præsupposita cognitione superioris scientiæ, sa cræ, inquam, Theologiæ, possunt pœnas talibus determi nare conuenientes. Allegant & Doctores iuris simi nescientia laborantes, eò quòd talium notitia, ad eorum professionem non spectet. Quòd etiam hi, qui sunt d hac secta sint corrupti circa fidem & bonos mores, appetentes non appetenda, sicut sunt Necromantic

verum

verum est. Et propterea meritò debent sub iudicio patrum Inquisitorum debitas luere pœnas: & qui præstãt impedimentum, sunt fautores hæreticorum. Non tamen sequitur, quòd si Necromanticis accidunt delusiones & deceptiones, accidãt & istis eodem modo vel vniuersaliter. Non enim similia appetunt, nec similiter sunt corrupti, vnde nec similiter decipiuntur. Non enim illi vt isti tam expressè fidem negant atq; baptismum, &c. illi communiter laborant thesauros inuenire, vel ad vota fœminas inclinare: isti non nisi vt voluptatibus licentius & abundantius perfruantur, talia scelera cõmittere non verentur. Et hæc vna causarum est, quòd viles personæ multiplicantur in hac secta magis, quam nobiles & fœminæ priuatæ virorum per mundum peregrinantium & mercatorum solatio, magis quam aliæ. Magis enim hoc istæ modo voluptates inquirunt, quibus aliundè priuantur, qui talibus abundant domi. Non negamus autem & hos pariter in multis decipi, vt aliâs dictum est. Non tamen propter hoc debet eorum testimonium in iudicio repelli. Neque enim propter prædictas contingentes quandoque deceptiones repelleretur horum testimonium, si deponerent super crimine læsæ maiestatis humanæ etiam tempore cursus admisso, vt puta si conuenissent aliqui ciues, dum actualiter essent in cursu, vel in ludo illo diabolico, de Principe occidendo, vel tradenda hostibus ciuitate, credo quòd tunc Doctores, Legistæ, Duce etiam nostro Aduersario, consulerent eos omnes esse torquendos: & si faterentur crimen, crudeli nece plectendos. Sed de crimine læsæ maiestatis di-

uinæ identidem commisso quod omnium grauissimum est, ca. Vergentes, de hæret. eorum fortè quidam parum curarent, & Aduersarius nihil, vt videtur.

CAP. IIII.

Ratio quinta ex hoc sumpta, quòd quæ facta narrantur à strigibus, in spiritu, & non in corpore fiunt, deijcitur.

QVarto loco sic arguit Aduersarius. Hæc omnia fiunt in spiritu, & non in corpore, etiam quò ad transitum per multa terrarum spacia, & quò ad multitudinem hominũ qui conuenire dicuntur, 26. q. 5. c. Episcopi, ergo, &c. Quòd si dicatur, quòd hæc non est illa secta de qua loquitur capitulum illud, saltem est ei similis: & quæ in ista fieri narrantur, similia sunt illis, quæ per illam fieri credebantur. Porrò capitulum illud damnat omnes non solùm credentes illa, quæ ibi narrantur fieri in corpore, sed etiam eis similia, cuiusmodi non negantur esse ista, saltem quò ad transitum prædictum etiam super apparentes bestias, quò ad apparentiam vnius principis, & quò ad conuentum multitudinis, &c. Non licet autem à dispositione textus huius per sophisticas argumentationes recedere 16. quæst. 1. cap. Institutiones, quia quicunque scripturam sacrosanctam aliter intelligit, quàm sensus Spiritus sancti flagitat, à quo conscripta est: licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest: 24. quæstio. 3. cap. Quidam. in fin. So. Hoc capitulum malè intellectum à Iuristis, quatenus hæc quæ ad Theologiam pertinent, pertractat,

tractat, est causa illorum ruinæ putantium, eò quòd in corpore iuris canonici redactum est, posse proprium sensum circa illud ita prodere, vt etiam Theologorum communi sensui se opponant. Sed ad Iuristas non pertinet de eo quicquam cognoscere, nisi quòd si aliquæ personæ inueniantur, ea, quæ ibi principaliter reprobantur facere vel pati, vel credere fieri vel contingere, debent infideles reputari, & hæreticorum pœna puniri. Sed quomodo in talibus quæ narrãtur, & in quibus inueniatur heresis, vel non inueniatur, ipsi iudicare nõ possunt, nisi simul sint & Theologi, quorum est proprium de fide disserere, & consequenter de suo contrario videlicet de infidelitate, & de omnib. speciebus eius videlicet Apostasia à fide, hæresi & simplici infidelitate. Oppositorum est enim eadem disciplina. Sacri autem Theologi determinant non esse hæreticum, tenere talia quæ narrantur de strigibus esse vera, prout per ipsos Inquisitores iudicatur. Et cùm his omnibus saluant dictum capitulum, concordantes intentionem eius cum verbis. Vnde præsumptuosus est valde quicunque purus Iurista, Theologorum in hoc scientiæ se opponens, non minus quàm si minister iustitiæ iudici se opponeret, efferens non iustè damnatos, quos ille reos mortis esse determinauit, causam cognoscens, quam minister ignorat esse dignam morte. Licet autem in nostro præfato opere sit obiectioni huic plenius satisfactum ex doctrina Theologorum cuncta deducente: nec non à clarissimo Præceptore meo tam in summa, quàm in opere de strigilamijs: ab authoribus quoque libri, qui Malleus Maleficarum

inscribitur: nihilominus pro pleniori satisfactione fact[a] huiusce præsentis obiectionis contra opportuna hunc ho[minem] in exponendo capitulum illud etiam hoc in loc[o] deducam.

CAPIT. V.

Ex authoritate Apostoli in d. cap. Episcopi indu[cta], habetur delationem corporalem ad longin[quas] partes, & inaccessibiles humana virtute, supernaturaliter esse possibilem.

PRimò igitur dicendum est, quòd quantum ad explo[ditionem] sensus, quem habet hic homo super illu[d] capitulum, multum valet, quod ex eodem capitulo ha[betur]: hoc, inquam, quòd dicere talia quò ad delationem corpoream de loco ad locum, non posse fieri in corpore, contradicit illi capitulo, & authoritati Apostoli in eodem inductæ, iuxta sensum, quem habet in ea Aduersarius (qui tamen non est intentus ab Apostolo, vt alibi dictum est, & infrà etiam replicabitur.) Præsupponi[t] enim authoritas illa (prout putat Aduersarius) Paulum potuisse deferri etiam vsq; ad tertium cœlum corporaliter. Aliâs secundum eum Apostolus non dixisset: Nescio an in corpore vel extra corpus, &c. sed potius dixisset: Scio quòd non in corpore, sed extra corpus, &c. quia in corpore est impossibile, nisi fortè Aduersarius glorietur ea se cognoscere, quæ circa talia reuelata, putet Apostolum ignorasse. Quòd si dixerit Aduersarius in illo capitulo, vel per illam authoritatem non haberi, quòd possint Dæmones deferre homines corporaliter de

loco

loco ad locum, &c. si sciret naturalem Dæmonum virtutem, & quæ per eosdē facta sunt, scriptura teste, consideraret, & nollet suo paruo intellectu Dei sapientiam infinitam metiri, scrutariq; maiestatem, vt imprudenter iudicet, Deum talia non debere, aut (quod scelestius est) non posse mala permittere, perfectò taceret. Voluit autem per inducta exempla circa Paulum & Ezechielem capitulum illud docere, quòd poßibile est aliquid apparere, non in corpore, sed in spiritu, & in somnis: vt hoc supposito determinaret illa quæ narrantur ibi quatenus fidem tangunt, esse falsißima.

CAPIT. VI.

Quatuor principaliter esse falsa prodere Concilium intendit in d.c. Episcopi.

Secundò dicendum, quòd duo sunt falsa & hæretica, quæ principaliter narrantur in illo capitulo. Primum quòd vera esset Dea, qua apparebat in forma Dianæ. Sic enim iuxta errores gentilium aliquid numinis putaretur extra vnum Deum, & consequenter pluralitas Deorum astrueretur. Secundum est, quòd homines conuerterentur in Deos: quia tam Herodiam, quàm Dianam prius fuisse fœminas ab omnibus credebatur, & in Deas postmodum esse conuersas. His autem, duo alia falsa & hæretica cōnectebantur. Primum est, quia putabant hæc fieri à bono spiritu. Deos enim putabant bonos esse spiritus ipsi gentiles, quod ideo est hæreticum: quia qui putabantur Dij, multas deceptiones faciebāt, & in multis deprehendebantur esse mendaces atque maligni. Hoc autem Deo & sanctis spiritibus conuenire 5. Ratio.

non potest. Secundum est, quod se vocari credebant ad seruiendum, & obsequendum numinibus illis. Cætera verò in capitulo introducuntur quidem vt ordo narrationis eorum quæ de mulieribus dicebãtur, perfectè haberetur, non autem vt impoßibilia censerentur aut declararentur, nisi quatenus erant prædictis coniuncta quæ verò impoßibilia sunt: & illa credere, constituunt infidelem. Et propter hoc capitulum illud in fine concludens, non reassumit cuncta, quæ narrauerat, quando sententiam damnationis pronunciat: sed ea tantùm execrando, quæ principaliter intendebat, quasi diffinitiuè determinans, dicit. Quisquis ergo credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius, aut transformari in aliam speciem, aut in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, infidelis est, & infideli deterior. hæc ibi. In hac autem determinatione clauditur, quòd homines non possunt conuerti in Deos: & consequenter hoc sublato, non sequi pluralitatem Deorum, quam suprà in eodem capitulo ostenderat ex narratione illarum muliercularum inferri. Et tantum propter hanc opinatam Deorũ pluralitatem declarauerat eas à recta fide deuiare, & errore paganorum inuolui: & nõ ꝓpter alia quæ prænarrauerat. Illam enim solam rationem aßignauit, quare, inquam, errore paganorum diceret eas inuolui, subdens: cùm aliquid diuinitatis, &c. Similiter quando circa finẽ dicit, ꝙ qui talia credit & his similia, fidem perdit, & cæt. ne fortè quis putaret intelligẽdum hoc esse de omnibus quæ præmiserat, subiungit: Quisquis ergo

ergo, &c. quaſi dicat, qui hoc & quod in eo includitur, prout ſuprà explicatum eſt credit, infidelis eſt, & pagano deterior, ex hoc aūt dicitur pagano deterior, q̃a prius erat p̱ fidē illuminatus: q̄ paganus adhuc non habuit. Impoßibile eſt.n.ēt per Dei potentiam, q̄ in verum Deum hoĩes conuertātur. Et illius tantùm potentiæ ſubditur, homines Deos facere, ſecūdm denominationē tantùm & ſimilitudinem ſic dictos, hoc eſt, in ſupernas intelligentias transformando, quæ curam horum inferiorum etiam vniuerſalem habere videntur. Ab vniuerſali quippe rerum prouiſione, nomen ſumitur Deitatis, ſecundum Dionyſium duodecimo capit. de diuinis nominibus, quamuis etiam paganorum plurimi non putarent Deos omnes eſſe incorporeos, ſed eorum plures in ſimilitudinem hominum corporeos, ſolaq̃, poteſtate diuerſos autumarent, vt etiam narratio capituli huius prætendit. Intelligitur autem nō poſſe creaturam vnam in aliam transformari, niſi per Dei potentiam quātum ad transformationem ſubſtantialē nulla concomitante corruptione. Sic.n. propriè cōuerſio ſolùm dicitur. Quòd enim vna creatura per ſui corruptionē, & nouam generationem mutetur in aliam, dummodo communicēt in materia, non eſt impoßibile in natura. Eadem quippe materia, quæ prius fuit ſub forma aſini, poteſt eſſe poſtea ſub forma bouis, & diceretur (licet impropriè) aſinus mutatus in bouem. Quo ēt modo non pōt quicquam in cœlum, cœleſtesq́ue creaturas mutari, & minus in Deū: quia hæc ſunt generabilia aut corruptibilia. Quòd verò vna ſpecies, puta, vnus homo mutetur in aliam, ita quòd

quòd conuertatur in illam, puta, in catum, non medi generatione: hoc est, soli Deo possibile, vt dictum est. D his autem transformationibus, & conuersionibus, qui bus tota vna substantia creata in aliam totam vel me liorem, vel deteriorem conuertitur, intendit capitulum Et in hoc errabant pagani, putantes homines mutari i bestias, sicut extimarũt sociorũ Diomedis alios quiden in aues, alios verò in lupos esse conuersos, & sic in dete rius transformationem esse sortitos. Et aliquos homine in melius esse mutatos, puta, in deos, vt dictũ est. Nõ lo quitur autẽ capitulum de mutatione accidẽtali, puta, d sano in infirmũ, de calido in frigidũ, &c. Has. n. muta tiones nõ solùm Deũ, sed ẽt creaturas posse causare, nul lus dubitat. Vnde capitulũ, vt has excludat, dicit in ali speciẽ, hoc est, in aliã naturam specificã: licet fortè no intelligatur ẽt esse alia res secundũ speciẽ, sed solùm se cundũ indiuiduũ in eadẽ specie, puta, si vnus homo con uerteretur in aliã hominẽ: quod solus Deus facere posset Potest ẽt hoc, quod dicit, aliã speciẽ, interpretari aliã figu ram, hæc. n. eò quod signũ propriũ speciei sit, ẽt species no minatur. Videmus. n. oĩa, quæ diuersa sunt secundũ spe ciẽ in corporalibus, esse quoque diuersa secundũ figuram Vnde postea subdit: Vel in aliam similitudinem, quæ vi delicet prouenit ex diuersitate figuræ. Neque. n. potest Dæmon etiam facere, quòd aliqua creatura vnius spe ciei habeat figuram alterius, puta, quòd homo habea figuram asini, vt per hoc vel sit asinus, vel similis asino Potest tamen facere quòd homo appareat asinus, ve alia bestia, non per mutationem factã in oculis intuen-

tium

tium, vt ſæpius dictum eſt in præfato noſtro opuſculo de ſtrigibus.

CAPIT. VII.

Cætera quæ in capitulo illo referuntur falſa quidem, ſed non impoſsibilia etiam Dæmoni plura cenſentur.

Tertiò dicendum eſt, quòd alia quæ in illo capitulo narrantur, puta, de delatione corporali ſuper beſtias, id eſt, ſuper Dæmones in formas beſtiales ſe transfigurantes per multa terrarũ ſpacia: de viſione multitudinis hominum, illarum ẽt Dominarum, de quib. ibi fit mentio, deq́; obſequijs eiſdem exhibitis, dicũtur quidem eſſe falſa, nec verè contigiſſe, ſed in ſomnis & in ſpiritu, tempore illo & mulieribus illis: ſed non dicitur ibi, nec eſt verũ, quòd ſint impoſsibilia Dæmoni, aut qui credit hæc poſſe fieri à Dæmone ſit infidelis, quia nõ iſta repetit, qñ concluſionem infert dicens. Quiſquis ergo, &c. nec in ipſa illata concluſione clauduntur: ſed neq; in ratione, qua mulieres illæ & oẽs eis credentes damnãtur, quòd à recta fide deuiarẽt, & errore paganorum inuoluerentur, vt patet ex verbis capituli. In opuſculo ẽt noſtro declaratũ eſt per ſacram ſcripturã ſanctosq́; Doctores, multa talia poſſe fieri virtute Dæmonũ. Vnde ſequitur, q̃ ſi ſic intelligeretur capitulũ illud, vt iſti viri ſentiunt & exponunt, eſſet periculoſum in fide, ſicut & iſti periculoſè loquũtur, dũ dicunt talia nõ poſſe corporaliter accidere, & reclamãdum eſſet contra tale cõcilium, ẽt ſi generale fuiſſet ad Pontificem, ad cuius ſentẽtiam, cùm ſit caput Eccleſiæ & cõcilij, pendet cuiuſlibet cauſa

fidei

*fidei determinatio, vt benè examinaretur, beneq́; exp
neretur, & declararetur intentio Spiritus sancti in ill
& non malè sentientiũ: sicut & isti homines cõpescen
sunt per Inquisitores, vt melius loquantur in ista mat
ria, q̃ facit Aduersarius. Exponenda est autem intenti
Spiritus sancti in capitulo illo contenta conformiter a
sacras literas, & non contra eas. Perspiciendũ quoq́; est
quòd non habetur ex authoritatibus sacræ scripturæ i
eo inductis, quòd prædicta nõ poßint per Dæmones fieri
Sed determinat capitulũ illud diuinitus inspiratis San
ctis patribus, quòd talia de facto falsa tunc fuerunt: qu
mulieres illæ, quasi verè cõtigerint, referebant, & quo
modo deludebantur ostendit: quia, inquit, putabant i
corpore fieri, quæ in somnis, vel solo spiritu contuebãtur
& ostendit poßibilitatem talis delusionis ex quotidian
experientia, qua multa videntur in somnis, quæ in vigi-
lia nunquã sunt visa, vt facilè poßit inferri, quod si hæc
per resolutionem vaporum ascendentium ad cerebrum
possunt à natura causari, cõmouendo species imagina-
tionis, multò magis virtute Dæmonum, cui corporalia
oĩa inferiora, quò ad motum localẽ subijciuntur ad nu-
tum. Potest. n. in imaginatione ẽt melius & fixius de-
terminare species, vt hæc vel illa magis determinatè re-
præsentet, prout vult, vt videnti, seu imaginanti magis
appareat, ꝙ vera sint, quàm in somnis cõtingat, vel alio
modo infra declarando, sic spiritualiter deludere, quòd
oĩo putarent sic euenisse, sicut apparebat. Probat autem
dictum capitulum per exempla sacræ scripturæ, tam in
Paulo, q̃ Ezechiele, quòd alia visio ab ea, quæ per oculos*

corpo-

corporeos exercetur, haberi poßit, siue per imaginationem, vt in Ezech. siue per intellectum, vt in Paulo. Non est aũt intelligendum verbum Apostoli, quòd ipse nesciret, an videret in corpore, id est, per oculos corporales, quæ vidit in raptu, aut nesciret, quòd non esset raptus corporaliter in paradisum. Hunc enim sensum falsum & erroneum habebat quidam Iudæus, vt refert Diuus Hieronym. in prologo super Danielem, quem sensum reprobat Diuus Aug. super Gen. ad literam, sed vt Aug. ibi exponit, nesciebat an anima sua esset pro tũc in corpore, vel certè separata, vt approbat ẽt S. Thom. verit. q. 13. art. 5. & 2. 2. q. 175. art. 6. Potuit enim vtroq; modo se habens Paulus rapi, vt determinant sancti Doctores: sed nescitur quomodo factum id fuerit. Communis tamen opinio Doctorum est, quòd anima per essentiam esset in corpore, & corpus in domo Iudæ, vbi inuenit eum Ananias, vt dicitur Act. 9. Sed tam somniantes quàm prædicto modo imaginariè vel intellectualiter videntes, cognoscunt postmodum cùm in se sunt reuersi, quòd prius corporeis sensibus talia non videbant: & quod alius est eorum status in vigilia, & alius dum sunt in tali abstractione vel raptu. Et quòd quæ vident vigilantes, vera sunt: quæ verò dormientes vel in raptu, sunt vel falsa sicut in somnis visa, vel similitudines falsorum, vt in pluribus, vt in visione imaginaria à malo spiritu causata & excitata: vel similitudines verorum, sicut in visione imaginaria causata à bono spiritu: vel certè etiam vera, sed intellectualia: sicut quæ videntur supernaturaliter per intellectum visione causata à Deo.

Pluri-

CAPVT. VIII.

Pluribus modis contigit aliquid in spiritu cognosci.

Sed quia scelerata illæ mulieres astruebant postm dum in vigilia, quòd ista sibi verè contingerent q narrabant, non poterant secundum prædictos mod in spiritu talia videre. Et propterea sciendum est qua tò, quòd dupliciter potest aliquid dici, cognosci in sp ritu. Vno modo ex parte subiecti, quia videlicet i qui videt, per potentiam vel simpliciter, vel aliquo m do spiritualem videt, & non per corporeos oculos. hoc contingit prædictis duobus modis, videlicet per v sionem intellectualem, & per imaginariam. Inte tectus enim vis animæ simpliciter spiritualis est. M nus autem imaginatiua, quæ corporeo organo op habet in suis operibus, quæ tamen primo termina tur ad speciem sine materia naturali, res corpore repræsentantes: non autem ad corpora ipsa vel corp rea vt in se sunt, sicut faciunt sensus exteriores v cum sensu communi. Alio modo aliquid dicitur cogn sci in spiritu ex parte obiecti, quia videlicet id, qu cognoscitur, est vel simpliciter, vel aliquo modo r spiritualis. Ea consequenter hoc etiam contingit du bus modis: Vno modo, quia id, quod videtur, in se qu dem est quoddam spirituale, sed apparet corporalib oculis vt corporeum, quomodo Dæmones & anim separatæ quandoque apparent in similitudinem hom num, tam in somnis, vel abstractione sensuum, quàm in vigilia. Et in abstractione sensuum fit per speciale

apta

ptationem ſpecierum in phantaſia opere ipſius ſub-
ſtantiæ ſeparatæ. In vigilia verò per virtutem eiuſ-
dem ſpiritualis creaturæ condenſando aërem in for-
mas corporeas & viſibiles, etiam in nocte quandoq;,
luce cauſata per aliquod lucidum corpus virtute ſu-
pernaturali ſimiliter apportatum: licet non ſemper
tale corpus luminoſum appareat, ſed ſolum lumen
eius, operante ſic eadem virtute naturæ ſpiritualis
pro voto. Et hoc modo mulieres illæ ſceleratiſſimæ vi-
debant in ſpiritu Diabolum in forma Dianæ, vel He-
rodiadis, vel etiam aliarum perſonarum. Alio modo,
quia id quod videtur, eſt in ſe quoddam corporeum,
& vt corporeum videtur, ſed non talis figuræ, vel for-
mæ qualis in ſe eſt, ſed alterius. Quo fit, vt non illa res
quæ eſt, ſed alia videatur. Quod contingit commu-
niter fieri non per bonos ſpiritus, ſed opere Dæmo-
num, eò, quòd tales viſiones ſint communiter dece-
ptoriæ. Poſſunt tamen & à bono ſpiritu fieri talia,
bona intentione rectoq́ue fine pro Dei voluntate. Sic-
ut beatus etiam Clemens Papa ſuis orationibus im-
petrauit, vt in oculis Siſinij miniſtrorumq́ue eius,
columna videretur eſſe perſona Pontificis, quam li-
garent, & traherent: quod miniſterio bonorum An-
gelorum factum eſſe, non eſt dubitandum. Fiunt
autem hæc in oculis intuentium, perſtringendo tali-
terq́ue alterando oculos illos, vt aliter res appareat,
quàm in ſe ſit. Et hac ratione viſio hæc præſtigium
nominatur. Quo etiam modo Dæmones tempore beati
Macharij præſtigiabant oculos intuentium quan-

dam mulierem, ita vt videretur eis equa esse, non mu
lier, oculos verò B. Macharij præstigiare non valu
runt, sed semper sibi visa est esse mulier, non equ
quam tamen sibi cognati mulieris præsentabant c
randam, vt equam. A qua etiam delusione, vir D
precibus liberauit eosdem cognatos. Hoc igitur m
do etiam mulieres illæ, de quibus in d. c. Episcopi. se
mo fit, Diaboli iam factæ captiuæ, ab eodem delud
bantur, vt videretur eis etiam vigilantibus vide
multa, quæ non eo modo erant, quo videbatur ab i
lis. Vnde non mirum, si se putabant esse quandoq
in loco vbi non erant: portari etiam ad diuersas pa
tes & regiones, cum domi fortè residebant quand
que immobiles. Sicut enim potest Dæmon per præst
gium facere, quod videatur id quod est coleratu
vno colore, esse coloratum alio, & quod est vnius f
guræ, esse alterius, vt patet in supradicto exemplo
muliere, quæ videbatur equa: ita potest per præsti
gium facere, quod aliquis sibi videatur moueri v
deportari, qui tamen quiescet. Sicut enim color e
proprium visus obiectum, ita figura motus & quie
communia sunt, vt docet Philosophus secundo de an
ma. Volens igitur d. cap. Episcopi. ostendere, quod ill
mulieres decipiebantur, dum putabant per ocu
los corporeos naturaliter videre, quod tamen no
verè videbant, patefacit, plures esse videndi modos
quibus illæ poterant delusione Diaboli dementari
quia contingit aliquid videri aliter quàm sit ta
in somnis, vt experimur, quàm in visu, scilicet inte-
riori

riori per formas imaginarias vel etiam intellectuales, quàm etiam in spiritu prædictis duobus modis extremis. Quorum illum qui est ad rem in se penitus spiritualem, expreßit per Apostoli authoritatem, qua dicit, Angelum Sathanæ transfigurare se in Angelum lucis. Eos verò modos, qui per imaginationem vt diximus, vel per intellectum perficiuntur, exemplis inductis de Ezech. & Paulo manifestauit.

CAPVT IX.

Applicatio prædictorum ad præsentem de strigibus considerationem.

QVod si quispiam ex dictis arguat, quod pari modo potest conformiter ad capitulum illud concludi, quod hi, qui sunt de secta strigum decipiantur à Diabolo, putantes se portari ad longinquas partes, & multitudinem personarum videre, quas asserunt conuenire cum domina ludi: comedere, bibere, luxuriari, & alia, quæ narrantur facere: & tamen ista non nisi præstigiose vel apparitione Dæmonum eis contingant: Respondetur: quod, Diabolum sic posse mulieres istas decipere, sicut illas tunc deludebat, non est negandum. Sed quod non sic deludantur, quo ad multa, quæ ob eis enarrantur, ex duobus perpenditur. Primum est euentus, quod ad corporalem delationem ad longinquas partes, eò, quod plures personæ longius deportatæ, & in loco distanti derelictæ feruntur clarißimis & multiplicibus testimonijs. Multotiens etiam visa est multitudo sic

ludentium ab alijs, qui non erant in illa societate, & cum eisdem sermo habitus, vt per exempla etiam vi-uentium ostendimus in præfato opere. Sed & in agr Brix. (vt fertur) accidit diebus nostris, quendam i loco eminentiori positum nocte videre confusa luc multitudinem velocißimè per viam inferius ambu-lare: in qua cognouit plures personas, & ab eis co-gnitus fuit. Sed præ timore insoliti, ac præternatu-ralis illius occursus, nihil eis locutus est. Postera ve-rò die, vna mulierum illarum currentium ei dixit: Hac nocte fuisti in magno periculo, quando illo in lo-co nos vidisti currentes: caue ne de cætero tali hor ibi inueniaris. Hoc autem non potuisset saluari sic vt præfertur, euenisse, quod videlicet recordarentur & conuenirent in talis rei notitia, si non verè ibi ambo fuissent, nisi fortè dicatur, quod omnes homi-nes pariter deludantur & somnient: & quod semper Diabolus sit intentus phantasmata hominum trans-formare, vt conueniant in imaginationibus rerum, quas putant insimul experiri. Quod asserere non ni-si delirantis hominis est. Secundum est diuersa ver-suti hostis decipiendi ratio, vel causa. Nam mulie-res illas, de quibus d. c. Episcopi. loquitur, ad hoc so-lum deducere volebat, vt putarent Dianam, vel et-iam Herodiadem esse deas: & consequenter infideli-tate & erroribus paganorum illas inuolueret, quod esset aliquid veri numinis, præter Deum viuum ve-rum, opinari. Quod quidem facere poterat, & me-lius decipiendo eas per præstigium & apparitiones

diabo-

diabolicas, quo minus perpenderent se decipi, quo vigilare se cognoscebant, quàm per imaginarias visiones, aut insomnis, & quàm etiam per realem delationem. Sat enim illi erat, loca quasi distantia præsentare, in quibus multitudo & societas magna videretur, apparente Diabolo prætendentéque personarum figuram, vt suprà dictum est: vt sic facilius sibi ipsis singulæ persuaderent veram esse deam, cui tot personæ obsequerentur vt Deæ: cultuq; illam diuino persequerentur. Has autem personas, de quibus nunc sermo est, inclinare Diabolus laborat, vt per voluptates corporeas sic eas sibi constringat amore, vt non timeant, aut vereantur fidem Christi, atque baptismū abnegare, ne tot oblectationibus priuentur, & demum multis subijciant, infligendis pœnis, vt suprà in opere nostro, prolixo sermone declaratum est. Vnde veras & non præstigiosas delectationes, tam cum dæmonibus in forma tamen humana apparentibus, quàm cum hominibus ad ludum pariter deportatis ministrat, quod non tam facilè posset & ad manum, nisi eos corporaliter vno in loco cogeret. Et quia per se non possent tot ex tanta distantia, aut tam citò conuenire, portat eas. Pro qua illa delatione consequenda exhibent obsequia sacrilegia vnguentorum, & aliorum signorum, quæ ad pacta fœderis iniqui pertinent inter ipsas & dæmones, vt ex omni parte ipsarum animas illaqueatas teneant. Patet igitur, quod non est similis ratio vtriusq; casus. Et propterea nulli mirum esse debet, si non potest ab his, vt à similibus

argumentum trahi. Detecta quippe cum esset malitia dæmonum in prima illa delusione per vigilantiam sanctorum Episcoporum & sacerdotum, manum ad fortiora Diabolus misit, & apertè se Christi hostem patefaciens, auertere ab eo conatur fideles ipsos per exhibitionem & procurationem delectabilium. Adeoq; nunc inualuit ista pestis, vt dixerit in quadam concione Diabolus, qui in forma Principis apparebat (vt retulerunt qui affuerant nonnulli ab Inquisitore deprehensi) Sitis omnes bono animo: Neque enim elabentur anni multi, quòd numero superabitis Christi fideles. Quod optimè Diabolus obtinet suffragio Aduersarij, sibiq; similium, qui se patribus Inquisitoribus opponunt, dicentes hæc esse deliramenta, sicqúe scelestis his apostatis fauent, & in hæresibus suis indirectè confirmant. Nisi enim præpedirentur patres Inquisitores horum molestijs, quorum sæpè principes tanquam sapientum suasionibus inclinati, denegant auxilia Inquisitionis officio debita: iam eorundem feruentium Inquisitorum zelo secta hæc esset penitus deleta, vel certè extra fines Christicolarum procul fugata, sicut omnes alij hæretici, quorum occidentalis omnis plaga Christicolarum plena erat, ex Italiæ finibus expulsi sunt, opera strenuissimorum sequentium vestigia fortissimorum Principum, atque Ducum, præ cæteris Patriarchæ Dominici, qui primus in partibus Tholosanis, & Albigentium sanctissimo hoc officio functus est, & victorissimi athletæ Petri Martyris primi Inquisitoris in Italia, super infu-

sa

sa postmodum luce clarißimæ ac profundißimæ doctrinæ præ alijs angelici Doctoris S. Thom. de Aquino, qua omnis hæreticorum infestatio tenebræq; penitus abolitæ sunt.

CAPVT X.

Rursus in solo spiritu aliqua fieri contingit duobus modis, quorum vnum d. c. Episcop. tantum prosequitur.

Sciendum est quintò, pro clariori etiam explanatione prædicti capituli, quod aliqua contingere in solo Spiritu, potest intelligi duobus modis. Vno modo, quia nullatenus fiant in corpore vigilando, sicut ea, quæ accidunt in somnis tantummodo, & quæ sola imaginatione vel ecstasi videntur fieri. Alio modo, quia licet aliqualiter fiant in vigilia, non tamen fiunt naturaliter tantum in plena vigilia, sed semper aliquid interuenit opere Diaboli confictum modis suprà declaratis, scilicet, vel per præstigium, vel etiam per Dæmonum apparitionem in corporibus assumptis. Verbum ergo prædicti cap. quo dicit, ea, quæ ibi narrauit, quod intelligenda sunt in solo spiritu, aut in somnis facta, intendit hoc secundo modo, nō autem primo. Quod quidem probatur primò, quia primo modo non potuisset sic eas deludere, vt vigilantes postea putarent se solutis sensib. fecisse, quæ in somnis vel ecstasi, seu in raptu tantū per visionem, scilicet imaginariam acciderunt. Cognoscūt enim naturaliter homines dū vigilant differentiam status vigiliæ atque somnij ecstasica,

stasicæ, & corporeæ visionis. Nam differentiam inter vigiliam & summum, nullus est, qui se cognoscere non experiatur. Cui etiam cognitioni ratio suffragatur. Nam cùm idem sit sensus somni & vigiliæ secundum Philosophum in libro de somno & vigilia, sicut vniuersaliter omnium contrariorum est eadem cognitio, & nulla sit certior cognitio apud nos, quàm sensus exterioris circa propria sensibilia, vt habetur secundo de Anima, propter quod etiam circa hæc non contingit sensum errare, sequitur quod quilibet certißimè cognoscat differentiam status, quando vtitur sensibus corporeis ab omni statu, quo eis non vtitur, siue dormiat, siue quomodolibet extra se fiat, si tamen sit sanus corpore. Differentiam quoque status, dum quis patitur, vel non patitur, ecstasim, dubium non est, quin eadem ratione cognoscant, qui talia patiuntur. Vnde etiam Ezechiel cognouit differentiam status, de quo dixit se fuisse in visu Ierusalem, seu in spiritu, à statu plenæ vigiliæ, quando hoc referebat. Et quando sic fuerat in spiritu, non est putandum, quod crederet se esse tunc in corpore in Ierusalem, deceptus enim fuisset: quod non est concedendum vllatenus in Propheta Domini. Mulieres autem illæ putabant se transferri corporaliter: perficere quoque vigilantes quæcunque narrabant, & dum essent postmodum in plena vigilia, hoc ipsum verè factum prædicabant: vnde facilè patet, quod non simpliciter in somnis, aut in raptu eis hæc contingebant. Secundò etiam probatur hoc idem, quia

sica-

si capitulum vellet, quod illæ mulieres deluderentur, & in somnis, & in Spiritu simul, hoc esset impoßibile, nisi ad modum quo Angelus apparuit in somnis Ioseph, aut etiam Petro ecstasim passo, & tunc optimè cognouissent mulieres illæ, quòd visio fuisset solùm imaginaria sicut illi cognouerunt. Si verò capitulum intenderet, quod hoc accidisset vel in somnis tantum, vel in spiritu tantum, tunc falsum poneret capitulum, dum secundum istos opinantes vtrunque modum delusionis astruit interuenisse. Si verè mulieres quasdam intenderet in spiritu, vel raptu delusas, quasdam verò tantum in somnis, tunc qualibet per se cognouissent in vigilia demum posita differentiam status, vt dictum est. Vnde exponendum est, quod d. cap. tantum voluit innuere per hos duos modos magis notos in scriptura, modum in genere, quo aliquibus videatur verè aliquid fieri, quod tamen verè non fit. Sub quo generali modo, non nisi duobus his specialibus modis, videlicet per præstigium vel apparitionem spirituum in corporibus assumptis contingit homines sic posse deludi, vt putent in plena vigilia constituti, sic sires habuisse, sicut eis videbatur, dum deluderentur. Et sic habetur sensus Spiritus sancti in illo capitulo: quia hic sensus solus est verus, vt deductum est. Veritatis autem & non falsitatis author est Spiritus sanctus. Non est autem generalis etiam concilij determinatio, tam exactè necessitatis fidei vel authoritatis, vt verba eius, quæ obscuritatem habent, & falsa magis videntur quàm ve-

ra, non suscipiant expositionem, qua trahantur ad sensum verum, quandoquidem sacra etiam scriptura, quæ maioris est authoritatis, interptari possit. Cùm ergo possibilitas delationis corporalis hominum à Dæmone, habeatur potius ex sacris literis, quàm oppositum: quinimò lumine naturali cognoscatur, vt sæpius in superioribus est deductum, etiamsi cōcilium aliquod asserat tale quid pro aliquo tempore, vel aliquibus determinatis personis, non contigisse, non propterea putandum est esse determinatum, quòd id sit impossibile factu.

CAPVT XI.

Non determinatur in dict. cap. Episcopi. esse impossibile illa fieri corporaliter, quæ quandoque contingunt in somnis.

SCiendum est vltimò, pro eo. cap. declarando, quod in eo non determinatur esse impossibile talia omnia fieri corporaliter, vt ignoranter putat Aduersarius. Nam quod dicit (Cùm mentem cuiuscunque mulieris cœperit, & hanc per infidelitatem sibi subiugauerit, illicò transformat se in diuersas species personarum, & similitudines, &c.) non sic accipiendum est, vt illa coniunctio, cùm habeat vim inferendæ necessitatis antecedentis huius dicti ad consequens, sed contingentiæ, seu possibilitatis tantummodo. Intendit enim, quod possibile est Dæmoni, tales mulieres deludere tali modo. Vnde si asserant se verè, & in corpore deportari ad seruiendum Dianæ,

tanquam

tanquam vni dearum, non propter hoc credendum est, quod Diana dea sit, & ei vel Herodiadi ab aliquo verè seruiatur, vt dominæ. Cùm enim hæc falsa sint, vt edocet fides, oportet de necessitate dicere, quod talia se credentes experari, deludantur à Diabolo falsitatum omnium primo satore. Si verò non dicantur aliqua contra fidem, & ob hoc impossibilia esse, vel fieri: sed potius asserantur, ea quæ facilè possunt contingere, putà, quod multa fiant in opprobrium fidei, dum eidem fidei baptismoq; renunciatur: & quod ad hoc portentur à Diabolo, vt facilius, & sine timore in loco semoto per multitudinem fiant: non est hoc negandum ex intentione capituli illius. Imò si ratio iuncta experientia conuincat, quod Diabolus hoc modo suæ melius malitiæ satisfaciat, non est contra capitulum illud, quod sic fieri, vel euenire credatur. Et ideo si talia denuncientur, & testibus confirmentur de visu: & ab his præcipuè qui expertos se asserunt hæc omnia, vel similia: non minus hæc à iudicibus fidei credenda sunt, quàm ex similibus iudicijs tantum moti sancti Doctores crediderint minus credibilia, putà, quod dentur incubi, ac succubi Dæmones, vt in libro nostro deductum est. Et eo præcipuè, quod determinationes conciliorum circa fidem, Theologorum proprium est declarare, quomodo intelligi debeant, & non Canonistarum, & minus Iuristarum. Et ideo patres Inquisitores, qui communiter profundissimi Theologi sunt, iudicent talia non contradicere prædicto cap. non possunt Iuristæ absque nota temeritatis

ritatis

ritatis se eis opponere. Debet enim vnusquisque gradu suo contentus esse, & suarum virium mensuram non excedere. Mitto quæ diximus in primo opere nostro, incertum, inquam, esse, an particulare, vel generale fuerit illud concilium, an ritè congregatum, vel etiam confirmata decreta eius per sedem Apostolicam, quis auctor, quo tempore, cùm præcipuè inter concilia generalia non annumeretur, dist. 16. cap. primo. Vnde si liber sine certo authore ex hoc ipso computatur inter apocryphos: multò magis concilium prædictis conditionibus incertum. Nec authoritas Gratiani sufficit, vt eidem fides indubia præstari debeat: cùm multa alia, quæ refert, inter paleas computentur. Quod si etiam generale ritéque congregatum, & confirmatum conclium fuerit, non adimitur cuilibet recurrendi facultas ad Apostolicam sedem, vt suprà probatum est, vt eius verba obscura, & quæ errorum occasio esse possunt, melius declarentur, & exponantur secundum debitum sensum. Sed & plures Pontifices declarauerunt inueniri modo talia, corporaliterq́; fieri, prout iudicant patres Inquisitores, imò processus eorum iudiciáque confirmarunt, atque sententias contra tales personas sceleratißimas, & vt executioni mandarentur, fauorem impenderunt. Sicut nuper etiam Clemens VII. præcepit domino Gubernatori Bon. vt daret omnem fauorem patri Inquisitori Parmenti contra quosdam infectos hæresi strigiatus. Et breue incipit: Accepimus non sine animi, & cætera. Hos autem dicunt patres Inqui-

Inquiſitores in curſu plurima nefandiſſima in opprobrium fidei committere, quorum gratia hæretici iudicantur. Non poteſt ergo dici, quod talia fiant tantum in ſpiritu, aut in ſomnis, ſecundum intentionem, & intellectum Aduerſarij. Alias in ſomnis quis incurreret hæreſim, quod eſt falſiſſimum, cùm nec etiam minimum peccatum in ſomnis per ſe committi poſſit. Imò ſequeretur, quod Papa, qui contra prædictos fauorem præſtat Inquiſitoribus, vti diximus, & non niſi Apoſtolica authoritate, iam vt Papa, erraret, imò faueret errantibus, ſi contra determinationem concilij patres Inquiſitores ſentirent. Nulla ergo concilij cuiuſlibet determinatio, prædictis Inquiſitorum iudicijs aduerſari poteſt. Sed qui eis potius aduerſantur, manifeſtiſſimè fauent hæreticis, & fidei Catholicæ inimicis, vt ex præmiſſis clariſſimè conſtat. Et cùm addit vltimò Aduerſarius, non eſſe recedendum à diſpoſitione textus illius per ſubtilitates ſophiſticas, & argumenta, verum eſt. Sed intelligitur à vera, & benè intellecta diſputatione textus, qualem ipſe non poſſidet intellectus vt prolixè ſatis deductum eſt. Authoritas etiam quam allegat ex c. quidam 24. q. 3. licet non ſit ad propoſitum, quia loquitur ſolum de ſacris literis noui ac veteris Teſtamenti, inter quas non annumerantur determinationes conciliorum, neque ad earum authoritatem attingunt, vt ſuprà deductum eſt: tamen adhuc dicimus, quod prædictum ſenſum quem dedimus, flagitat à nobis Spiritus ſanctus, vt diffusè ſuprà probauimus:

bauimus: non autem sensum, quem dedit Aduersarius: imò est ei aduersus, cùm sit falsus, & ad hæresim deducens, vt etiam infrà tangemus.

CAPVT XII.

Rationem sextam ex præsumptione iuris assumptam: Septimam quoque, quia procedunt hæc à spiritu maligno, nequaquam præualere.

Ratio 6. SExtò *arguitur ab Aduersario*: Hoc *habet præsumptionem iuris: imò de iure probatur per d. c.* Episcopi. *Ergo non admittit probationem in contrarium, vt no. in auth. sed iam necesse.* C. *de dona. ante nup.*

Sol. *Solu. Imò non habet nisi apud non intelligentes iura, vt intelligi debent: vnde contra tales admittitur probatio.* Et *si etiam contra habentia præsumptionem iuris non admittatur probatio in iure; admittitur tamen in scientia superiori, cuius est iudicare & examinare, an tale quid bene statuatur, an non: an præsumptio illa ritè per textum habeatur, an ignoranter, vt fit in proposito. Quia nec ius, nec ritè accepta præsumptio iuris contra determinationem* Theologorum *inuenitur circa præsentis quæstionis articulum, vt deductum est in præcedentibus.*

Ratio 7. *Septimò sic arguitur: Procedunt hæc à spiritu maligno, falso, mendace & deceptore: & qui multos habet nocendi modos. Ergo magis debet dici falsa, quàm vera. Et sic processit capitulum* Episcopi. *Solu.* Ex hoc

Solutio. *quod horum omnium author principalis est* Diabolus

dus, non sequitur, quod omnia sint delusoria & falsa. Sed benè sequitur, quod omnia intentione nocendi, siue vera sint, siue falsa. Sophistica valde est ratio ista deducens ad manifestas hæreses, & apertissimas falsitates. Si enim Diabolus, quia falsus est & mendax atque deceptor, non nisi falsa, & delusioria dicat, & faciat, sequitur, quod omnia quæ referuntur in Euangelio dicta per Dæmones de Domino Iesu, falsa fuerunt. Et sic falsum esset illum esse CHRISTVM & Filium DEI: quia hoc dictum est à Diabolo, quod est hæreticum. Similiter omnia, quæ comprobantur per eos fieri, vel dici per maleficos vel arreptitios, opera falsa erunt, vel delusoria: sicqúe delusorij essent cruciatus, innumeráque malificia, quorum ipsi sunt causa. Falsa essent omnia Dæmonum dicta, dum respondent exorcistis inuiti, quæ omnia cùm sint manifestissimè contra omnium sapientum extimationem: & contra id, quod quotidie experimur, patet quid momentum habeat ista ratio, ex cuius assumptis principijs hæc falsa sequuntur. Veritatem ergo Diabolus sæpè dicit, sæpè non fallit, neque deludit. Sed hæc omnia facit, vt tandem validius decipiat: dum ex his sibi fides ab iniquis præstatur. Quod non accideret, si semper falsitatem diceret, si semper deciperet, aut deluderet percunctantes, vel inuocantes: sed potius ab omnibus etiam pessimis hominibus fugeretur & euitaretur. Et quia veritatem etiam non loquitur nisi vt fallat: ideo Dominus non sinebat Dæmones loqui etiam quod verum erat, vt habetur Lucæ cap. 4.

Et

Et hæc sufficiant ad argumenta Aduersarij, quæ in primo illo tractatu de Lamijs, pro sua phantasia, quæ continet falsitatem, inducit.

FINIS.

EXPLICIT PRIMVS TRACTAtus in Ponzinibium de Lamijs. Incipit secundus.

VISO igitur eo, quod primò proposueram, quomodo, inquam, rationes Aduersarij contra veritatem factæ non procedunt, videndum est illud, quod secundo promiseram declarare, quomodo videlicet rationes, quas pro opinione quam defendimus, proposuit, non benè sed erroneè saluat. Alias autem rationes ad idem, in priori opere nostro produxi latius. Prima ergo ratio pro nostra opinione ab Aduersario, vt eam soluat inducta, talis est.

CAPVT I.

Ad rationem ex communi strigum confessione sumpta solutio deijcitur Ponzinibij.

Ratio prima bona.

HI qui sunt de secta strigiatus, confitentur iuridicè se ire ad cursum, & negare fidem, facere homagium Diabolo, & alia quæ narrantur, ergo credendum est hæc esse vera: & procedendum contra tales sicut contra alios hæreticos. Soluit autem dicens, (So. Ponzini.) *quod confeßio talium in iudicio est erronea, & non admittenda, cùm sint personæ delusæ: nec confeßio ista continet verum, aut poßibile, & quia respuunt*

ista

sta ius, & natura, confeßio distat ab actu. Vnde non valet dicere, sic fatentur: ergo sic est. Et quicquid est contra naturam, deficit in suis principijs: ergo naturaliter impoßibile. Item non statur regulariter in criminalib. confeßione Rei, nisi in causa hæresis mentalis: quia non potest aliter probari, quàm per confeßionem: non autem de actu ad extra, & maximè de minus verisimilibus, vt sunt ista. Pro prædictis autem allegat plures authoritates Iuristarum. Sed hanc solutionem falsa multa supponere, super quæ fundatur, patet ex his, quæ præmißis tractatib. dicta sunt. Falsum est enim primò, quòd tales personæ sint à diabolo vniuersaliter delusæ, quoad articulos hæreticales, propter quos principaliter contra eos procedunt Patres Inquisitores. Vnde licèt in aliquibus concurrentibus deludantur, non tamen sequitur, quòd non poßint vera confiteri, quæ erronea sapiunt, aut patrarunt. Et iudicium Theologorum, & quibus incumbit ex officio, non autem eorum, qui sunt puri legistæ, erit distringuere, & cognoscere, an istæ sint delusiones, vel non. Et secundum allegata, & probata, esse talia, vel non esse contra fidem, procedent absoluendo, vel condamnando, de consilio peritorum: cui tamen, cùm stare secundum iura non teneantur patres Inquisitores, præsupponuntur esse periti in iure: & quantum ad ea præsertim, quæ spectant ad officium suum. Vnde nemo se debet illis opponere: sicut nec alijs iudicibus in his, quæ pertinent ad forum suum. Falsum est etiam, imò hæreticum, quòd ista sint im-

Improbatio Solut.

poßibilia absolutè, vel secundum ordinem nobis reue-latum in sacris literis, licèt sint impoßibilia plurimi naturaliter secundum virtutem humanam actiuam. Excedit enim virtus dæmonis virtutem, & potentiam hominis cuiuscunque, iuxta illud Iob. 41. Non est potestas super terram, quæ ei valeat comparari. E loquitur de Diabolo, & Sathana. Et hoc autem ben sequitur, quòd ius ciuile, quod non nisi circa actus hu-manos, non supernaturales, versatur, ista respuat, no simpliciter tanquam falsa, quia hoc non potest cogno-scere, aut intelligere secundum se, sed tanquam ex-cedentia iudicium, & potestatem suam. Et hac e causa, quare sancta mater Ecclesia noluit iudiciun super talia committere puris Iuristis; quia vltra hoc quòd hæresis est crimen spirituale, cuius iudicium so spirituali etiam iudici meritò reseruatur, est etian de rebus, quæ secundum suam propriam facultaten impoßibile est eos intelligere. Vnde sequitur, quò non poßint per eos benè iudicari, sed solùm per Theo-logos, quorum proprium est ista cognoscere. Et pro-pterea in principio sancta mater Ecclesia commisi hoc officium solis fratribus Prædicatoribus, in quibu præ alijs à suæ institutionis primordio studium sacr Theologiæ florebat. In processu verò temporis etiam patribus Minoribus in aliquibus partibus demanda-tum est meritò tale munus, eò, quòd & ipsi (licèt præ-ter suam regulam) studio sacræ Theologiæ egregiè in-cumbant. Et si dicatur, quòd etiam Episcopis com-mittitur hoc officium cognoscendi de talibus, & iudi-

dican-

dicandi. Respondetur, quòd verum est profectò, & principaliter eis committitur, quia etiam ipsis incũbit ex gradu suo, vt sint perfecti Theologi, cùm habeant alios & illuminare, & pascere spiritualiter circa perfectionem fidei, ac bonorum morum. Debent etiam, iuxta Petri sententiam, esse parati, & dispositi reddere rationem de ea, quæ in eis est fide: &, vt boni pastores spirituales, sibi subiectos ab hæreticis, & tyrannis, sicut oues à lupis, toto suo conamine defensare. Et si aliqui non sunt tales, hoc est, per accidens, & ipsi tandem viderint. Ad propositum igitur redeuntes, licèt hæc, quæ supra facultatem naturalem hominum fiunt, respuat ius purè humanum, secùs de diuino: quæ tamen statuit iudicari humano more, secundum, inquam, allegata probatáq; quantum fas est in talibus. Falsum est tertiò, quòd in criminalibus non stetur confeßioni, & ratificationi ipsius Rei, si præuenerunt accusationes, aut depositiones, testes & indicia sufficientia, vt semper contingit, priusquàm contra tales ab Inquisitoribus proferatur sententia. Aliàs oporteret iudicem omnibus semper interfuisse, quæ per Reum facta sunt. Neq; etiam sunt minus ista verisimilia, considerata potentia simul, & malitia Dæmonum, multitudine quoq; omnis generis testium, & Reorum, vbiq; per Christianitatem. Vnde patet, quòd solutio aduersarij ad hanc primam rationem pro veritate factam, nullatenus procedit.

CAPIT. II.

Ad rationem ex experientia sumptam so lutio Ponzinibij reprobatur.

Ratio 5. Solutio Ponzin.

PEr experientiam, quæ est rerum magistra, pri mo Metaph. fuerunt hæc visa, & cognita, & ha rum est publica fama. ergo credenda sunt, c. I nomine Domini, de testi. Et præcipuè, cùm fama pu blica faciat fidem, c. cùm oporteat. de accus. ergo, & c Respondet autem aduersarius, quòd cùm ista contin gant in solo spiritu, non possunt per experientiam, au per testes de visu cognosci, vel comprobari, quia, sup ple spiritualia, non videntur: nec experimur nisi ea quæ fiunt in corpore. Addit etiam, quòd si subtilite examinarentur, qui dicunt, se talem quandoq; mul titudinem vidisse, non de numero illorum existendo, sed à longò, vel quomodolibet, cognosceretur, quod vel non concludenter deponerent, cùm ista dicantur contingere de nocte, & in loco solitario, & præter na turam: vel ipsos pariter deludi deprehenderentur. Sed solutio ista non procedit, quia contingunt nunc etiam ista in corpore fieri, vt probatum est. Vnde pos sunt experientia cognosci etiam à testibus, multò ma gis à Reis, & à participantibus in eodem crimine. Pa trum autem Inquisitorum est postmodùm iudicare, qualiter ibi delusio, vel certè rei veritas inueniatur, & à qua causa ista procedant. Neq; enim diu perso nas aliquas Dæmones sic illuderent, nisi per infideli tatem mentes earum prius cœpissent, vt elici potest

Reproba. Solut.

ex

ex dicto cap. Episcopi. Vnde semper, vel causa, vel effectus huius nefarij commercij hominum cum Diabolo, est apostasia à fide, quam seruant etiam vigilantes, & pleno liberoq; sensu vigentes, vt etiam verbis suis ostendunt: quinimò alios quoq; suis adhortationibus in idem damnationis barathrum inducunt. Vnde etiam si in prædictis deluderentur, quod non est vniuersaliter verum, vt supra probatum est: habent tamen adhuc Inquisitores ex officio suo contra eas procedere, sicut contra quoscunq; hæreticos, vel hæresiarchas. Et quantò magis cum hæresim, & animum apostaticum prætendunt factis, de hocq; accusentur, putà, quòd opprobrijs crucem, sacrumq; Christi corpus affecerint, & huiusmodi. Quòd autem ista dicantur fieri nocte communiter, verum est: sed semper locus perfunditur aliqua luce procurata per dæmones, vt poßint se inuicem satis intueri, conferente ad idem sæpius nocturno syderũ lumine: quo fit etiam, vt ab alijs hæc longius prospici poßint, vt per experientias in nostro opere contigisse probauimus. Et licet hæc fiant communiter in locis ab habitationibus hominum semotis, non tamen tanta est semper distantia, quòd à nullo habitaculo poßint videri. Et si dixerint loci habitatores, quòd vigilantes, & pleno sensu talia viderint à longè, vel audierint, proculdubiò credendum est. Aliàs vnicuiq; licebit, cùm audierit referri, quæ non vidit, aut credit, simpliciter negare & dicere narranti, tu à Diabolo deluderis, vel delusus fuisti. Licèt autem in tali frequentia contingat (vt

ſæpè diximus) multa fieri præter naturam, vt ſuprà per Diabolicam potentiam, quæ excedit humanam: concurrunt tamen multa naturaliter facta, ſicut quòd quandoq; etiam pedeſtres iſtæ maledictæ perſonæ conueniunt: licèt quandoque velocius procedant dæmonum auxilio fultæ, vt viſu pluries comprobatum eſt etiam alijs. Quia verò præſupponitur, quòd iſtæ perſonæ ſubtiliter ab Inquiſitoribus examinentur magis, quàm poßit per Iuriſtas fieri, qui tot circa talia contingentia, & maximè præter naturam facta, (prout diximus) non cognoſcunt: quæ tamen cognoſcunt Theologi, qui non ſanguinem vel pecunias, ſed Chriſti honorem, fideiq; profectum ſitiunt, eiusq; depreßionem abhorrent: ideò debet quilibet bonus & ſapiens Chriſtianus eorum examinationibus & iudicijs acquieſcere: nec ſe illis præſumptuosè ac ignoranter opponere, quandoquidem ſapientiores mundi homines, imò Pontifices & Prælati Eccleſiæ, non ſolùm eorum iudicijs ſunt contenti, ſed eis etiam in talibus fauorem præſtant.

CAPIT. III.

Reprobatur ſolutio Ponzi. ad rationem probantem realem corporum delationem in curſu eſſe poßibilem, ex reali delatione, qua Chriſtus delatus eſt in montem excelſum, & ſupra pinnaculum templi.

RAtio tertia pro veritate talis est: Dæmon portauit Dominum nostrum in sanctam ciuitatem, & in montem excelsum: ergo potest alios homines multò magis portare, reg. non debet. de reg. iur. Quod etiam comprobatum est in multis ergo & horum etiam delatio, præsertim cùm iurata sit, concedenda est. Respondet aduersarius primò in hæc verba, quòd consequentia, quæ fit de dicta confessione, est falsa: ergo argumentum quod fit de ea, est fallax & nullum: quia destructo consequente, in quo stat ratio antecedentis, destruitur antecedens. Secundò respondet, quòd non sequitur, Diabolus portauit Christum, ergo portat has mulieres. Tertiò dicit, quòd cũ cap. Episcopi. neget ista fieri in corpore, negat consequenter poßibilitatem huius delationis, quia quod est poßibile, est admißibile. Cùm enim præcipiat talia non esse credenda, fieri in corpore, videtur eadem ratione, quòd sentiat, nec ista à maligno spiritu fieri posse, nisi in spiritu, & illusoriè. Non enim simpliciter & absolutè dixisset hæc fieri tantummodò in spiritu, & non in corpore: quia sicut quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt, l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. ita quæ à natura conceduntur, à lege tanquam poßibilia admittuntur. Quartò dicit, quòd cùm benè distinguens sit proximus veritati, secundum Senecam, & indistinctè loquens, reprehẽsibilis sit, vt imperfectè loquens: textus autem c. Episcopi. qui supponitur Spiritu sancto dictante factus, non distinguat, sed præcipiat non credi ea fieri in corpore,

Ratio 3

Responsio Ponzin.

pore, sequitur, quòd nos destinguere non debemus. Quintò dicit, quòd non est verisimile, patres illos conditores cap. Episcopi. non fuisse memores delationis Christi, & aliorum à Dæmone: & tamen his non attentis, dixerunt ista non fieri in corpore, inducentes ad hoc exempla, Ezech. & Pauli: ergo dicendum est, quòd noluerunt exemplum illud de Christo, & de quocunque alio attendi. Nam de exemplis non est curandum, l. nemo. C. de sententijs. Et ea, quæ rarò accidunt, non faciunt legem, neq; regulam. ff. de reg. iur. l. ea, quæ rarò. Non enim debet fieri lex de resuscitatis à mortuis, eò, quòd Lazarus fuit à morte resuscitatus. Sextò dicit, quòd Diabolo est adempta potestas à Christo, & est religatus in inferno, vsq; ad aduentum Antechristi, quo tempore solueretur à vinculis, vt vires suas exerceat in malos: & ideò non potest modò exire, vt portet homines, & alia faciat, quæ referuntur. Septimò dicit, quòd Christus fuit à Diabolo portatus ex permißione eius: vnde si non constet de permißione DEI, non debent credi istæ aliæ delationes. Octauò addit obijciens: Si Diabolus sic potest, cur in paucis & abiectis personis tantùm hæc facit, cùm sit indifferens & vniuersalis tentator mundi? Nec possunt afferre tales personæ indubitatum de his testimonium, arg. ex d. cap. Episcopi. Fama enim debet habere ortum à personis fide dignis, & honestis. cap. cùm oporteat. de accusat. Sic igitur (inquit) patet, quòd cùm hoc argumentum de Christo patiatur retorquutionem, sequitur, quòd sit inefficax. Quicquid autem

sit

sit de hac Dæmonis potestate, principalis conclusio videtur vera. Hæc ille, vel ex illo. Sed in his omnibus, quatenus repugnant principali proposito nostro, aberrat à vero. Et quoad primum quidem dictum suum, dicimus, quòd consequentia illa in ratione tacta bona est, inferendo ex facto ipsum possibile: quia ab esse & posse valet consequentia, vt scientia Logicæ docet. Et qui facit quod maius est, potest etiam facere quod minus est, & quod etiam æquale est saltem actu vel virtute, etiamsi non semper familiariter. Sicut qui potest generare hominem, non potest generare asinum, nisi virtute, seu potiùs eminenter, quia dignius asino generare potest. Vnde non debuerat dictam consequentiam negare, nisi ad probationem eius tactam in argumento satisfaceret, si vinculum illius fugere cupiebat. Et quòd dicit, ideò argumentum esse inefficax, quia consequentia est falsa, est probare idem per idem, quia argumentum illud non est: nisi illa consequentia. Sed compatimur. Quòd verò addit, quòd destructo consequente destruitur antecedens, verum est, si consequentia bona sit. Sed econtrà posito antecedente, vt hîc ponendum est per fidem, ponere oportet etiam consequens, secundum eandem necessitatem, vt Logica docet. Hæc autem consequentia probata est esse bona. Secundum etiam dictum suum non procedit. Neque fit ista consequentia à sapientibus. Christus fuit portatus à Diabolo, &c. ergo istæ mulieres portantur. Fortè aduersarius vidit aliquam apparentiam in hoc modo arguendi: & ideò sic ar- Impugnatio Solut.

gumentum formauit. Sed nullam apparentiam habet, nedum apud logicos, verùm neq; apud mediocriter ratione vigentes. Sed ex illo antecedente benè infertur: ergo istæ mulieres possunt portari ab eodem, considerata potentia naturali eius, quæ semper est eadem: & considerata ex hoc Christi facto regula prouidentiæ diuinæ, vt non solùm permittat homines à Dæmone spiritualiter tentari, sed per mutationes etiam, atque molestias corporales. Quòd autem de facto portentur, alia via conuincitur ab huius causæ iudicibus.

CAPVT IIII.

Delationem corporalem personarum à spiritibus esse impossibilem, non probatur in dicto cap. Episcopi.

TErtium etiam eius dictum patet ex præcedentibus esse falsum. Neque enim talem delationem esse impoßibilem, probatur per ca. Episcopi. neque præcipit talia non esse credenda, quasi sint impoßibilia, aliàs contradiceret Euangelio: sed benè præcipit non esse credendum, illas mulieres non esse de facto portatas ad seruiendum Dianæ, quasi Dea residēti in aliquo determinato loco distante, ad quam per longa terrarum spacia portarentur, vt putabant: & dicit etiam, quòd eis contingebant virtute Diaboli illusiones, &c. Et sapienter dictum est, quia talem delationem non habebat necessariam, neque vtilem Diabolus ad finem, in quem deducere satagebat mu-

lieres illas, vt videlicet crederent, quæ erant contra fidem de pluralitate Deorum, & conuersione hominum in Deos, vt paganorum error habebat. Præsentis autem delationis malitiosam & versutam causam, seu rationem, habet nunc Diabolus, de quo suprà dictum est. Vnde cùm non sit eadem ratio præcipiendi, non idem etiam præcipi facilè deducitur. Et consequenter ex eo non sequitur, quòd sicut non illæ, ita nec istæ portentur. Et multò minus præcipit capitulum illud, tale quid non esse credendum, quia talis delatio sit absolutè, vel etiam ordinariè impoßibilis. Leges etiam admittunt non solùm quod est poßibile per naturam, sed etiam per altiorem virtutem, cuiusmodi est Diabolica virtus: licèt de talibus non se intromittant, vt sapiant vel iudicent qualia sint: sed hæc superiorib. legibus, hoc est, Theologalibus deferunt discutienda. Aliàs nullum miraculum, nullum etiam angeli vel diaboli opus admitterent canones, aut supponerent leges ciuiles. Quod falsißimum est, cùm sint plurimæ à Christianißimis Imperatoribus promulgatæ. Christiani autem habent talia de neceßitate concedere. Falsum est, vt vlterius quod affert quarum dictum suum, imò tex. d. c. Episcopi. distinguit, quæ sunt contra fidem ab his, quæ non sunt contra fidem, vt ex suprà dicta declaratione capit. in responsione ad quintam rationem aduersarij patere potest: & similiter in primo nostro opere, in solutione primi argumenti. Licèt etiam non sit necessarium, omnem textum explicare, omnem distinctionem,

quam

quam admittere potest. Aliàs nullus indigeret glossa, nullaq; regula pateretur exceptionem. Falsum est etiam quintum dictum eius, imò periculosum valdè est dicere, quòd textus ille indistinctè præcipiat, ista non esse credenda, & quòd non fiant in corpore, quasi non poßint fieri in corpore, & quòd nihilominùs recordarentur Patres illi, Christum fuisse portatum in corpore super montem à Diabolo, &c. Innuit enim iste modus loquendi, quòd vel Euangelo non est credendum, vel concilium, cui putat standum in omnibus, docet falsa, & præcipit contraria Euangelio: quorum neutrum sanam promit fidem sic dicentium. Quòd ergo illi patres fuerint prædictorum memores, non negamus. Sed quòd non ista pro tunc attenderint, non fuit, quia non curarent de illo exemplo, si fuisset ad propositum suum: sed quia non faciebat pro decreto suo, neq; illi contradicebat, eò, quòd non negarent poßibilitatem talis delationis, quam illud inferebat exemplum. Dicere autem absolutè, quòd non est curandum de illo exemplo, est dicere, quòd non sit curandum de Euangelio: quod quantam fidem prætendat in dicente, quisquis is est, viderit. De exemplis etiam non est iudicandum, vt aliquis condemnetur solùm exemplo alterius damnati, quia poßet ille non iustè fuisse damnatus: sed est curandum ad inferendam aliquam poßibilitatem absolutè, si per exemplum (vt hîc accidit) inueniri comprobetur. Vnde patet, quòd authoritas ista non est ad propositum. Et hoc sæpè contingit aduersario in his suis tractatibus,

indu-

inducere, inquam, tam Philosophorum, quàm legum autoritates, non ad propositum, & cum fallacijs amphibologiæ, vel æquiuocationis, vel figuræ dictionis. Quòd si fortè Arist. inducatur, dicens in primo Priorum de exemplis, quòd ponuntur, non quia semper ita sit, sed vt discentes assentiant. Respondetur, quòd Aristoteles hoc dixit, quia pro exemplo inducitur sæpè, quod falsum est vel fictitium, eò, quòd non quæritur quandoque similitudo ex suo esse, sed ex sua ratione, quàm importat. Si verò sumatur similitudo, vel quæratur ex eo, quod est aut fuit in re, per exemplum, valdè curandum est, ne falsa dicantur, aut introducantur pro veris. Et sic est in proposito: quia super veritate prædicti exempli de Christo fundatur, & ex ea infertur veritas possibilitatis prædictæ delationis. Vnde hanc negare, est negare Euangelium. Et quòd addit hic homo, quòd ea, quæ rarò accidunt, non faciunt regulam, si intendat de his, quæ accidunt à casu, vel à fortuna, verum est, quòd non cadunt sub regula, quòd sint nūc vel tunc, hoc vel illo modo facienda: licèt etiam sub hac regula legali cadant, quòd non sunt ità iudicandi sicut ea, quæ ex intentione facientis procedunt. Sed ea, quæ licèt rarò accidant, tamen vel necessariò, vel ex intentione naturæ, vel agentis à proposito, & secundum directionem rationis proueniunt: ista, inquam, cadunt sub regula, si sint moralia, vel ciuilia. Sicut dantur leges & regulæ circa electiones Papæ & Imperatoris, & circa multa alia rarissimè contingentia. Sicut etiam est scientia de his,
quæ

quæ raro contingunt, sed tamen necessario in natura, putà, de eclipsibus. Veruntamen ea, quæ confitentur strigæ, iam nunc raro non accidunt: sed quàm frequenter, vt ex processibus earum patet.

CAP. V.

Diabolum sic in inferno religatum teneri, quòd non possit ad nos tentandos accedere, sapit hæresim.

SExtum etiam dictum aduersarij non procedit: sed innuit dicentem, valdè ignarum sensus sacræ scripturæ, & habere periculosum sensum de illa Diaboli religatione: hunc, inquam, quòd Diabolus sic sit per mortem Christi ligatus in profundum inferni, quòd non poßit ad nos tentandos accedere, cuius contrarium docuit Christus, quando dedit potestatem Apostolis, & successoribus, eijciendi Dæmonia. Docet Paulus, qui dicit ad Ephes. 6. quòd non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, & ad aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Docet Petrus, qui dicit 1. Petr. 5. quòd aduersarius noster Diabolus circuit, quærens quem deuoret. Docet deniq; tota mater Ecclesia, concinens: Mundus, caro, Dæmonia, diuersa mouet prælia. Docent omnes Theologi, demonstrantes, quòd substantiæ spirituales ibi tantùm sunt, vbi operantur. Vnde si in inferno Dæmones omnes religati sunt, nihil poterunt in hoc mundo penitùs operari, neq; homines etiam spiritualiter aut corpo-

rali-

raliter tentare vel molestare, contra manifestam omnium Doctorum Catholicorum sapientiam, & communem vulgatißimamq; experientiam. Mirum, quòd talia non aduerterit aduersarius, cùm sit Christianus, & putet se in talibus non ignarum. Dicitur autem religatus Diabolus per paßionem Christi, quia iam non habet potestatem, quam prius habebat, impediendi liberum Sanctorum transitum ad cœlestia, cùm sine macula decedunt, vel purgati redduntur. Aperta est enim modò ianua Paradysi talibus sanctis animabus, soluto per Christi paßionem pretio, ad quod tota natura humana propter peccatum primi parentis erat obligata. Et hoc impedimentum potestati Diaboli attribuatur, eò, quòd deuicerat tentando primum parentem: & ob hoc in seruum eius totum fuerat redactum genus humanum: quia à quo quis victus est, eius seruus factus est, 1. Pet. 2. nunc autem, quia per Christi sanguinem sumus à tali seruitute redempti, sic erepti de potestate eius, vt non habeat potestatem impediendi transitum animarum aut eas detinendi, dicitur esse ligatus. Posito etiam, quòd princeps dæmonum, qui quasi à toto mundo ante aduentum Christi adorabatur, & ex hoc vocabatur à Christo princeps mundi huius, esset sic (vt aduersarius imaginatur) in inferni voragine ligatis catenis vel funibus, nec posset per se, & immediatè, quenquam tentare, nunquid per hoc sequitur, quòd non posset homines tentare aliorum ministerio vel obsequio, & per eosdem omnia facere, quæ narrantur

de

de strigibus? Dicitur etiam religata potestas Diaboli, non quia non eandem habeat cum argumenta in dies malitia, sed quia non tantam super homines exercere potest, vt antea faciebat, coërcētibus nunc eum sanctis Angelis, & se validius defendētibus sanctis hominibus per virtutem Sacramentorū, quæ ex passione Christi, & originem & vigorem habent. Plenam autem potestatem tempore Antechristi reassumet, permittente Domino, & sic exigente defectu fidei, qui vniuersaliter penè erit in mundo.

CAP. VI.

Non permittere Deum à Diabolo striges decipi, sine ratione dicitur.

SEptimum quoque dictum aduersarij non procedit. Nam quid permittat Deus, vel non permittat, non potest sciri, nisi ex reuelatione in supernaturalibus, vel ex euentu in alijs. Cùm ergo permiserit delationem corporalem in Christo, & ex hoc cognoscatur id esse possibile fieri circa alios etiam, si per rationem naturalem non cognosceretur, nō debet negari, Deum non permittere tale quid in alijs reperiri, cùm de euentu habeamus rationabilem causam, nisi comprobaretur repugnare sacræ Scripturæ, vel signo ei æquiualenti, putà, si per verum miraculum comprobaretur, hoc non permitti à Deo in alijs: vel certè repugnaret expressè determinationi Ecclesiæ, quæ in proposito non inueniuntur, vt dictum est. Vnde cùm

habea-

habeamus humana indicia huius effectus, quantum possunt de eo haberi, per testes & confessiones, per causas & effectus, vt in primo opusculo deductum est: valdè stolidæ & obstinatæ mentis est, ista negare à DEO esse permissa. Ad oppositum autem non habemus, nisi rationes valde sophisticas, vel procedentes ex malo intellectu sacræ Scripturæ & canonum, vel ex ignorantia potestatis Dæmonis, & modorum, quibus ista possunt fieri, vel non fieri verè delusoriè. Octauum etiam suum dictum non mouet. Ideò enim Diabolus viles personas sic magis tentat, quia eas facilius per voluptates trahit, quibus de se priuatæ sunt. Priuatio enim maiorem generat appetitum. Et indigens, rem partam auidius conseruat, fortius illi, à quo tale bonum habet inhærens, ne fortè si ab eo recedat, amittat quod adeò concupiscit. Nobiles autem, & diuites, commoditatibus & delectationibus abundant. Sapientiores autem præstant iudicio & timore DEI: & ideò etiamsi fortè ex curiositate quandoque in talibus sint prolapsi, citius tamen isthæc abhorrent & derelinquunt, licèt hoc etiam sit omnibus difficile propter magnam potestatem, quam in eos iusto DEI iudicio ob criminum enormitatem accepit Dæmon, etiam quoad corpus. Et quòd additur, talium non esse acceptandum testimonium, patet quòd ignoranter loquitur, & contra text. cap. in fauorem. de hæreticis. Vnde non est aliter audiendus in hoc. Fama quippe debet oriri regulariter à fide dignis & honestis, sed infamia ista potest, & alijs oriri, dummodò noti-

tiam criminis habeant, à cuius accusatione soli inimici capitales excluduntur. Potest etiam oriri & causari infamia ex propria confeßione, etiamsi ea, quæ sunt sufficienda indicia ad interrogandum, non essent iudicia sufficientia ad damnandum. Prædicta autem omnia sæpè concurrunt in processu contra tales personas. Patet igitur quomodo solutio aduersarij ad illam tertiam rationem ex omni parte deficit.

CAPVT VII.

Solut. Ponzin. ad rationem sumptam ex appetitu, quo se Diabolus cupit adorari, simul ac ipsa ratio infirma esse manifestatur.

De adoratione Dęmonum.

QVarta ratio pro veritate, talis est: Diabolus vult adorari ab istis personis, vt DEVS: ergo magis in vigilia, quam in somnis. Vnde à Saule Rege Israël voluit adorari in vigilia, & similiter idem requisiuit, licèt non obtinuerit à Christo, Matt. 4. Et istæ mulieres dicunt, quòd portantur à Diabolo gratia delectationis, & quòd adorant eum: ergo verisimiliter credendum est, ipsum Dæmonem eas portare ad ipsum ludum verè & realiter, vt etiam verè & realiter adoretur. Respondet aduersarius, quòd non sequitur hoc vltimum, & sufficit quòd adoretur in domibus earum, sicut & aliquæ confitentur se facere, vel saltem in mente. Sed contrà licet enim ratio prædicta per se sola efficaciter non concludunt, sed

solùm

solùm adiunctis depositionibus, testificationibus, confessionibus, & euentibus, &c. eo tamen modo, quo à verisimili præcedit & persuadet, eam non deÿcit responsio data. Non enim negat ratio, quòd Diabolus non possit se facere aliter adorare, sed persuadet, quòd etiam prædicto modo faciat. Licèt enim eius inuidiæ, quam habet in hominem, aliqualiter satisfaciat, dum eum in ruinam inducit peccati mortalis, & amissionis beatitudinis, à qua ipse cecidit: non est tamen his plenè contentus, sed in grauiora, quoad potest, eum conatur deÿcere crimina, vt non solùm corde, sed opere, non solùm decretò, sed publicè Deum offendat, neget, execretur: sibi in vehementius scandalum publicè se offerat, & homagium adorans faciat: vt sic Deo similis, prout superbus ab initio desiderat, videri magis satagat & anhelet, quàm facturus sit membrum illius Antichristus, de quo tamen dicitur 2. Thess. 2. quòd in templo Dei sedebit, id est, publicè, extollens se tanquam sit Deus. Ideò etiam tales personas remotius portat, vt facilius ad vota sua flectat, remota suspicione, quòd à catholicis videantur & accusentur, subministrata fiducia, vel minori timiditate, ex consortio vniuersali eadem perpetrantium, & exemplo plurimorum. Datur etiam facilius in remotis libertas, & omnis commoditas fruendi voluptatibus effrenatè, vt in opusculo nostro dictum est.

Sol. Ponz. Reprobatio Sol.

Cur lõginquo disportentur Sagæ.

CAP. VIII.

Responsio Ponzi. ad rationem sumptam ex permissione diuina, respectu malorum, quæ fiunt à strigibus, pariter vt ipsa ratio deficit.

Ratio 5.

Q*Vinta ratio veritati fauens, talis est: Deus permittit multa mala fieri opere Dæmonum, vt probentur audientes, quali deuotione & fide sint erga eum. 26. q. 5. Nec mirum. circa fi. ergo & hæc. Si enim essent delusiones, nullus tentaret, vellet experiri, sed potiùs ea sperneret.*

Sol. Ponz.

Reprobatio Sol.

Respondet aduersarius, quòd non sequitur: Deus permittit hæc, ergo illa: quia est arguere à separatis, quod lex non permittit, &c. Addit etiam, quòd satis probantur esse deuoti erga Deum, qui nolunt talia credere verè fieri, vtpotè abominabilia. Sed licèt hoc etiam argumentum parui momenti sit, sua tamen etiam responsio non satisfacit. Non enim vis argumenti in hoc consistit, quòd si hæc vel illa mala permittit aut permisit Deus, sequatur necessariò, quòd ista permittat. Sed quòd sequatur necessariò, quòd ista permittere non est impossibile, aut incredibile, aut indecens, vel contrarium diuinæ sapientiæ, aut iustitiæ, vel misericordiæ, prout putant, qui oppositum conclusionis nostræ cum aduersario dogmatizant. Quòd autem ita de facto eueniat, alijs probamus vijs. Quamuis autem sequatur hoc bonum ex promißione malorum, quòd videlicet probantur deuoti: non tamen propter hoc solum Deus mala permittit, sed multa alia bona elicit ex malis,

vt est

vt est relucentia & integritas diuinæ iustitiæ, punientis peccata personarum singularium, vel etiam vniuersitatum aut principum, talia non punientium. Sæpè enim peccatum permittit Deus in punitionem alterius peccati, secundum illud Apocal. 22, Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Propter diuinam etiam sapientiam & prouidentiam ista contingunt, quia licèt malitia Dæmonum & malignorum hominum sic frenet, vt non tot mala faciant, vel alijs inferant, quot anhelant: suauiter tamen omnia sic deducit, vt libertati operantium non inferat iniuriam. Deuoti autem, & verè Dei fideles magis apparent & sunt, qui oblatas sibi maximas voluptates, & singulares curiositates respuunt, ne à Deo vero recedentes, vel in minimo Diabolo, animarum nostrarum hosti consentiant, aut sacrosanctæ fidei abrenuncient & Baptismo, quàm qui talia tam rationabiliter asserta credere nolunt. Ostendunt enim isti se viribus spiritualibus esse sic destitutos, ita se carnalibus mancipatos & deditos, sic in fide instabiles, quòd si putarent ista esse vera, se continere non possent, quin ea molirentur, & satagerent experiri, ita, quòd potiùs vellent fidei & Baptismo abrenunciare, quàm ab his voluptatibus alienos fieri. Si ista etiam ideò non essent credenda, quia sunt abominabilia, minùs essent credenda maleficia pessima, quæ dicuntur fieri à pessimis itidem, & sceleratissimis hominibus opere Diaboli suffultis, & essent indeuoti sacri Theologi, qui hæc & illa pariter docent, Domino permittente con-

tingere, deuotionemq́ ab hoc viro quærerent adipisci. Vtinam ex hoc ostenderet se magis indeuotum, imperfectum & imbecillem virtutibus & spiritu, tali timore nolens ea credere, quæ tot assertionibus comprobantur accidere. Quinimò suæ huic imperfectioni, nec non ignorantiæ, labem pessimam præsumptionis apponit, & iniustæ suspeaq́ de fide persecutionis in inquisitionis officium macula sordidatur. Deuotissimi sunt, & fidelissimi Christi milites, nobiles & principes, qui audientes talia fieri in vituperium Christi, & fidei Catholicæ: & cognoscentes, quòd id verè contingere, non sine ratione sacri Theologi affirmant, quorum principaliter interest ista cognoscere, eisq́ facilè credentes, ita in his, sicut in alijs pluribus, quæ facultatem illorum excedunt, fauorem omnem & auxilium, quoad possunt, impendunt, vt tale sceleratissimorum hominum genus extirpetur, longeq́ à Christianorum finibus propellatur. Econtrà imprudentissimi, indeuotissimi, vel etiam infideles sunt, qui ea, quæ credenda sunt, non credunt. Et quod magis dolendum est, persequentibus inimicos Christi, viribus corporeis, vel etiam literalibus se opponunt, exponentes se (licèt contra intentionem suam) maximo periculo, quòd censeantur manifesti fautores hæreticorum: & consequenter, quòd ab Inquisitoribus meritò molestentur. Et quòd non moueantur nonnulli ex deuotione, quam fingunt, hoc est euidentissimum indicium, quod pecunijs acceptis vel promissis, vel amore carnali, aut æmulatione & inani glo-

Persecutio Inquisitorum.

ni gloria plurimi persecutionem Inquisitoribus excitant. Sed Patres Inquisitores, si solum DEVM timuerint, fideique zelo acti officium, quod sibi ex præcepto sanctæ matris Ecclesiæ sub censuris diligenter perficiendum incumbit, inuictè prosequentur: etiam hos persecutores, qui potissima causa sunt, quòd pestis hæc inualescat, & innumera multitudo animarum pereat, à Christi fidelium consortio, quasi lupos acerbunt ab ouium grege.

CAPVT IX.

Quatuor rationes infirmæ seriosè recensentur cum solutionibus Ponz. magis deficientibus.

SEXTA pro veritate ratio talis est: Hæc opinio est affirmatiua, ergo probabilior, quia qui negat, nihil ponit, & negatiua est non ens: & ideò improbabilis, quia non potest directò sensui subiacere, quia entium sunt sensus non autem non entium: secundum Philosophum, 2. de anima. Respondet aduersarius, quòd in criminalibus non minùs creditur negantibus, quàm affirmantibus. Præ. hæc pars habet præsumptionem iuris, imò iure probatur in cap. Episcopi. Item negatiua probatur, eo ipso, quòd affirmatiua opposita non probatur. Sed licèt etiam ista præmissa ratio futilis sit, nec ab aliquo sapiente inducatur, sed solùm fortè ab æmulis, vt ex debilitate rationum, quibus videatur opinio nostra fulciri, suspecta meritò de veritate reddatur, imò derisibilis appareat.

Ratio 6.

Negatiua est non ens.

Sol Ponz. Non entium non sunt sensus.

Reprobat. Solut.

reat. Nihilominùs eam etiam aduersarius malè dissoluit, quia falsum est primò, quòd opinio contraria habeat suspicionem iuris, vel probationem in dict. cap. Episcopi. vt sæpiùs est ostensum. Derisibile est etiam dicere, quòd vniuersaliter verum sit, negatiuam probari, si opposita affirmatiua non probetur. Aliàs si non probaretur, quòd Rex Franciæ sederet, ex hoc ipso probatum esset, quòd non sederet: & sic de alijs. Est tamen hoc verum acceptandum in fauorem Rei, in iudicijs. Statur enim negationi eius, si aliter affirmatio non probetur per testes. Sed in proposito sunt inuictissimæ probationes, & clarissima indicia pro affirmatiua, & opposita negatiua à nullo sapiente probari potest.

Ratio 7. Septima ratio talis est: Præsumitur potiùs veritas, quàm fictio, l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. Respondet aduersarius, quòd magis vrget, vt hæc extimentur ficta, quia procedunt à Diabolo deceptore, & mendace. arg. in d. c. Episcop. Sed quamuis hæc quoque ratio efficax non sit, nihilominùs falsa est illatio aduersarij, quòd ideò hæc extimanda sint ficta, quia procedunt à deceptore. Dictum est enim suprà, quòd qui propterea quòd Diabolus est deceptor, & habet mille nocendi modos, putaret Diabolum nunquam veritatem dicere, aut quicquam verè facere, vel fecisse, esset hæreticus, quia hoc repugnat sacris literis. Maleficia etiam vera, eius malitia illata, idipsum comprobant. Quæ etiam narrantur, non omnia per Diabolum fiunt, aut perficiuntur, sed ab hominibus,

(margin: So. Ponzini. — Reprobat. Solut.)

bus, & per homines, vt clarum est.

Octaua ratio in fauorem veritatis inducta, talis est: Diabolus contradicit honori Dei, & fidei, quantum potest: vnde procurat, quòd verè & realiter fiant opprobria fidei, conculcando realiter crucem, &c. magis quàm fictitiè, & in somnis, &c. Respondet aduersarius, quòd per illa soluitur hoc argumentum, quæ dicta sunt suprà ad quartum. Sufficit enim Diabolo, quòd adoretur in dono, &c. Sed licèt hoc argumentum non arguat factum, sed maiorem probabilitatem facti veri, quàm illusorij: sua tamen responsio suprà etiam euacuata est, quam dedit ad quartũ. Non enim sufficit Diabolo, adorari simpliciter: sed ex superbia sua appetit similis esse DEO, & adorari vt Deus publicè, & coram multitudine quantum potest. Non respondet etiam aduersarius ad motiuum de affectato per Diabolum reali, & non phantastico contemptu Christi, & fidei, & sacramentorum. In somnis enim accidens talis contemptus non imputatur per se ad peccatum. Maius est etiam opprobrium, publicè Christum contemnere, quàm seorsum in domibus, & à paucis similia fieri etiam vigilantibus. Magis autem odit Christum Diabolus, quàm omnis alia creatura quemcunque inimicum: vnde maximam in eum confusionem procurat, quantum potest. Et eò potissimè, cùm ex tali publico contemptu maior sequatur animarum ruina, quàm tota intentione desiderat, & omni qua potest malitia procurat.

Ratio 8.

Responsio Ponzin.

Reprobat. Solutio.

Ratio ad idem nona talis est: contrariorum est eadem Ratio 9.

dem disciplina: ergo sicut publicè abrenunciatur Diabolo in Baptismo, ita vult sibi publicè homagium fieri, & Christi fidei atque Baptismo abrenunciari. Eadem enim solennitas debet interuenire in dissoluendo, quæ in conficiendo. Respondet aduersarius, quòd Diabolus non curat de forma fiendi, dummodò inducat ad factum, scilicet ad peccatum, & ad interitum hominis consequenter. Nec ad substantiam Baptismi requiritur illa solennitas, & c. Similiter non omne destruitur eo modo, quo colligitur, l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. in glos. Nec reijcitur quis à communione fidelium eo modo, quo recipitur: quod patet per comparationem Baptismi ad anathema. Argumentum ergo remanet sublatum, quia ad tollendum argumentum sufficit dare instantiam. 1. q. 4. c. sicut vrgeri & 9. Ethic. Sed sicut præcedens, ita & hoc argumentum non concludit, nisi maiorem probabilitatem, quam non tollit responsio aduersarij. Et primò patet ex dictis, quare Diabolus non satiatur de quocunque modo contemptus Dei, & diuinorum, & ruinæ hominum. Secundò patet, quòd licèt ad substantiam Baptismi non requiratur illa solennitas: præcipit tamen eam Ecclesia, vt conuenientem: quia fit, quasi quoddam matrimonium animæ cum Christo, quod debet publicè fieri, non minus quàm matrimonij carnalis contractio. Et etiam quædam fidelitatis iuratio facta sommo Principi, votumq; solemne factum Deo, quæ omnia reguraliter requirunt solennitatem multitudinis, quæq; suo modo ergo præ superbia,

Solut. Ponz.

Reprobat. Ponzin.

bia, cùm Diabolus appetat Dei similitudinem, appetit consequenter quòd homagium sibi, & apostasia à Christo publicè fiant. Nec est bona instantia illa: nam excommunicatio & anathematizatio publicè fit, & cùm solennitate extinguendo, ac ad terram proijciendo, candelas in Ecclesia publica per Sacerdotes, vestibus sacerdotalibus indutos, &c. Sicut etiam cum solemnitate multiplici fit ordinatio clericorum, ita & degradatio pariter, seu depositio à statu clericali fit cum solennitate. Et si aliqua instantia alia dabitur, non erit in similibus: & ideò non tollet probabilitatem argumenti.

CAP. X.

Ratio decima ex d. c. Episcopi. fundamenta sumens, malè soluitur ab aduersario.

Ratio decima ad idem talis est: Capitulum Episcopi. huic positioni non repugnat: ergo nihil obstat, quin ista credi debeant. Assumptum patet: tum quia loquitur in alia secta, vtpotè existimantium aliquid diuinitatis esse extra vnum Deum: & quod bestiæ super quas ferebantur, essent factæ ab alio, quàm à Deo: quæ duo ab his non dicuntur, imò tenent tam bestias eas portantes, quàm principem apparentem, cui obediunt, Dæmones esse sic transformatos. Vnde propter hoc, quòd ista credant se portari, non incidunt in terrorem, quasi credentes illis similia, &c. Respondet autem aduersarius, quòd Ratio 10. Responsio Ponzin.

quòd intellectus, quem ipse attulit suprà in dicto capitulo, & per quem ista euacuantur, videtur amicus literæ, & rationabilior, & magis fauere animabus, quia si pars contraria esset vera, inuitarentur quotammodò omnes ad malos appetitus, à quibus remouentur prædicando, quòd sint falsa. Et propter hoc emanauit fortè dispositio illius capituli. Dubia autem debent benigniorem interpretationem accipere. Istæ quoq; sectæ similes sunt, quia mulieres istæ sicut illæ aliquid diuinitatis Dæmoni attribuunt, cùm illum adorent, sicut illæ Dianam, &c. Sed licèt ratio inducta non habeat propriè vim argumenti, sed magis responsionis ad obiectionem, quæ fit per dicta capituli illius: nihilominùs eo modo, quo illationem habet, malè soluitur ab isto homine. Et suprà clarissimè ostensum est, suum intellectum in d. c. esse falsum, nec fauere, sed magis nocere animabus, & esse causam maximæ ruinæ in Christi fidelibus, & in tota Ecclesia Dei. Nec inueniuntur, nisi sceleratissimi homines, & semi infideles, qui facilè possint ad illa trahi, auditis opprobrijs contra Christum, atq; res sanctas in tali conuentu factas. Benignior quoque pars est, veritatem agnitam prædicare, quàm impugnare, nisi quis benignitatem appellet peccare in Spiritum sanctum. Pium est, Christi Zelari fidem, ne minimum quid in mundo inueniatur ei aduersum. Et impium cæca mente tot iniurias in Christum ritè prolatas, non curare, & quasi sint illusiones, nolle attendere. Si enim audiretur, quòd in tali maligno conuentu

Reprobat.

uentu

uentu fierent coniurationes contra Principem vel libertatem, etiamsi vnus solus testis & fœmina esset, aut puer, sufficeret apud istos, qui communiter assetatores sunt Principum, ad inquirendum, torquendum, damnandum, &c. Iustior est interpretatio, quæ mouet Christi deuotos & fideles, fidem Christi ab omnibus hostibus eius, eorumq́ fautorib. defensare, quàm quæ mouet ad inferendum bellum Inquisitoribus, & molestam rem Christi agentibus. Tutissima pars est, animarum periculis obuiare, & magis corpora iniquorum horum in interitum dare, quàm in populo scandalum, & vtriusq; hominis ruinam imminĕtem, quasi somnia floccifacere. Quòd verò addit, sectam hanc esse similem illi, quia & istæ dæmonem adorant, &c. Respondemus, quòd licèt istæ aliqua signa diuinitatis Dæmoni attribuant, non tamen putant illum esse Deum, sed semper cognoscunt atq; fatentur illum esse Dæmonem: & quòd à Deo vero recedant, Dæmoni obsequantur, solum prouenit, vt obtineant commoda. Vnde non sunt propriè paganorum errore detentæ istæ mulieres, aut idololatriæ, sicut illæ erant, quæ putabant fœminas illas esse conuersas in Deas, quibus & diuinitati debitum honorem ob hoc exhibebant, atq; cultum: licèt & istæ iudicentur propter prædicta, vt hæreticæ, quia à fide apostatarunt, & Diabolo homagium de corpore & anima sua fecerunt. Et latria soli Deo debita, eum veneratæ sunt. Et hæc sufficiant contra responsiones aduersarij, ad rationes pro conclusione nostra ab eodem inductas.

Expli-

Explicit Apologia secunda, de Lamijs, incipit tertia.

POstquam igitur ostendimus tam rationes aduersarij, contra nos inductas, quàm responsiones eius ad rationes nostras à veritate deuiare: consequenter ostendendum est vltimò, quòd conclusiones etiam eius ex prædictis rationibus & solutionibus deducta, falsa sunt omnes. Quarum hac est prima:

CAP. I.

Conclusiones tres, quibus negat Ponzinibius striges abuti sacramentis, insidiari pueris, ac eosdem occidere: Diabolum insuper incubum vel succubum esse, reprobantur.

Prima conclusio falsa. Reprobat.

MVlieres ista non portant corpus Christi ad ludum, nec alia obscœna faciunt, qua in processibus Inquisitorum continentur. Sed dicitur, quòd sicut conclusio ista ex hac falsitate sequitur, quòd non portentur hæ mulieres aut viri corporaliter ad ludum, ita etiam in se falsa est. Et rerum euentus hoc ostendunt: quia comprobantur per testes & per confessiones, tam dantium, quàm accipientium sacras hostias, quod in vigilia illas accipiunt, domi portant, & manè sequenti nocte cursus, qua dicunt eas portare, & in loco cursus vituperijs affectas relinquere, non inueniunt eas in capsa vel in domo,

De sancta Hostia ad Diabolicum conuentum portata.

domo, quæ easdem serò habebant: ergò non somniarunt se eas portasset, quia inuenirent eas manè in manu, vel in capsa sua, sed verè portarunt. Pleni sunt autem horum processus Inquisitorum, quibus nolle fidem præstare, fatui hominis potiùs est, quàm proterui, vel ignorantis, &c.

Non est verum, quòd ingrediantur nocte domos ad strigiandum pueros. Quod etiam non videtur verisimile ea ratione: quoniam scriptum est, quòd Deus iustus non patitur quenquam iniustè noceri. cap. secundum Apostolicam. Item, quia cuilibet datus est Angelus bonus, etiam ab vtero matris, vt cohibeat malitiam angeli mali. 2. distinct. 12. quæst. 2. artic. 5. Item, quia (vt dictum est) potestas Dæmonis adempta est per aduentum Saluatoris. Item, quia aliàs vita & mors hominis esset in potestate Dæmonis, & malarum personarum.

Secunda conclusio falsa.

De Angelo cuilibet ab vtero matris dato.

Quòd autem inueniantur strigari paruuli, hoc non est prædicto modo, sed alio, scilicet per incantationes, & maleficia, vel etiam naturaliter per oculos vrentes.

Sed dicitur, quòd falsam esse conclusionem hanc, infinitæ comprobarunt experientiæ, de quibus aliquas in præmisso opere de strigibus, ad veritatem suadendam induxi, ostendens pariter quomodo censendum sit, id esse possibile vel impossibile. Et quòd addit, DEVM non permittere quenquam iniustè nocere, si nihil aliud addatur, est falsissimum periculosumque in fide. Alias nullum nocumentum ab homine

Reprobat.

An Deus non permittat iniqua.

mine illatum esset iniustum. Et sic homicidæ ac fures & id genus flagitiosi homines non essent iniusti, quo nullus nisi fortè talis diceret. Sed bene verũ est, quò talia non permittit Deus, quin etiam puniat: vel nullum permittit pati iniustè, ex parte patientis, & i ordine ad Deum: quia nullus patitur, nisi pro aliq demerito, seu culpa, qua Deus offensus est, culpa, in quam, sua vel alterius, quam potest quis, vt suam p proprias passiones facere coactus, vel voluntariè. Si ut præ alijs omnibus Christus pro nobis passus est, voluntariéue agnus innocentissimus, licèt ex parte Iudæorum fuerit iniustissima talis passionis illatio. Similiter alij Sancti charitate fragrantes, sæpè pro peccatis aliorum pœnitentiam agunt. Sunt etiam omn pœnæ iustè à Deo permissæ, infligi hominibus meri peccati orginalis: quas pœnas pro orginali solùm inflictas, Deus in bonum patientis semper conuertit, sit doli capax, & patienter propter Deum sustineat Si autem non sint doli capaces, qui patiuntur, ced eorum pœna in exaltationem diuinæ iustitiæ: & etiam in exaltationem diuinæ sapientiæ, qua iustiti originali propter peccata primorum parentum sub lata, reliquit corpus nostrum, & quicquid in nobi passiuum est in sua naturali conditione, qua compo situm ex contrarijs, naturaliter alterari possit, atqu corrumpi. Punit præterea paruulos Deus, & similite alios quoscunq; propter peccata parentũ. Visitat enim Deus peccata patrũ in filios, vsq; in tertiam & quartam generationem, Exo. 20. Similiter Dominus ac prælati

lati propter peccata subditorum, & ecõuerso sæpius puniuntur, & præsertim si vnus sit alterius causa, vel imitator in scelere. Quòd verò addit, cuilibet homini datum angelum ad custodiam esse, verum est: sed ex hoc non sequitur, neque necessarium ob hoc est, vt Diabolo resistat in omnibus aut semper. Alias nullus periret in anima vel in corpore per Diaboli nequitiam immediatè cooperantem præter cõmunem naturæ cursum: quod quidem falsissimũ comprobatur, si his quæ passim in mundo referuntur contingere, credendũ est. Inscrutabilia sunt iudicia Dei. Iustissimè permittit multa mala fieri per Dæmones, non obstante regulari custodia bonorum Angelorum, quibus quandoq; innotescit q̃ non est pro tunc voluntas Dei q̃ malo Angelo resistant, sed potius vt permittant illius expleri satiariq; malitiam. Quorũ tamen euentuum, qui quandoq; sunt horrendi & miserabiles causam homines non videntes, supra modum admirantur. Sic fertur his temporibus accidisse mulierem præ desperatione quòd à viro despiceretur, commendantem se Diabolo, ab eodem protinus occidi, dum facta per eum fallaci pmissione, quod eidẽ ad vota succurreret, illa donauit animam propriam eidem poscenti. Extimandum est.n. illam in peccatorum tale profundũ fuisse demersam, vt mereretur ex tunc omni angelico destitui præsidio, ac Diabolicæ potestati totaliter relinqui. Occideret aũt Diabolus omnes peccatores statim, si posset: sed à bono angelo iuxta diuinam miserationem plurimi, & vt in pluribus, defenduntur, vsq; ad tempus diuinæ sapientiæ soli præcognitum. Expectat enim nos Deus (inquit

Propheta vt misereatur nostri. Quando verò completas nouit iniquitates impiorum, secundum quod suam misericordiam decet atque iustitiam, destitutos auxilio suo, Diaboli sæuitiæ puniendos tradit. Quòd verò repetit iste Dæmonis potestatem ademptam esse per Saluatoris aduentum, suprà declaratum est, quomodo ad sensum suum, falsum est & hæreticum, & quod in vero sensu nõ militat contra nos, nec oportet repetere. Aliud ẽt quod addit, quasi magnum incõueniens, ꝙ videlicet aliàs vita nostra & mors esset in potestate Dæmonis, & malarũ personarum in virtute eius, non est verum sic absolutè sequi, semper esse vitam & mortem hoĩum in Dæmonis potestate. Sed benè sequitur, ꝙ aliquãdo, & respectu alicuius, & hoc non nisi ex iustißima Dei permißione, vt suprà deductũ est. Cur etiam Deus innocentes in se pueros aliquãdo permittat à strigib. occidi vel lamiari, plures in nostro opere rationes aßignauimus, quos ẽt si parentes vespere signo crucis cõmunirent ac Domino precibus commendarent, nil mali nocte illa proculdubio paterentur, defendente eos angelo bono sibi ad custodiam delegato. Quòd verò addit, pueros per alia maleficia strigiari, contra se ipsum iam pugnat. Neque enim maleficia sortiuntur effectum, nisi per speciale Diaboli operantis aut cooperantis auxilium, vt notum est scientibus, quid hæc important. Prædictis aũt non obstat infici quandoque paruulos perurentes vetularum oculos, cuius euentus etiam reddidimus causam in opere nostro. Sed vltra prædictos modos maleficiantur etiam & occiduntur à strigibus modis in eodem opere explicatis.

Perurentes vetularum oculi inficiunt infantes.

Et sicut non nisi iustè permittit Deus innocentes maleficijs perire, ita debet concedere Aduersarius, quod & à strigibus destruantur non nisi iusta Dei permißione. Sed de his satis dictum est in superioribus.

Firma stat sententia Archiepiscopi Florentini, secūda parte tit. de luxuria. ca. 4. ibi. Quo ad secundum, dicentis ex compendio Theologiæ, quòd cùm Diabolus inducit ad vitium contra naturam, aufugit, propter nobilitatem suæ naturæ abominans tantum scelus. Infert autem Aduersarius ex hoc, falsum esse quod affirmant striges, videlicet quòd Diabolus sit eis incubus aut succubus cōtra naturam: licet videatur mirum, quòd Diabolus sic fugiat, cùm sit nefandißimus, &c. sed potest (inquit) dici, quod non fugit, nisi quando videt sic incēsos homines, quòd omnino peccabunt, illo etiam non vlterius instigante. Sed dictum Archiepiscopi licet in nullo sacræ scripturæ loco fundamentum veritatis assumat, saluari tamen potest, non obstante veritate eorum, quæ dicuntur à strigibus. Neque loquuntur authores illi, nisi de peccato contra naturam inter homines perpetrato. quod magis abhorret Diabolus, quia non solùm est contra ordinationem & rectitudinem moralem vt alia peccata, sed etiam contra naturalem: & ideò secundum genus est sibi ex hoc contrarium, qui naturalia in Dæmonibus remanserunt splendida post peccatū, secundum Diony. Vbi ergo potest sine sui præsentia peccatum hoc fieri, inducit quidem vt fiat propter inordinationem moralem, cuius ipse caput & autor est. Fugit autem in facto propter nobilitatem suæ naturæ,

Cōclusio tertia falsa.
Sathan abominatur scelus contra naturam.

Reprobat.

cui consequenter contrariatur omne quod contra naturam est. Sicut autem propter inordinationem primi peccati sui obtenebratus est intellectus angeli, & fœtatus affectus, quo ad ea etiam in quæ naturaliter per tales potentias inclinatur, vt omnia à se intellecta nec non & desiderata, in malum finem ordinet, superante malitia naturam elegantem, ita vbi sine sui præsentia non potest ad vitium quòd abhorret inducere, aut non aequè citò vel facilè, ne dum se præsentem verumetiam cooperatorem esse prælegit, vt suæ malitiæ ac inuidiæ contra homines (hoc ipsum Deo Opt. non nisi iustißimè permittente) satisfaciat, quàm velit naturæ suæ protunc dignitatem attēdere, aut eidem non iniuriam quotamodo facere. Credo ꝙ *Aduersarius dicet, has mulieres quando talia patiuntur, etiam somniare. O Virilem considerationem. Dari autem succubos & incubos spiritus, in nostro primo opere attestationibus sanctorum Doctorum comprobatum est, ita vt Augustinus talia negantes, iudicet impudentes.*

CAPIT. III.

Non admittendas striges cōtra striges in testes, & ob id Inquisitorum processus esse infirmos, quod duabus conclusionibus Ponzi. complectitur, reprobatur.

Conclusio quarta falsa.

NOn sunt ergo admittendi tales testes, non obstante. c. In fauorem, de hær. in 6. cùm sint personæ delusæ: & dicta eorum procedant ab his qui per homines deceptos, alios quotidie decipere gestiunt. 26. quæst. 2. ca. Qui sine Saluatore. quæst. 5. c. Nec mirum, & etiam

qui-

quia hoc modo Dæmone illudente possent boni & iusti accusari, cùm Dæmon se transfiguret in diuersas personarum species, & eas ostendat. dict. cap. Episcopi. Imò omnibus tam contra se, quàm contra alios de huiusmodi deponentibus vel testificantibus, aut certè confitentibus, credendum est, dummodo non deprehendantur capitales inimici, vel in alijs insanire, vt in opusculo nostro deductum est, non obstante aliqua illusione, quæ in talibus sæpius interuenit. In principalibus enim propter quæ deprehenduntur apostatæ vel hæretici, non illuduntur. Sicut in abrenunciatione fidei & baptismi, in abusione sacramentorum, in homagio facto Diabolo, & alijs pluribus nefandissimis. Quòd verò additur, quòd possunt iusti & innocentes accusari per cap. Episcopi. Respondetur primò, quòd cap. non loquitur de ista secta, vt sæpius dictum est. Secundò, quòd licet Diabolus quoad suam potẽtiam naturalem posset figuram personarum etiam innocentum assumere, illasq́; quasi præsentes in ludo illo præferre non est tamen credendum, quòd Deus id permittat, nisi fortè tales personæ ẽt si non pro tunc, aliâs tamen fuissent præsentes. Posset enim iustè id Deus permittere, vt de facto præterito punirentur, quòd sic accusatæ, & ad quæstiones appositæ confiteri iam cogerentur. Non est etiam sine tali excusatione facti, hoc putãdum esse, quasi impossibile absolutè, vel etiam ordinariè, quòd videlicet Deus permittat aliquos etiam innocentes accusari, occulto aliquo suo iudicio: sicut & in alijs criminibus diuina permissione quandoque innocentes etiam accusantur, atque damnantur ab homi-

Reprobatio.

nibus ex ignorantia excusabili, vel etiam ex malitia. Tales tamen si fuerunt amici Dei, suam innocentiam tādem manifestam facient, aut in bonum eorum cedet, quicquid contra iustitiam patientur, puta in remissionem peccatorum, & in præmiorum cumulum propter patientiam. Id tamen non nisi rarissimè Deum permittere, proculdubio credendum est. Et deprehendi facilè posset delusio, qn̄ postmodum in vigilia non conuenirent cum alijs in dictis & factis, quæ contigisse referrentur in ludo. Non est autem ob hoc omittendum iudicium contra tales, quando iuridicè deponuntur, aut accusantur nisi expressè deprehenderetur illorum innocētia ex modo respondendi, quod prudentiæ Iudicum relinquendum est. Si .n. simpliciter ex hoc motiuo dimitteretur iudicij prosecutio contra tales, par ratio esset vt etiam contra innocentes iudiciario ordine facta iudicia vniuersaliter essent damnanda: quod est falsum, cum iura supponant imò decernant, quod si iudex solus etiam pro certo sciret innocentem aliquem accusari, quando non posset innocentiam illius aduersus allegata probataq; defendere, non deberet iustitiam petentibus denegare, & accusatum absoluere. Si conclusio ergo prædicta procederet, vel prætacta pro illa ratio efficaciam haberet, omnia iudicia circa cætera quoq; crimina deberēt auferri, eò, q̄ plerunque interueniant iniustitiæ, multaque falsitates, quinimo totius mundi decentissimus à Deo constitutus ordo violandus esset, vel ex toto tollendus: ex eo, quòd aliqua fieri contingunt contra, vel præter rerum naturam, vt monstra. Hæc igitur cum absurda

sint

sint, eò, quòd propter ea, quæ contingunt, vt in paucioribus & per accidens, non est regularis ordo violandus, siue mutandus, patet quòd propter hoc etiam quod infertur, si quandoque contingeret, non sunt minus credenda vel iudicanda, quæ deponuntur contra striges, aut referuntur ab eis, imò sunt omni studio & seueritate funditus extirpanda, quando ex hoc ipso deprehendantur esse magis periculosa, quod sunt magis occulta, & ob hoc facilè remedium adhiberi non poßit.

CAPIT. IIII.

Vbi aduersarius iudicandus venit atque damnandus, alios gestit procacißimis damnare verbis.

INquisitores debent facere abiurare illam opinionem, quòd eatur ad ipsum ludum, seu quòd portantur personæ de loco ad locum in corpore: & verè, cum talis opinio sit reprobata: quod puto notandum. O miram viri præsumptionem, ô detestandam insaniam. Non abiurantur coram Inquisitoribus, nisi hæreses: non abiurant nisi hæretici. Ergo ne hæresis erit illa opinio, quam Domini Inquisitores defendunt, & secundum eam iudicant extrema damnatione dignos fidei inimicos, quam illustres Theologi, nec non Canonistæ veram & Catholicam esse probant? O extremam viri stoliditatem. A quo reprobata est hæc opinio? nónne ab vno solo sic delirante Iurista, vt omnes sapientes Theologos ad risum prouocet reprobatio eius? Theologi igitur omnes, imò iudices ipsi domini Inquisitores totius Italiæ, Franciæ, Germaniæ, Hispaniæ, qui huius opinionis sunt, &

Conclusio quinta falsa & execrabilis.

Reprobatio.

ſecundum eam inuictè defendunt Chriſti fidem, peſtiferos apoſtatas è medio tollentes, coram Inquiſitoribus adiurabunt? Quis autem erit in cauſa fidei iudex, ſi iudices ipſi iudicandi veniunt? Certè bonum iam erit, vt S.D.N. conſtituat hunc præclarum virum iudicem vniuerſalem contra Inquiſitores. Sed melius eſt, vt ſui ſaluti conſulentes Inquiſitores, hunc virum de hæreſi ex hoc ſuſpectum, quod opinionem reprobat, quæ firmitatem ſuſcipit ex ſacris literis Pontificumq́; decretis; in multis etiam deprehenſum à veritate fidei in hoc ſuo opere deuiare, præoccupent: & contra eum citò procedant tanquam de hæreſi vehementer ſuſpectum, nec nõ hæreticorum fautorem, defenſorem, ac pro modulo ſuo ſanctiſsimi officij fidei impeditorem publiceq́; (niſi humilietur) dehoneſtatum, omnem hæreſim & fautoriam abiurare faciant, quando redire ad Eccleſiæ gremium voluerit; vel certè obſtinatum tradant brachio ſeculari: vel etiam damnent, & igni, publico iudicio, tradant eius hoc opus ignorantiæ plenum, & infidelitate refertum. Ne fortè ſi fuerint negligentes, plures patiantur ei ſimiles aduerſarios. Non poſſum non obſtupeſcere, quando magis attendo concluſionis huius, imò authoris eius ſtultitiam. Si verum eſſet, quod dicit iſte Miſellus, Papa quoq; cùm faueat Inquiſitoribus contra tales, Epiſcopi, eorumq́; vicarij, cùm ſint coniudices, Doctores quoque & omnes conſiliarij concurrentes ad damnationem talium apoſtatarum, deberent hanc hæreſim abiurare: & iſte ſolus, qui has ineptias inuexit, fidelis erit, imò adiurantium Iudex, & abiurationes ipſe indicet

indicet atque recipiet. Hæc ab omnibus notari profectò debent, & inter omnia dogmata peßimum censeri.

CAPIT. V.

Aduocandos esse Iuristas ad Inquisitorum processus formandos & perficiendos, quod Ponzinib. septima conclusione nititur suadere, reprobatur.

POstquam scientia nostra est conferens ad disputationes Theologales, maximè vbi agitur de executione iustitiæ, Doctores iuris sunt vocandi, vt aßistant proceßibus Inquisitorum ac examinationibus & quæstionibus. Ipsi enim sunt tractatores criminalium, & non post perfectum processum differatur eorum vocatio. Et sic obseruari debent constitutiones ca. Vt commißi, &c. fin. de hæretic. in 6. cum concor. Conclusio sexta falsa. *Ergo ne sancta mater Ecclesia, quæ determinat, quod solùm semel & in fine iudicij debent sibi inuicem iudices fidei communicare processus, vt patet in extraua. Bened. 11. Ex eod. & explicare per totum coram Episcopo, vel eius Vicario, si Inquisitor, vel eius Vicarius procedit, vel econtra, si Episcopus procedit, vel eius Vicarius, vocatis tunc peritis in Iure & Theologia, iuxta quod iubetur in dict. cap. Vt commißi, &c. Statuta. de hæret. in 6. errauit & debuerat iniungere Inquisitoribus ne sine Doctorum præsentia & consensu quicquam iudicialiter attentare præsumerent? O præsumptionem peßimam. Nunquid igitur cùm opus fuerit strigem examinare, patres Inquisitores totum collegium Iuristarum tenebuntur aduocare, qui secundum iura neq; coniudicem ad hæc vocare* Reprobatio.

 tenen-

Iureconsulti conferunt leges ad disputationes Theologales.

tenentur? Quòd leges conferant ad aliquas, non autem ad omnes disputationes Theologales, *concedimus, & ad illas conferunt non nisi ancillarum more subseruiendo. Hic autem homo vult esse iudex & censor* Theologorum. *Tractatores sunt iuristæ criminalium ciuilium, non autem spiritualium, quale crimen est hæresis. Sed* Theologi *non solùm sunt horum criminum primi tractatores: verùm etiam iudices & exterminatores.* Non *sic arctauit* Inquisitores Ecclesia, *vt teneantur peritorum, quos aduocauerint, consilium sequi. Sed honorē dedit eorum officio, vt more principum iudicantium sic habeant consiliarios & assessores, vt in eorum tamen sit potestate cum suo collega pro arbitrio proprio ferre sententiam. Modos etiam proprios habent* Inquisitores *in procedendo, variasque pœnitentiæ imponendæ consuetudines, quarum sæpenumero ignari sunt* Iuristæ. *Et ob hoc sæpè contingit eos esse impedimento* Inquisitionis *officio,* Inquisitoribusque *molestos, dum conantur eos artare ad communem modum examinandi testes, aut reum: licet in hoc qui sunt prudentiores communiter remittant ad ipsos* Inquisitores, *vt sic etiam collegæ (vt par est) mutuo sibijnuicem deferant: &* Doctores *eisdem (sicut ipse expertus sum) obsequentissimos se gratis præstent zelo fidei, quam communiter (vt decet viros* Christianos*) inuictè tuemur. Et hæc dicta sint ad conclusiones erroneas* Aduersarij, *qui patribus* Inquisitoribus *obsequiosum se non præstitit, sed potius odiosum atque infensum, prouocans etiam alios sibi similes his suis scriptis, vt idem attentare non vereantur. Sed comperta*

Inquisitores debent more principum iudicare.

Proprios modos procedendi Inquisitorū non assequuntur iuristæ.

nunc

nunc per hæc nostra opuscula talium scriptorum illius & opinionum vanitate, spero quòd tam ipse quàm alij resipiscent, & ad propria studia oculos, manus, calamũque conuertent.

Explicit Apologia tertia de Lamijs. Incipit Quarta.

Vnum Oltradi apud quosdam Iuristas famosum dictum de Lamijs reprobatur.

Positis autem prædictis conclusionibus suis in prædicto tertio tractatu suo, Aduersarius subnectit alias 26. conclusiones seu regulas vel dicta, tã ex doctrina Oltradi famosissimi Doctoris, quàm ex propria officina. Quibus examinatis, nil falsitatis circa eas impugnare pro nunc occurrit, nisi vnum quod refert in 16. cõclusione ex consilio Oltradi 210. Hoc, inquam, quod non omnis inuocatio Dæmonum sapit hæresim manifestam, sed solum ea, qua Dæmon inuocatur vt faciat, quæ non sunt ei propria sed creatori, puta, ad prænũciandum futura: non autem si inuocetur ad faciendum ea, quæ non excedunt eius propriam facultatem, puta, ad tentandum fœminas de venereis & huiusmodi. Nisi fortè, inquit, fieret & hoc per modum adorationis, secus per modum imperij. Sed deceptus est Oltradus, & omnis qui eum sequitur in hoc passu, putans, quòd talis inuocatio, ad ea etiam, quæ sunt Dæmoni propria, quia non sapit hanc hæresim manifestam, quod videlicet insinuet ex facto illo, esse aliquid Dæmoni attribuendum, quod non est Dæmoni proprium, puta, futura cognoscere, ideò nullã

Opinio Oltradi.

Nõ omnis inuocatio Dæmonum sapit hæresim.

Reprobat.

sapiat,

sapiat, seu (quod idem est) simpliciter non sapiat hæresim manifestam. Quod est arguere à particulari ad vniuersalem negatiuè, contra regulas Dialecticæ, in proposito sic arguendo: Non sapit hanc hæresim manifestè, ergo non sapit hæresim manifestè. Sicut enim ex hoc, quòd aliquis non est sic homo, puta, Ioannes, non remouetur quin sit homo, poterit enim esse Petrus, ita ex hoc, quòd inuocatio Dæmonum ab ea, quæ sunt Dæmoni propria, non sapit hanc hæresim, quòd attribuatur Dæmoni, quod est Deo proprium, non remouetur, quin sapiat aliam hæresim, vel infidelitatis speciem manifestè. Id autem non aduertit Oldratus: nec mirum, cùm esset purus Iurista, non habens ex propria professione subtilem cognitionem distinctionis hæresum vel specierum infidelitatis, nec præualens iudicare, quibus factis vel dictis talia deprehendantur, quæ ad hæreses propriè spectant, Theologalis enim est hæc discussio, sicut etiam eorum proprium est, de opposito infidelitatis, de sana, inquam, & perfecta fide Christi plenè subtilissimeq; tractare. Dicendum est igitur, secundum sanctos Doctores sacrosqúe Theologos, quòd omnis inuocatio Dæmonum ex hoc sapit hæresim manifestam, quod semper & inseparabiliter habet pactum infidelis amicitiæ cum Dæmone, tacitum vel expressum, verbo vel facto, etiamsi sacrificia desint. Dum enim faciunt homines id, quod à solo Dæmone institutum est fieri sub pacto inito saltem cum primo facti authore ad aliquid consequendum, alij, qui primum in hoc imitantur, & quærunt ex facto illo à Dæmone consequi, quod expetunt, pro-

culdu-

culdubio ratum habent pactum, quod prius interuenit, & sine quo nihil consequi possent ab inuocato Dæmone, & sic conuincuntur pactum tacitum & ipsi habere cum Dæmone. Et quanto magis si aperta voce gestu vel nutu Dæmonem inuocant, eius implorantes auxilium? Habere autem pactum quodcunque tacitum vel expressum cum Dæmone, ad apostasiam pertinet à fide, secundum Aug. & habetur. 26. quæst. 7. cap. Non obseruetis: *& secundum sanctum Thom. in 2. distinct. 7. quæst. 2. artic. 2. quia talia quæ excedunt etiam hominis facultatem (ex hoc enim Dæmonem inuocat homo, quia per se non potest) non sunt expetenda fieri per virtutem Dæmonis, neq; quò ad principium vel medium, neque quò ad complementum operis: sed à nullo, cum mala sunt quæ petantur: vel si bona, à Deo solo, vel eiusdem virtute ab inimicis illius Iuxta illud Isa. 8. Nunquid populus non quærit à Deo visionem pro viuis & mortuis? Vnde inuocando Dæmonem in talibus non tanquam Dei amicum conuincitur ad eum recurrere tanquam ad Deum suum, & habere pacta cum eo infidelis amicitiæ: & consequenter apostatasse à fide. Talis autem apostasia ad hæresim pertinet: imò est omnis infidelitatis grauissima, vt patet per S. Thom. sec. 2. quæst. 22. artic. 1. comprehendens virtualiter omnes hæreses, si simpliciter recedat quis à fide, & cultu veri Dei, & Domini nostri Iesu Christi, Dæmoni adhærendo. Vnde absolutè & sine distinctione omnis inuocatio Dæmonis sapit hæresim manifestè. Sicut absolutè & sine distinctione hoc dicit gloss. in verbo, Saperent. cap. cùm accusatus. de hæret.*

lib. 6. Non est autem apostasia, nec ad hæresim pertinet omnis vocatio Dæmonum, vel familiaritas in loquendo præcipuè cum arreptitijs, etiam si mala sit, neque omne imperium, præcipuè ex parte Dei: quod pertinet ad exorcistas. De ratione enim inuocationis est quædam subiectio, habens annexas preces & cultum inuocantis ad eum, qui inuocatur tanquam ad vltimum refugium in re pro qua fit inuocatio, quem cultum semper obseruant Necromantici & alij tales viri Diabolici, etiam si non quærant à Dæmone consequi, nisi quæ poßibilia sunt illi. Nullus enim negaret quin nefarias preces circa aras idolorum emittere, saperet hæresim manifestè, vt gloss. in eodem verbo confirmat, etiam si taliter operans diceret, se id non fecisse, nisi ad consequendum Dæmoni poßibilia, puta, mulieris amorem. Hoc autem non est, nisi propter pactum tacitum, vel etiam expressum, quem ex hoc facto cum Dæmonibus conuincitur habere, quorum quidem idola plena sunt, & consequenter propter apostasiam. Ergò multò magis, si ipse Dæmon immediatè per se inuocetur, & non mediante idolo, quacunque ratione vel causa. Non est igitur in hoc sequendus Oltradus, vtpotè, qui ad pauca respexit, & præcipuè non considerando, quòd de ratione inuocationis Dæmonis est adoratio: quia cultus est cum subiectione, non referendo ad verum Deum. Inuocare enim in sacra Scriptura, pro actu latriæ sumitur. Vnde gloss. super illud Genes. 4. Iste cœpit inuocare nomen Domini, sic dicit: Inuocare idem est, quod colere & deprecari. Et gloss. super illud Rom. 10. Quicunque inuocauerit nomen

Innocare est actus Latriæ.

Domi-

Domini, saluus erit, dicit: Inuocauerit se subijciendo, & colendo. Et propriè Deo deberi inuocationem patet per illud Isaiæ: Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum, dum propè est. Et in Psal. Inuoca me in die tribulationis. In cuius etiam signum per increpationem dicit Dominus populo repelli & infideli. Iudic. 10. Reliquistis me, & coluistis Deos alienos. Ite & inuocate Deos, quos elegistis, quasi dicat, Deus tantùm inuocari debet. Si ergo illi sunt dij vestri, inuocate eos. Et 3. Reg. 18. Dixit Helias sacerdotibus Baal. Inuocate nomina Deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Dei mei. Vnde patet, quòd inuocatio præcipitur fieri Deo, vt actus latriæ: & hac eadem ratione prohibetur fieri Dæmoni. Et consequenter omnis inuocatio est cum adoratione: nullaqúe cum puro imperio: quia adoratio est de ratione inuocationis, vt dictum est. Si autem per inuocationem ipse communiter accipiat vocationem Dæmonum, impropriè loquitur, & in proposito non interuenit sola vocatio, sed vera inuocatio Dæmonum, eò, quòd antequam Nicromantici ac malefici Dæmonibus imperent, vel eos ad vota cogant, præcedunt varij cultus & obseruationes nefariæ, sapientes apostasiam à fide secundum iuris interpretationem, quod non nisi exteriora dijudicat. Nullo ergo modo est audiendus hoc in loco Oltradus. Sanctis ergo Doctoribus, quibus innititur prædicta gloss. in verbo, Saperent, potius quam Oltrado acquiescendum & adhærendum est. Ex his omnibus patet, quòd determinatio Aduersarij & prædictus eius tractatus, in nullo præualeat cōtra Patres Inquisitores, sed

Omnis inuocatio est cum adoratione.

ſed multis falſitatibus refertus & ineptijs, procul ab omnium ſapientum oculis eſt abijciendus. Et *ſtrigum peſſima ſecta, debet omni conatu per ipſos* Inquiſitores *procul omni timore fugari ac exterminari, ad fidei defenſionem, &* Domini *noſtri* Ieſu Chriſti *laudem, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum,* Amen.

FINIS.

Edita ſunt hæc Opera, Anno DOMINI M. D. XXV. Per R. in CHRISTO Patrem F. Bartholomæum Spineum Piſanum, Sacræ Theologiæ Doctorem, Ordinis Prædicatorum Vitæ Regularis.



INDEX

INDEX RERVM MEMORABILIVM QVÆ IN HOC Opere continentur.

A.

Cantha-

Conuentus

Historia

Natura.

O.

Obses-

P.

Spiritus

T.

V.

FINIS.



FRANCOFVRTI AD MOENVM ex Officina Typographica Nicolai Bassæi.

Anno M. D. LXXXVIII.